DIONYSIVS LONGINVS.

PROSTAT

LONDINI

APVD J. PAYNE ET MACKINLAY.

LVGDVNI BATAVORVM

APVD S. ET J. LVCHTMANS.

ROMAE

APVD MARIANVM DE ROMANIS.

FLORENTIAE

APVD MOLINI, LANDI ET SOC.

VIENNAE

APVD C. SCHAVMBVRG ET SOC.

PARISIIS

APVD A. A. RENOVARD ET FR. SCHOELL.

DIONYSII LONGINI

DE

SVBLIMITATE

GRAECE ET LATINE.

DENVO RECENSVIT

ET ANIMADVERSIONIBVS VIRORVM DOCTORVM

ALIISQVE SVBSIDIIS INSTRVXIT

BENIAMIN WEISKE.



LIPSIAE

SVMTIBVS IOA. AVG. GLO. WEIGEL.

MDCCCIX.

FRIDERICO IACOBO BASTIO

GRATI ANIMI TESTIFICANDI

CAVSA

VENERABVNDVS

OBTVLIT

I. A. G. WEIGEL.

PRAEFATIO EDITORIS.

Quae prima in scriptore ad vsum lectorum exornando cura esse debet, vt eius verba ipsa, eaque nec deprauata nec interpolata exhibeantur, eam mihi fere vnam in libro περὶ ὕψους fore putabam. Etenim cum viri doctissimi, Faber maxime, Tollius et Morus, et nouissime etiam Ruhnkenius et Toupius studia sua ad hunc librum illustrandum contulissent, perparum hoc in genere ab illis operae meae relictum existimabam. Sed in verbis ad integritatem reuocandis noui quid tentari et nonnulla ab illis non animaduersa exquiri et in lucem proferri posse, mihi paene persuaseram. Vnus enim Pearcius, opera vsus Graeci hominis, cuius ne nomen quidem posuit, lectiones codicis Parisini vetustissimi, e quo ceteri codices omnes manasse putantur, vulgauit. Nam Toupius quidem alteram collationem a Larcherio acceptam rarissime, imo vix vno alteroue in loco adhibuisse videtur, quoniam paucula illa,

quae ex illo codice notata commemorat, ex emendationibus Pearcii aut e margine exempli Vossiani petere potuit. Vtcunque est, aliquanto plura, quam adhuc factum est, ex illo fonte ad librum *II. T.* emendandum deriuari posse credebam. Egi ergo cum eo, qui iam impensas hanc in editionem facere coeperat, *I. A. G. Weigelio*, litteraturae Graecae et Latinae amantissimo, quique ad haec studia pro virili excitanda et alenda nec sumtui parcit nec labori, vt Lutetiam ad amicos ea de re scriberet, et quam diligentissime ex illo codice ad vsus nostros excerpi iuberet, quidquid a textu recentioris alicuius editionis discreparet. Sed responsum ille accepit, quale subtimueram, *codicem illum principem iam a Toupio in editione Oxoniensi subsidio fuisse vocatum, ideoque parum opis nouae inde peti posse.* Hoc eo molestius mihi erat, quo altius insederat illa opinio de auctoritate huius codicis, e quo ceteros omnes descriptos esse credebam, adeo vt hi nihil noui nisi errores librariorum suppeditare possent, mixtos illos fortasse commentis grammaticorum, qui menda scripturae, si qua ipsis viderentur, coniectura tollere conati essent. In hanc opinionem ducit auctoritas hominum intelligentium. Nam in fronte illius voluminis manu

Boiuinii haec scripta reperit vir doctus is, de quo post dicam, Rostgaard: *Ex hoc descripta sunt omnia, quae hodie extant manuscripta Longini περὶ ὕψους exemplaria, vt patet ex lacunis, quarum originem prodit hic codex: nam vbi lacunam habent alii codices, ibi desunt in hoc codice folia integra, vel duo praecise vel quatuor, vel etiam plura. Secunda tamen lacuna maior est in hoc, quam in aliis: hoc vero ideo factum, quod cum alii codices descripti sunt, nondum hic codex compactus foret, haberetque tunc amplius quam hodie folia duo, quae, cum compingeretur, excidisse verisimile est.* Idem iudicat, eodemque vsus argumento, Rich. Simon, *in Lettres choisies*, Tom. II. *lettre* 27. Sed tamen et hoc pronuntiat: *Je puis vous assurer, apres avoir bien examiné ce MS. qui est dans la Bibliotheque du Roi, que tout l'avantage qu'on en peut tirer, c'est de savoir exactement la grandeur ou la petitesse des lacunes: car le nombre des feuillets y est marqué* etc. Satis ille quidem temere, vt iudicium Ruhnkenii, in dissert. de vita et scriptis Longini §. XIV. (sub περὶ ὕψους), quamquam minime probandum, dignius sit critico. Vid. et infra, vbi de hoc codice agimus, Leuesquii verba: nam et ipse, sicut multi alii, quin imo

ad vnum omnes viri docti, qui de illo codice iudicarunt, eandem in partem statuit.

Ego vero in aliam deinceps rationem deductus sum, propter quam minus aegre tuli, mihi plena, quae optaueram, excerpta ex illo codice non contigisse. Nimirum antiquissimus ille quidem omnium, qui supersunt, videtur esse, sed non item fons vnus, e quo illi omnes fluxerint. Descriptus ille potius est ex antiquiori etiam codice, eoque simillimo quoad externam formam, ceterum iisdem in locis totidemque foliis manco. Sperabat autem librarius, sibi aliquando integri codicis copiam fore, ex quo lacunas exempli sui explere posset. Itaque folia iisdem numeris, quibus in archetypo notata erant, notauit, spatiumque iustum reliquit, neque compingi plagulas iussit, quo aptius ea, quae deerant, inseri possent. Non temere hoc finxi, sed rationes sententiae meae habeo satis graues. Primo enim Sect. 2. §. 3. verbis *εἴποιμεν, ὡς ἡ μὲν* desinit in codice illo vltimus versus folii 179. et, vt Pearcius significat, librarii manu adscriptum est *λείπει:* nam infra Sect. 8. post v. *ἀδρεπίβολον,* vbi noua lacuna in illo codice incipit, diserte testatur recentiori manu adscriptum reperiri *λείπει,* et Latine, *desunt folia octo.* Sed clarius

multo Ill. Bast, Principis Darmstadiensis a legationibus Consiliarius et Eques Ordinis Meritorum; qui Lutetia nobis non pauca e suis copiis misit. Is idem illud confirmauit, his vsus verbis: „*Nach ἡ μὲν, welche Worte die letzten eines Folii vers. sind, hat der Abschreiber beigefügt, λείπει, und von ganz junger Hand ist beigeschrieben*, desunt folia duo.“ Quid ergo? num librarius scire aut praedicere potuit, isto loco peritura esse folia duo? Desunt illa sane, nempe quartum et quintum ex quaternione *KΔ*: sed deerant eadem in archetypo, quo vtebatur librarius. Quod cum ipse accurate exprimeret, scriptis in vnaquaque pagina versibus 25, commode poterat numeros foliorum ita notare, vt si eo, quod ipse parabat, exemplo excidissent. Alii librarii, qui maiori chartae forma litterisque minoribus librum ex eodem archetypo, alioue codice inde ducto describebant, vnum tantum φύλλον ibi desiderari prodiderunt. Sic factum in marg. Vat. 1 et 3, et in Ambrosiano. Sectione 18. extr. desiderantur in codice Parisino folia duo, nempe quartum et quintum quaternionis *KZ:* et tamen Tollio teste in marg. Veneti cod. cum dubitatione scriptum est: ἐλλείπει περὶ δύο φύλλα. Sectione 12, 2. item amissa duo folia, nempe

quartum et quintum quaternionis *KΣT*. Sed Tollius ibi: „Erant hic in Veneto S. Marci codice in quarto quatuor ferme paginae cum dimidia, relictae vacuae, ascribendis scilicet iis, quae desiderantur.“ Et in exemplo Manut. Dresdensi (de quo infra dicam) Gudius ad marg. scripsit: „Desunt in msto tantum quatuor lineae, vt ex punctulis et spatio vacuo perspicue apparet.“ Vide, quam parum librarii cum cod. Parisino hactenus consentiant! Enimuero si ex ipso illo codice exempla sua duxissent, quomodo in re tam manifesta et oculis proposita potuissent errare, cum folia numerata viderent litteris maiusculis *KΔ* et (post *KE* lacunam) *KΣT*, et sic porro? Similiter, vt de 2, 3. dixi, in fine sectionis 30, vbi in cod. Par. pagina terminatur verbis *πλὴν ἐν μὲν ποιήσει καὶ ἐ* —, librarius ipse, cuius manu scriptus est liber, in imo margine hanc addidit notam $\overset{\pi}{\lambda\epsilon\iota}$, h. e. *λείπει*. Nam vir doctus in exemplo Acad. Lips. eadem litterarum forma, post specimen illud integrae paginae depictae, etiam versus vltimos sectionis 30. non minori diligentia seorsim expressit. Nihil autem adscripsit, formaque ipsa notae $\overset{\pi}{\lambda\epsilon\iota}$ significauit, non a recentiori manu esse additam. Itaque eodem modo,

quo ante, possumus argumentari probabiliterque statuere, lacunam, quae sequitur, esse codice illo antiquiorem. Ergo neque necesse est, vt folia illa duo, prius inde ab 8, 1. ὡς κἂν τοῖς π. Ξ. vsque ad 9, 4. ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην, et posterius inde a 9, 4. (post communem omnium codd. lacunam) vsque ad §. 10. ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι, salua exstiterint in cod. Parisino, cum ceteri codd. scriberentur. Nam ex aliis item codicibus, aut e vetustissimo illo archetypo, Parisini codicis fonte, sumi potuerunt illa, quae iam in hoc vno Parisino desiderantur. Falluntur ergo, qui recentiorum codicum vsum in illo tantum esse loco statuunt, quem modo indicauimus, vbi post facta iam, vt volunt, apographa, duo folia perierunt e codice Parisino. Nam rectius multa librarii e codice, qui dudum periit, aut e codicibus magis emendatis, qui ex eo fluxerant, descripserunt: quorum specimina habemus 3, 4. 4, 2. 13, 2. aliisque locis.

Adde, quod exempla olim exstiterunt, e quibus depromere integra et sana possent diligentes librarii, si quid in codice Parisino mancum esset aut deprauatum. Ita ex aliis restituta sunt extrema sectionis 2, φύσις τὴν τῆς εὐτ...

θεωρίαν: quae nunquam scripta fuisse videntur in codice Parisino. Reperta sunt alibi, vt ad illum locum Boiuinius testatur his verbis: *Je ne sais par quel hazard les 5 ou 6 lignes que Tollius a euës d' un Manuscrit du Vatican, et qui se trouvent aussi dans un Manuscrit du Roi (no. 3171.) transposées et confonduës avec un fragment des Problemes d' Aristote, ont pu être conservées. Il y a apparence que quelqu'un aiant rencontré un morceau des deux feuillets entiers, mais gatés, n'aura pu copier que ces 5 ou 6 lignes.* Alius est hanc in rem locus in fine totius libri, quem locum (quod mireris) nec Pearcius nec Toupius notauit. Sed vir doctus in exemplo Acad. Lips. verba ἦν δὲ ταῦτα τὰ πάθη, περὶ ὧν vt vltima notauit, et haec ad marginem scripsit: „*Sic*" (i. e. verbis περὶ ὧν) "*desinit fol. 207. in cod. quod est totius voluminis vltimum. Ea nimirum hic finiunt, quae antiqua illa manu, a qua totus codex, scripta erant. Sequuntur autem in eadem hac vltima pagina a recenti et pessima manu addita pauca illa, quae inter duas illas voces ὧν et δοκεῖ, interiecta sunt: nam vox δοκεῖ in codice non habetur, et duae sequentes a Dno Tollio additae sunt.*" Vnde ergo sumta haec extrema recentior librarius addidit? e co-

dice haud dubie iam ignoto. Plures enim codices in bibliothecis olim latuerunt, et etiam nunc fortasse latent nondum collati. Nam vt de ceteris codicibus Lutetiae asseruatis nihil dicam, quos immerito fortasse obscurauit antiquissimus ille, adeo vt nemo in illis aliquid bonae frugis quaerere curaret, alium certe exprimi curauit Robortellus, alio vsus est Portus. Ab his rursum diuersus ille, quem Manutius habuit e bibliotheca Bessarionis. Victorius autem in Varr. Lectt. 27, 13. de verbis Longini 27, 2. *Κῆϋξ* ... *ἐκέλευσε* disputans haec subiicit: „Ita enim legitur in antiquissimo libro, non *κῆρυξ*, vt scriptum est in eo, quem excudendum curauit Franciscus Robortellus.“ Rursus igitur alium hic videtur narrare librum, et quidem ab omnibus adhuc vsurpatis diuersum, quia *ἐκέλευσε* pro vulgato *ἐκέλευε* e nullo proditum reperitur. Praeterea Dudithii etiam fuit et fortassis adhuc reconditus alicubi latet codex. Ne hic quidem cum impressis libris in vsum doctorum hominum diligenter collatus est. Ex hactenus dictis perspicuum esse puto, me non sine ratione praeter Parisinum codicem antiquissimum alios in subsidium adhibuisse ad verborum veritatem explorandam, neque inutilem laborem suscepisse, qui ex his et e

primis duabus editionibus tam studiose lectiones diuersas collegerim.

Iam vero vt planius rationem totius instituti mei laborisque peracti reddam, primum subsidia, quae habui, critica indicabo. Haec mihi contigerunt, Weigelio maxime agente, satis luculenta. Primo enim scripsit ad Bastium, rogans, vt, si qua haberet e codicibus Longini Parisinis nondum ab aliis prolata, ea beneuole nobiscum communicaret. Deinde, quos in Italia habet, amicos iisdem precibus adiit; neque frustra. Et Bastius quidem, etsi nullis ille inuitatus emolumentis, quam liberaliter, in magnis grauiorum rerum occupationibus, nos iuuerit, ex Addendis et Variis Lectionibus vtcunque poterit cognosci. Cui si vacasset, totum librum *Π. Υ.*, vt ipse rescripsit, denuo perlegisset, collato vetusto illo codice, suasque nobis misisset animaduersiones, sicut illam misit notatu dignam, quam subiecimus dissertationi Ruhnkenii *de vita et scriptis Longini* §. X. et copiosiores illas, quas sero nobis redditas in Addendis demum ponere coacti fuimus. Fecit igitur ille, quantum potuit, nobisque non magis voluntate quam re satisfecit. Ex Italia primo accepi lectiones codicis, qui Florentiae asseruatur, cura viri doctissimi, *Del Furia*,

praefecti bibliothecae Laurentianae, excerptas. His accesserunt vberiora illa e codd. tribus Vaticanis diligentissime cum textu Pearciano collatis. Horum lectiones iam Tollio miserat Zaccagnius, sed valde mancas, scilicet eas tantum, quae ipsi visae erant notabiles: ipse enim Longinum edere cogitauerat. Quae ergo ieiuna Z. illi miserat, ea plena nobis misit, excitatus a Weigelio, acutus harum rerum iudex, *Hier. Amatius*, in biblioth. Vaticana a Graecis scribundis et bibliothecae Chisianae praefectus. Cuius vt nos merito praedicamus praestitum nobis officium, ita lectores nobiscum admirabuntur ingenium et doctrinam, perlecta eius disputatione de auctore libri *Π. Υ.*, quam in fronte animaduersionum typis exprimi curauimus.

Codicis Ambrosiani lectiones plerasque iam Pearcius et Morus in subsidium vocauerant. Nam vulgatae sunt in libro Academico, qui inscribitur: *Henr. Leonardus Schurzfleisch, Professor Wittenbergensis, ingenuarum artium candidatis Dionysium Longinum περὶ ὕψους ad fidem codicum a Tollio omissorum recensitum notisque e schedis b. fratris* (Conr. Sam. Schurzfleisch) *auctum consecrat. Wittenbergae, 1711. 4.* Aliam huius libelli (typis, opinor, repetiti) inscriptionem Morus

affert pag. XXIV. Ego et hunc adhibui, et quae aliquanto accuratius excerpta Marq. Gudius scripsit in margine exempli Manutiani, de quo in recensione editt. dicam. Praeterea Curatores Academiae Lips. benigne mihi copiam e bibliotheca sua publica fecerunt exempli Tolliani supra iam commemorati, cuius in margine et insertis foliis vir doctus non pauca scripsit ad codicem Parisinum pertinentia, adiuncta etiam tota pagina 25 versuum e cod. vetustis illis litterarum formis accurate depicta. Fuit illud editionis Tollianae exemplum, vt in catalogo illius bibliothecae notatum est, *Friderici a Rostgaard*, eius, opinor, qui apud Regem Daniae tabulario praefectus meruit, et qui, vt res docet, per aliquod etiam tempus vixit Lutetiae. Hoc certe in catalogo additum est, ab ipsius esse manu, quae adscripta in illo exemplo leguntur. Huius igitur auctoritas non multis quidem in locis, sed tamen in iis subsidio fuit, vbi de scriptura codicis Parisini certi quid habere cupiebam.

Reliqua est suppellex critica, quae omnibus patet, de qua non est quod multa dicam: sed tantum addam, me duas editiones principes, illam Robortelli et alteram Manutii, ad constituen-

dum textum semper ante oculos habuisse. Qua in re quantum cura et studio superauerim cum alios, tum diligentissimos in verborum crisi editores, Pearcium et Morum, lectores facile cognoscent, si Varias Lectt., quas illi collectas notarunt, cum nostris voluerint comparare. Et sufficit exempli gratia vnum locum 30, 1. indicasse, vbi neuter horum editorum, neque vllus priorum verbum ἐστὶ apud Robortellum vidit aut notauit, sine quo tamen verborum constructio, de qua laborant, labat. Vid. nott. ad illum locum.

Fragmenta, quae feruntur Longini, quae inde a Tollio editores typis simul exscribi curarunt, et ipse nihil dubitans libro *Π. Υ.* adieci. Sed magnam dubitationem, et, vt verius dicam, sollicitudinem ac deinde etiam laborem non exiguum mihi attulit vltimum, quod Ruhnkenius et Hemsterhusius fragmentum Longini minime dubium esse iudicauerunt, Wyttenbachio non dissentiente. Hunc elegantis iudicii criticum audiamus licet de tota re narrantem. In vita nempe Ruhnkenii p. 137. ed. Lips. haec scripsit: „Legens Apsinem" (Ruhnkenius) ... „animaduertit, subito se in aliam orationem incidere, similem eam Longini multo sibi vsu cognitam" (ita im-

pressum cum vitio fort. aliquo typographico): „huius, vt progreditur, ita deinceps noua vestigia deprehendit, locum etiam sub Longini nomine memoratum ab inedito commentatore Aristidis, Ioanne Siceliota: nullum porro dubium relinquebatur, quin haec esset pars de inuentione e perdito Longini opere de Arte rhetorica. Vt vidit, ita ad Hemsterhusium suum volauit, non tam eius iudicium exploraturus, quam rem exploratam nunciaturus. Hic item vt audiit locumque inspexit, ita rationes Ruhnkenii probauit, eumque monuit, vt huius inuentionis laudem sibi vindicaret, mentione eius ac notitia in Diario eruditorum Gallico prodenda. Fecit Ruhnkenius. Libellum porro cum scriptis codicibus contulit, emendauit, et ad editionem fere paratum reliquit moriens. Et, ne hoc fugiat harum litterarum studiosos, hic est ille *Rhetor* et *Longinus*, quem simpliciter his nominibus significauit aliis deinde in scriptis, maxime in altera Timaei editione.“ Continuo ego his lectis diarium illud Gallicum, quod *le Journal des Savans* esse putabam, requisiui, et amicis fidis et industriis negotium dedi, vt diligenter volumina eius, maximeque annis 1763 ... 1766. vulgata, perlustrarent, mihique indicarent, si quid

de Ruhnkenio proditum reperissent, quod ad Longinum Apsinemue pertineret aut fragmenti nomine appellaretur. Hi cum nihil tale inuenissent, modestis precibus, sicut decebat, ab ipso Wyttenbachio per litteras mense Ianuario 1808. datas petii, vt, si quo me consilio de isto fragmento, aut si qua re et opera iuuare posset, hoc facere ne grauaretur; saltem hoc ne pateretur me ignorare, ex quo Apsinis loco, et ad quem, Ruhnkenius verba Longini pertinere statuerit. Cum ab eo responsi nihil accepissem, feci quod potui; locum Apsinis a Ruhnkenio, animadvv. ad *Π. Τ.* 11, 2. init. et plura ad Timaeum eiusdem Apsinis Longino tributa perquisiui, et secundum ea (quoniam in cautiorem partem, si casus ita ferret, peccare satius erat) fragmentum angustioribus, quam R. fecerat, finibus terminaui. Glossae Timaei, sub quibus ille in ed. 2. *τέχνην ῥητορικὴν* Longini, h. e. Apsinis, commemorat, sunt *Ἀμηγέπη* p. 30, *ἔμβραχυ* p. 99, *παρίεμαι* p. 207, *πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας* p. 223, *τί δῆτα ἔχων στρέφῃ* p. 258. Illa ergo Apsinis quod in fragmentis Longini memoraui, in eo me cum doctissimis hominibus erroris condemnari (quoniam eorum opinioni accessisse videor) non moleste feram: sed quod mendis scatentia sine vlla codicum ope

corrigere, quod primus in Latinum conuertere et scholiis quibusdam illustrare conatus sum, huius audaciae me fortasse poenitebit. Interim Bastius, quod sperare non eram ausus, pro mea causa scripserat ad Wyttenbachium, eadem illa quaerens de isto fragmento, quae ego quaesieram, simulque rogans, vt vel Ruhnkenianis vel suis copiis mihi Longini editionem paranti, et de fragmento etiam isto cogitanti, succurreret. Perquam eleganti epistola, cuius pars mecum communicata est, ei respondit mense Februario 1808. Wyttenbachius, *Weiskium plane eadem, litteris ad ipsum datis, rogasse: sed quod diarium illud sit, cui Ruhnkenius rem peruulgandam commiserit, pro certo se dicere non posse; suspicari autem, esse vel Bibliothecam scientiarum, vel Diarium Eruditorum* (*Journal des Savans*), *annum vel 1766. vel paulo priorem, quippe Hemsterhusium, quocum iam torpente inuentum communicauerit Ruhnkenius, illo anno obiisse. Locum Apsinis, qui, iudice Ruhnkenio, Longini germanus sit foetus, exstare in editione Aldina Rhetorum Gr. p. 709.* περὶ ἐλέους *ad p. 720. v. 7.* οὐκ ἐφ' ἡμῖν. *Vindiciarum omnino nil et notarum fere nil se reperire in chartis Ruhnkenianis, nec nisi dispersas schedulas, vel-*

vti Sibyllina folia, vnde non nisi diuinando et longo tempore quis sensum eruat. Si sua essent, vix ea conquirere ac pernoscere se posse, quamvis manum Ruhnkenii satis calleat. Nunc esse bibliothecae publicae, quae sine curatorum academiae venia edere non liceat; sed vt alia inedita, inprimis Ruhnkeniana, esse destinata editoribus doctis in ipsa vrbe Leidae editionem instituentibus. Sed tamen si quid vel ipse in suis schedis reperiat, quod pertineat ad Longinum, vel ex Ruhnkenianis aliquid lucis dispiciat, hoc Bastii caussa ad illius editionis, cui Ille obsecundet, copiam esse collaturum.

De iudicio Ruhnkenii quin hic vera narret Wyttenbachius, non fas est dubitare. Sed si modestis meis precibus respondisset incredibilis eius humanitas, et si re integra scissem, fragmentum illud duodecim fere paginas maximae formae explere (nam sero pars illa epistolae ad me perlata est), magnitudine ipsa deterritus aut penitus abstinuissem foedato isto rhetoris libro, cuius editionem in ipsa vrbe Leidae editores fortasse docti instituent, aut eandem illam rationem tenuissem, ad quam necessitas me compulit, paucis illis, quae Ruhnkenius ipse clare monstrauit, *speci-*

men tantum fragmenti terminans. Et, vt nunc quidem sentio, minime poenituisset, me totum munus non expleuisse, quia tota illa pars, si non Apsinis est, sed Longini, certe non videtur eius esse Longini aut Dionysii, cui librum *περὶ ὕψους* debemus. Fortasse particula fragmenti extrema, §. 14. (p. 208. in hac nostra ed.) quae et alibi Longino tributa est, Ruhnkenium mouit, vt de ceteris etiam, quae cum ea cohaerent, aliter iudicaret, quam oratio ipsa cogit: nam, pro meo sensu, nihil habet *τοῦ περὶ ὕψους* simile. De fragmento isto hactenus.

Quod modo Longinum a Longino distinxi, et Dionysii etiam, quasi inepte dubitationem simulans, adiunxi nomen, id pertinet ad disputationem Amatii iam supra commemoratum, secundum quam auctorem libri *περὶ ὕψους* ego non iam Longinum, de quo Ruhnkenius in dissertatione egit, esse statuo, sed alium excellentioris ingenii et doctrinae hominem, qui Augusti fere vixerit aetate. Clare id h. l. profiteri placuit, quod etiam ad 1, 1. additis nonnullis ad Amatii dicta firmaui; quoniam parum constanter egisse videor, qui ceterum in animaduersionibus nomen Longini, tamquam auctoris minime dubii,

tenuerim. Lectoribus enim me excusatum volo. Non iam mihi tempus relictum erat omnia perlustrandi, vt hoc nomen vbique expungerem: nam operae instabant nec sine multorum incommodo a labore coepto poterant auocari. Sed in dissertatione critica et in ceteris, quae post animadversiones typis mandanda erant, Longini nomine sublato errorem, qui mihi videtur, correxi.

Ad locupletandas animadvv. criticas curiosius fortasse potuissem exquirere coniecturas virorum doctorum in variis scriptis passim prolatas: sed quaedam huius generis me omisisse consulto, alia etiam ignorasse, iudices aequi facile ignoscent. Sic *Wakefieldii* nullam fortasse mentionem fecissem, nisi excerpta e Siluis eius critt. mihi suppeditasset instituti mei fautor, *G. H. Schaefer*, vir laude mea non ornandus: cui me cum alia debere, tum illa Arnaldi 28, 1. et Hardionis 33, 4. grato animo profiteor. Quod idem, cum potiora posset tractare, ipsi certe magis iucunda et fructuosa, curauit, vt hoc opus quam emendatissimum prodiret, id non magis mihi, quam cunctis lectoribus gratum esse debet.

Vti ad emendandum π. ὕ. librum criticis subsidiis instructus fui luculentis, sic ad explican-

dum copiis vsus sum non exiguis. Nam editiones primo habui omnes, quarum vsus aliquis ad hanc rem esse potest; in his duas, quarum alteram Morus non vidit, alteram ne commemorauit quidem, Bononiensem nempe, a. 1644. editam, et Veronensem, quae prodiit a. 1733. Vsus etiam sum exemplo editionis Crispini, ad cuius marginem Claud. Puteanus nonnulla notauit, quae passim a me prolata lectores non sine fructu cognoscent. His subsidiis accesserunt notae ineditae *Ioh. Guil. Steinheilii*, quae asseruantur in bibliotheca Academiae Giessensis. Volumen, in quo illae continentur, ipsum fidei meae creditum est auctoritate et opera Ven. *Kuinoelii;* qui egregiis scriptis, vt constat, litteraturam, maximeque Graecam illustrat, eiusque studiosos omni ope iuuat. Is etiam amice mihi suppeditauit, quoad licuit, quae de auctore harum notarum scire cupiebam. Est enim volumen istud plenum obseruationibus eruditis, quae facile cupiditatem iniiciant nonnulla etiam de hominis vita et studiis cognoscendi. Sed quamuis studiose perquirens, nihil aliud ille certa fide cognoscere de Steinheilio potuit, quam natum in Franconia maximam vitae partem exegisse otiosum in Marchionatu Byruthensi, plurimamque

habitasse in praedio suo dicto *der Rauschenberg*: functum tamen esse Francofurti ad Moenum munere legati Saxonici, quem locum mature cesserit filio; habuisse autem e duabus vxoribus liberos duos et viginti, quorum plerique publicis negotiis gerendis, maximeque militia inclaruerint. Hos nobilitatis etiam iure vsos esse, dictosque *a Steinheil* ex diplomate ab Imperatore Rom. illi familiae A. 1603. dato. Ex his credere licet, Steinheilium vixisse in fundo suo satis beatum, et, vt ipsa etiam eius commentaria suspicari iubent, habuisse bibliothecam bene instructam, quae non modo riuulos sed etiam fontes in se contineret Graecae litteraturae. Volumen illud modicum, quaternis scriptum, lato margine, continet 1) *Ad illustrandas Alciphronis epistolas indicata quaedam veterum scriptorum loca.* Tum post epistolas aliquot ad *Ioh. Henr. Maium*, quibus eiusd. Alciphronis quaedam loca illustrantur, sequitur 2) commentarius sic inscriptus: *Heliodori Aethiopica tumultuario opere collata cum quibusd. vett. scriptorum locis.* Hic maximam libri partem complet. Tum 3) *Epistolae* ad eund. I. H. Maium annis 1715...1718. Francofurto datae, in quibus maxime disputatur de locis quibusdam Heliodori, Arriani et Libanii. 4) *Epi-*

stolae ad eundem de locis nonnullis Longini περὶ ὕψους. 5) *Notae in Aelianum de hist. animalium.* Non multa igitur, neque tamen poenitenda ex illis Steinheilianis in rem nostram vertere potuimus. Transscripsimus autem omnia, quae ad Longinum pertinent, eaque integra nihilque mutata, vt eo facilius existimari possit, quantum boni in se contineant illa, quae in Heliodorum copiose conscripta in illo volumine reliquit.

Iam vt melius de ratione commentariorum nostrorum iudicari possit, tenendum est ceterum, nos hac editione omnia complecti voluisse, quae Toupii editio continet, sed ita, vt, si quid inesset vitii, id corrigeremus; adderemus autem, quidquid ad vsum commodum deesset. Itaque primo pro Pearcii versione illam Mori adsciuimus, et quidem nonnullis in locis, sicut ipse voluerat, correctam. Deinde quoniam Toupius multa praeteriit difficilia et obscura, non pauca item malé explicuit, ac potius impediuit, disputationibus eius interposuimus, quae res poscere videbatur, partim nostro studio excogitata, partim ab aliis sumta, quorum nomina singulis locis subiecimus. Sed de Cl. Toupio aliquid addendum est. Erunt enim, qui opinione doctrinae

eius imbuti nos iniquius cum tali viro egisse et, vt fit, detractas eius editioni laudes huic nostrae voluisse affingere putent. Sed qui sine cupiditate cuncta examinauerit, aliter statuet. Multa enim ille loca scriptorum congessit, quibus plane nihil conficitur. Sic 10, 1. nihil erat, cur verbi *προςάγεσθαι* afferrentur exempla, de cuius vi nulla erat dubitatio: de lectione *ὃ μὲν* vel *τὸ μὲν* etc. potius quaerendum erat. Ibidem pro *τὴν ἀρετὴν* scripsit *ταύτην τὴν ἀρετήν;* aliis sane praeeuntibus; hactenus non reprehendo: sed quo consilio locum Dionysii Hal. in scholio adiecit? an vt ostenderet, *ταύτην* posse cum *ἀρετὴν* coniungi? Mirum profecto. Deinceps §. 4. mediocris sane est intelligentiae, videre, *μὲν* pro vulgato *μὴν* ridicule defendi loco D. Chrysostomi. Non singula memini loca, vbi vir doctus simili modo impegit: sed lectores rogo, vt suum iudicium sequantur, neque copiose instructa eius disputatione se in admirationem abripi sinant. Aliud genus est errorum, cum vir doctus similitudine quadam eloquendi deceptus auctorem alios scriptores dicit imitatum esse. Exemplum habemus 56, 1. vbi (sub *ὅμως πάντες* etc.) ab eo in *καὶ θαυμάζεται* vult expressum esse Plutarchum; quasi non vulgari in sermone *καὶ* vsur-

patum fuerit pro Lat. *adeo*, ac non quiuis de populo, sine vlla cuiusquam scriptoris imitatione, dicere potuerit *καὶ θαυμάζεται*. Talia imitationis vestigia quis non videre possit, vbi nulla sunt? En tibi exemplum in eo, quod statim sequitur §. 2. *Τί χρὴ πρὸς τούτοις ἔτι λέγειν;* In hoc (dicat quis) imitatus est noster Paulum suum, apostolum, qui Rom. 8, 31. similiter post longiorem disputationem dicit: *Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα?* Talia serio defendere non est hominis elegans iudicium adhibentis. Atque etiam ad errores talia similium dictorum aucupia eum abduxerunt, vt 40, 4. et, vbi turpior aliquanto videri potest *ἀκρισία*, 44, 12. At vero nonne auctor res ipsas, quae ad argumenti explicationem pertinent, ab aliis petiisse et eorum etiam verba seruasse credendus est? Ita et aliis et Toupio visum. Hic certe ad 33, 4. (sub *ὁ δὲ ἔνθεν ἑλών*): „respexisse videtur noster, vt solet, ad Dionysium Halic.“ etc. Imo minime est probandum, magni et acris ingenii hominem, suique iudicii, qui ne summorum quidem scriptorum, quorum laudat dicta, ipsa verba seruauerit, rhetoris loca religiose ad verbum expressisse. Poetae priscorum poetarum verba prudenti consilio sua faciebant, quia diuinitus illa prolata putaban-

tur, atque ita etiam suis carminibus augustior accedere videbatur species: sed ex aliorum dictis ad verbum vel ita repetitis, vt auctores eorum agnoscerentur, nullus scriptor non pessimus laudem quaerebat.

Quoniam inter eos, qui aliquid in rem meam suppeditarunt, *filii* passim feci mentionem, monere debeo, esse filium meum natu maximum, qui Subrectoris munere in gymnasio Gorliciensi fungitur. Eum excitaueram, vt et ipse Longinum legeret, mihique mitteret, si quid inuenisset, quod ad eum illustrandum alicuius esse putaret momenti. Ineptus fortasse quibusdam videbor, qui eum inter Tollios, Ruhnkenios, Moros, alios interpretes doctos commemorauerim. Sed ego me ipse ineptiarum, ac potius iniustitiae condemnarem, si nescio quo pudore victus non ipsum, sed *Beckios*, *Hermannos*, aliosque viros doctos Lipsiae florentes, e quorum disciplina ille prodiit, merita laude priuassem. Assentientur mihi, vt spero, docti et aequi harum rerum aestimatores, si cognoscere quaedam eius voluerint, velut ad 17, 1. 38, 1. 44, 5. maximeque 33, 4. de verbo *αἰτίας*.

De codicibus rhetoris nostri et editionibus nihil a Toupio narratum est: nos de vtroque ex-

emplorum genere, sicut Morus fecerat, disseruimus, et paulo quidem copiosius. De re ipsa porro, de notione nempe sublimitatis, et de via et ratione, quam ille sequitur in explicandis sublimitatis partibus, nihil in editione Oxoniensi nec a Ruhnkenio nec a Toupio dictum aut iudicatum est: ego *dissertatione critica* totum opus eiusque partes ita complexus sum, ita in vtramque partem pro facultate mea diiudicaui, vt non modo sua et iusta laus maneret auctori (quod vnum tali disputationi propositum esse debere videtur), sed vt cunctis rebus non parum etiam lucis accederet. Nam si verba diligenter explicantur, res fit illa quidem simul perspicua, sed tamen non in omnem partem. At si verbis auctoris, quantum fieri potest, relictis et omissis rem ipsam nostra oratione eaque varie, prout res fert, mutata expressam consideramus, nihil relinquitur ambiguitatis: et, quidquid, non dicam subobscurum videbatur, sed etiam satis clarum, noua et grata collustratur luce. Hac igitur ex parte praeter ceteros lectoribus succurrisse et diligentis interpretis officio, quantum facultas mea tulit, functus esse videor.

Librorum diuersas lectiones iam Pearcius in Emendationibus in Long. collegerat, sed eas tan-

tum, quae ipsi visae erant, diiudicatione dignae. Melius iudicauit Morus, qui congessit quam plurimas. Nam his suppeditatis liberum est docto lectori iudicium, neque editor sibi iusto plus arrogasse videtur. Huius ergo rationem eo iustiori de causa secutus sum, quia in Toupii editione ne Pearcii quidem exemplum valuit, sed perpaucis locis, vbi necessitas cogebat, vna vel altera lectio commemorata est. Sed tamen ab instituto Mori paullum discessi. Lectiones ille textui subiecit, sicut et animaduersiones: ego, quoniam has propter copiam segregaui, etiam illas seorsim ponendas digessi. Atque etiam elegantius hoc visum est ad iudicium oculorum, neque incommodum illis, qui veram scripturam ipsi cupiunt indagare. Praeterea hoc modo clariora omnia dare potui. Nam litterae punctis disiunctae, quibus ille libros notauit, multa faciunt ambigua, cum nescias, vbi distinguendum sit, et vtram in partem quaeque littera spectet. Postremo ille ex recentioribus etiam editionibus, quarum nulla est auctoritas, varietatem lectionis indicauit, ego tantum e duabus, quae ductae sunt ex ipsis codicibus. Ceterum farrago illa falsarum lectionum e codd. Vaticanis ducta non debet inutilis videri. Sic iudicat Amatius, qui

animaduersioni de auctore libri haec subscripsit: „Monitos etiam vellem viros doctissimos, ne corruptas lectiones codicis 2 contemnant. Nam veriuerbium inter illa monstra et corruptelas saepius latere videtur.“ Ita est. Adde, quod falsa in talibus saepe ducunt ad verum, et multa etiam suppeditant ad indagandam antiquiorem scripturam, pronuntiationem aliasque res non leuis momenti. Has ob causas omnia seruaui, quae Amatius ex illis codd. summa cura excerpserat typisque perscribi voluerat: quorum similia vtinam et alii de codicibus a se collatis vulgassent.

Indices rerum et verborum non ieiunos editioni suae addidit Morus: ego commodius putaui vnum facere, et res et verba complectentem, eumque ita copiosum, vt neminem destituere possit, qui aliquid recognoscere cupiat etiam minus notabile. Non solum autem iis, qui Longinum legerunt, erit illam in partem aptus, sed etiam aliis vsum praestabit, pro libri modo, non exiguum. Quoniam vero plerisque verbis adieci Latina, hoc monendum duco (etsi plerique sponte intelligent), me non subsidium illud parasse tironibus (nam his omnino talis liber non accommodatus est), sed potius viris doctis, qui

statim scire cupiunt, quo fere sensu hoc vel illud verbum multiplicis significationis eo, quem notatum vident, loco positum sit, et quid auctor ibi tractet. Nam iis, qui discendi causa sensum singulorum locorum indagare volunt, aliis modis abunde prospectum est.

Praefationem Toupii omittere statueram. Sed secus agendum videbatur Weigelio; quoniam opinionibus etiam hominum sit seruiendum. Cuius ego auctoritati eo facilius cessi, quod consultius videbatur, viri docti sententiam de commentario Porti lectores ex ipsius verbis cognoscere, quam meis breuiter relatam. Illa enim, quam Toupius mouit, quaestione excepta, si spectamus quae prodesse aut delectare possint, prioris cuiusue editoris praefatio pro illa, vel etiam cum illa, potuisset repeti.

Denique, vt paucis complectar, quae lectores intelligere volui, editionem ego libri *περὶ ὕψους* parare studui, et, si quid ipse iudicare possum, paraui omnibus rebus necessariis instructissimam. Labores autem hoc non molesto, sed difficili in studio pertuli maximos. Cuius fructus vt studiosorum non beata conditio quam primum et sine molestia percipere possit, clau-

sulae loco cum omnibus bonis opto, vt quam primum terris pax redeat, simulque appareat, vt poeta dicit, *beata pleno copia cornu.*

Scripsi Misenae,
a. d. xv. Cal. Febr.
MDCCCIX.

Beniamin Weiske.

PRAEFATIO TOVPII.

LECTORI ERVDITO

S.

Dionysivm Longinum, quem *Cassium* vocant Photius et Suidas, tibi sisto, mi Lector, non qualem volui, sed qualem potui. Est enim non modo passim deprauatus, sed magnam partem mutilus. Quare meliores codices expectandi. Quod aut erit aut non. Veruntamen feci quod potui. Editiones principes consului: quarum Manutianam ipse possideo; Robortellianam autem ad me misit vir ornatissimus, atque harum literarum peritissimus, Iacobus Harris, Sarisburiensis. Quin et variantes omnes lectiones, quas ex libris MSS. collegerant viri eruditi, in concilium aduocaui, inprimis lectiones MStorum Paris. et Eliensis, quorum hunc non ita pridem, cum Cantabrigiae versarer, diligenter inspexi, illius autem collationem Vossianam debeo humanitati viri praestantissimi, et qui hasce litteras in Academia Leidensi cum maxime ornat, Dauidis Ruhnkenii; qui et Emendationes suas in Longinum mecum beneuole admodum communicauit. Quin et alteram eiusdem MSti collationem Parisiis ad me transmisit doctissimus et officiosissimus Larcherius, Pearciana longe accuratiorem, cuius ope Longinum non vno in loco restituimus.

Commentarius in Longinum, quem ediderunt Amstelaedamenses A. D. 1733. et Francisco Porto adiudicarunt, ad Manutianam editionem plane est accommodatus, ita vt pene iurauerim eum a Manutii manu fuisse profectum*). Francisco quidem

---

*) Laudabili studio dubium facere conatus est vir doctus, an Fr. Porto commentarius ille tribuendus sit; conatus est, inquam; quia diligentius multo, quam ipse fecit, illa quaestio, si tanti videtur, tractanda est. Sed ego quidem etsi subsidiis historicis, quae istuc facere possunt, fere careo, tamen pronuntiare malim, Portum esse verum eius auctorem. Verba Aemilii Porti ex Indice ad Xenoph. haec sunt: *Consule Dionysium Longinum ἐν τῷ περὶ ὕψους pag. 9. et Fr. P. Cr. comment.* Ea quoniam ad Xenophontis locum de rep. Laced. 3, 6. spectant, posset commentarius in Xenophontem intelligi: sed plane nihil Fr. Portus de illo Xenophontis loco, secundum editionem certe, quam ipse habeo, A. 1586, disputauit. Hoc ergo satis exploratum est, exstitisse Porti patris commentarium in librum περὶ ὕψους. Quaerendum igitur puto, qui factum sit, vt Manutius ea daret auctori, quae partim e coniectura Portus reponenda duxerat, partim e libris, quos Manutius non videtur habuisse. Verba Crispini in praef. ad Aphthonium, Hermog. et Longinum sic habent: *Illis* (Aphthonio et Herm.) *adiunximus Dionysium Longinum, summi iudicii rhetorem, quem et ipsum pessime habitum, ipse Portus olim Ferrariae Venetiisque veluti rediuiuum curauit, iudicio magis et industria, quam subsidio librorum, quum praeter vnum vix alterum exemplar MStum, nedum tertium reperiretur; in quo et plus laboris suscipiendum fuit et ad coniecturas et ingenium confugiendum.* Subobscura haec illustrantur verbis in principio commentarii Porto tributi scriptis. De Longino scilicet loquens, *Scripsit nimirum*, inquit, *ea de re* (de sublimi oratione) *libellum elegantissimum, qui quamuis et mutilatus esset, et plurimis scateret mendis, a nobis tamen, quoad fieri potuit, repurgatus olim fuit et in aliquam formam restitutus.* Nihil ergo aliud significat Crispinus, quam Portum, quum Ferrariae Venetiisque litteras doceret, codicem suum correxisse, et ex illo codice Porti emendato se libellum π. ὑ. typis exscripsisse. Credere autem licet, Portum cum Manutio Venetiis sermones de re litteraria contulisse, et de locis quibusdam libelli π. ὑ., quem tum tractabat, suas cum eo communicasse coniecturas. Hinc facile Manutius quaedam a Porto accepta in editione sua deinceps vulgare, aut contra (quod verosimilius est) Portus quaedam a Manutio suppeditata in commentarium suum conferre potuit. De vno atque altero codice, quem auctorem commentarii habuisse dicit Toupius, res est incerta, vt iam Crispini verba docent. Sed magis patet ex ipsis commentarii verbis. Nam ad 1, 2. de verbis εὖ γὰρ δὴ. ὁ ἀποφ. dicit: *Hic locus, ni*

Porto adsignauerim has ob causas: Primum laudat Aemilius Portus in Indice ad Xenoph. v. *Παρθένος* parentis sui Commentarium in Longinum. Deinde auctor, quicunque demum fuerit, plurium codicum MSS. mentionem facit in v. *Ἐνέργημα* Sect. 39. cum Manutius, vt videtur, vnum tantum habuerit, Bessarionis scilicet. — Adde, quod dicat in Praefat. ad suam editionem Crispinus, Longinum quasi rediuiuum Venetiis curasse Portum, vbi Manutius ante annos quindecim ediderat. — An dicendum igitur, Manutium Longinum edidisse ita, vt a Porto fuerat emendatus? Silet quidem Manutius; silet Portus. Res tamen ipsa clamat, vel Manutium commentarium istum, quae mea est sententia, exarasse; vel saltem Longinum ad mentem Porti publicasse. Sed, cuiuscunque demum foetus fuerit, sane quantiuis pretii est iste

---

fallor, mutilatus est, vt multi alii: sed restituere eum non potui, codicum manuscriptorum copia destitutus. Et 32, 2. de *ἐπίπροσθε* sic: *γίνεται subaudiendum, nisi codex est mendosus.* Similiter ad 43, 2. de *ἀνωθουμένους: Si codex mendo caret, vertes, in altum surgentes.* Haec ita fort. cum illis, quae Toupius e commentario protulit, concilientur, vt dicas, Portum nonnulla e codd. olim inspectis notata habuisse, vnum autem suum, quo sit vsus in commentario conficiendo.

Ceterum ex mea sententia simillimus est commentarius illis Fr. Porti commentariis in Xenophontem. Sine ostentatione magnae doctrinae aut copiosae lectionis *οἰκονομίᾳ* rerum et sensus verborum ostenditur, multaque inseruntur leuia et prope dixerim futilia, id quod a ratione P. Manutii multum abhorret; inepta etiam nonnulla, quae cum iniuria Manutio quis videatur imputare. Oratio est satis Latina: sed ne haec quidem accedit ad elegantiam, quam nouimus, Manutii. Denique si Manutium statuimus scripsisse commentarium, antequam librum π. ὕ. ederet, cur in epistola ad Syluium neque huius facit mentionem, neque codicis in eo scribendo vsurpati, pluriumue codicum, sed ex vno pendet Bessarionis libro? Sin post scripsisse censemus, cur librum π. ὕ. typis suis impressum nusquam hoc in commentario commemorat? Imo multo magis videtur absonum hoc fingere, quam illud. Portum ergo, quem et Verburgius prodiderat, liquido videmur statuere posse auctorem.

liber, quippe qui nos doceat, (quod cl. Pearcium in Praefat. et in not. ad Sect. 13. v. *Ἐπακμάσαι* solicitum habuit) quas lectiones ex MSS. suis, (nam vnum atque alterum habuit) et quas ex ingenio hauserit vir doctissimus. Ex. gr. ad Sect. 9. ita scribit: "*Τέρματα*] *Μέτρα* erat in codicibus manuscriptis, sed sensus erat incommodus: quid enim est *τὸν ὠκεανὸν περὶ τὰ ἴδια μέτρα;* Reposui itaque *τέρματα.* i. e. metas, limites; hoc est, litora, quae sunt maris quasi termini et metae." Et sic sane primus edidit Manutius. Sic quoque ad Sect. 13. "*Ἐμβιβάσαι.*] *Ἐπακμάσαι* erat antea, sed nullo sensu: nos de nostro emendauimus hoc modo." Et sic extat in editione Manutii. Denique ad Sect. 39. ita habet: "*Ἐνέργημα*] Hoc verbum ipse addidi, cum in iis codicibus, quos habui manuscriptos, desideraretur; feci tamen hoc, nixus auctoritate ipsiusmet Longini; nam paulo inferius sic legimus, *νόθα ἐστὶ πειθοῦς οὐχὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ἐνεργήματα γνήσια.*" Et sic quidem legitur in editione Manutiana. Adeo vt omnes istae lectiones, quibus a caeteris codicibus discrepat Editio Manutii, non sint censendae quasi merae istius hominis coniecturae, sed alicuius MSti auctoritate nixae, nisi vbi nos aliter in commentario suo monuerit vir doctissimus. Atque hinc etiam liquet, MStum illum, quem fere vbique expressit Manutius, et Bessarionis vocat, omnino diuersum esse ab isto Veneto, quem contulit Tollius; nam in plurimis in diuersum abit, vt diligens Lector notabit. Imo suspicor, Manutium in scribendo Commentario vtrumque codicem ante oculos habuisse; adeo vt iam nouum quasi MStum nacti simus, Bessarionis scilicet, et nescio an aliis praestantiorem, cuius

et auctoritatem in edendo Longino non semel sumus secuti. Atque haec nostra sententia est. *Χαιρέτω δ᾽ ἕκαστος οἷς ἥδεται.*

Est autem, vbi ita titubant et ineptiunt Librarii, vt ad ingenium, qualecunque demum, nostrum, et ad Longini morem atque indolem, esset confugiendum; in quo tamen ita nobis temperavimus, vt nullam fere lectionem in textum admiserimus, nisi quae sole meridiano clarior esset et dilucidior, ita vt nefas quidem foret de eius veritate dubitare.

Porro Rhetoras plerosque omnes veteres, atque alios probatissimos scriptores ad partes vocavimus, Dionysium Halicarnasseum in primis, Plutarchum, Quinctilianum, quos, vt antiquiores taceam, diligenter legerat noster, atque in succum verterat; id quod ex notis nostris lector eruditus animaduertet.

Quod ad versionem attinet, Latinam cl. Pearcii subnectendam censuimus; non quod haec vel illa versio satis placeat, sed mori scilicet et consuetudini seruiendum, quae in omni re dominatur. Interpretationem autem Pearcii integram et intactam subieci; vbicunque vero a mente auctoris longius recessisse videbatur, in notis sedulo monuimus. Quin et nonnulla, quae a nemine Interpretum erant intellecta, nunc demum explicuimus et clara luce perfudimus. Ex. gr. Sect. 17. *Παραλειφθεῖσα ἡ τοῦ πανουργεῖν τέχνη τοῖς κάλλεσι καὶ μεγέθεσι.* — Sect. 32. *Ἐνταῦθα τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν ἐπιπροσθεῖ τοῦ ῥήτορος θυμός.* — Sect. 36. *Οὐ δυνάμενος ὑπὸ τοῦ φθόνου παρανοίας ἁλῶναι.* — Sect. 39. *Ὅσα γε τῆς θεωρίας ἦν ἡμῖν ἐφικτά.* — Sect. 43. *Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπ᾽ εἴδους ἐπείγει τὰ μικροποιὰ*

διαριθμεῖν. Atque alia huius generis complura, quae Lector eruditus me tacente notabit. Illud autem inprimis te monitum velim, nempe vbi legitur Sect. 14. *Καὶ μὴ παῖξαι*, quae lectio Manutiana est, scribendum cum MS. Parisino, *ὑπέχειν τῶν γραφομένων εὐθύνας πεπαῖχθαι*, quod vnice verum, sed ab editoribus nostris minus perspectum: de quo Animaduersiones nostrae consulendae sunt.

Denique ne quid, quod Longini nomen praeferebat, deesset, etiam et Fragmenta addidimus, magnas magnarum aedium reliquias; dignas profecto, quae hic exhiberentur, et notulis nostris illustrarentur.

Dabam S. Martini,

Sept. 6. 1777.

RECENSIO CODICVM

LIBRI II. T.

CODEX PARISINVS. Plures codices Parisiis in bibliotheca publica exstant. Sed ceteris nihil auctoritatis tribuunt, vtpote descriptis ex vno illo vetusto codice, de quo iam nonnulla in praefatione dixi. Verum grauiora hic dicenda restant. *Rich. Simon* in *Lettres choisies*, T. II, *lettre* 24. eum dicit esse *un manuscrit très-beau, qui a plus de six cens ans d' antiquité.* Data est illa epistola anno a C. n. 1682. *Levesque* de eo pluribus in *Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliotheque Nationale*, T. VII. p. 101. Is, praeter alia leuiora, haec scripsit. *Ce manuscrit, en parchemin, paroît etre du X*e. *siècle. Le Format est un petit in 4°. L'ecriture est nette et facile à lire pour les personnes qui connoissent la forme des caractères qui etoient alors en usage. Il contient 207 feuillets ou 414 pages, et chaque page est de 25 lignes. Les problèmes d'Aristote occupent 177 feuillets et demi ou 355 pages, à quoi il faut ajouter 5 lignes écrites au verso du dernier feuillet. Le reste contient le Traité du Sublime. Ce manuscrit, précieux par son age et par les deux écrits qu' il renferme, n'a pas toujours été menagé avec le respect qu' il méritoit. Il a ap-*

partenu autrefois aux Médicis; et l'on peut etre étonné que cette maison, amie des lettres, ait eu si peu de soin de cette richesse litteraire. Quand il a été apporté en France, ou il n' étoit pas relié, ou la relieure en étoit détruite. Les cahiers n'étoient même plus attachés ensemble, et deux ont été perdus; l'un dans les problèmes d'Aristote, et l'autre dans le Traité du Sublime. Il manque aussi plusieurs autres feuillets dans ce dernier Traité, entre autres ceux qui le terminoient. Chacun de cahiers est de quatre feuilles de parchemin ou huit feuillets. Cette perte est d'autant plus à regretter, que notre manuscrit est l'original de tous ceux qui contiennent le Traité de Longin, et qu'on n'en a tiré des copies qu' après qu'il a été défectueux; en sorte que le cahier et les feuillets qui manquent à notre manuscrit, forment autant de lacunes irréparables dans l'ouvrage du celèbre rhéteur. Specimen exiguum scripturae Pearcius aere exprimi curauit, missum sibi ab *homine Graeco* (Iona Eleutherio, vt Clericus in *Biblioth. ancienne et moderne* Vol. 20. P. 1. opinatur). Id continetur verbis sect. 38. et 39: *ὁ διασυρμὸς ... ὅσα γε τῆς θεωρίας.* Alium locum, qui integram paginam versuum 25 occupat, accurate depinxit sua manu vir doctus in exemplo Lips., de quo in Praef. et in Addendis init. dixi. Quaedam etiam doctiss. Bastius sua manu non minus diligenter expressa misit. Ex his et ex iis, quae Pearcius in praef. tradit, addam nonnulla ad pleniorem codicis notitiam pertinentia et, vt opinor, plerisque lectoribus cognitu iucunda.

Nullae sectionum siue capitum notae in eo occurrunt, sed scriptura vno tenore continuatur siue

tali signo; quod ad partitionem ab auctore factam pertineat. Diuisio autem quaedam operis notata est litteris, quae, vt opinor, ad membranarum alius exempli olim conglutinatarum ordinem spectant. Nimirum Sect. 13. §. 2. e regione verborum *ἄλλη τις παρὰ τὰ εἰρ. ὁδὸς ἐπὶ τὰ ὕψ. τείνει* eadem manu, qua codex ipse, scripta est ad marginem littera *B̄*; initio sectionis 16. *Αὐτόθι μέντοι καὶ ὁ π. σχ.* similiter *Γ̄*; sect. 30. init. ad *Ἐπειδὴ μέντοι ἡ τοῦ λ.* item *Δ̄*; et ad 39. init. *Ἡ πέμπτη μοῖρα, Ē.* Verba multa, nullis discreta spatiis, in vnum iunguntur; vt *εἰ στὸ* et *ὅσαγετῆς θεωρίας* (39, 1.), *ἀναγκοφαγεῖντάπράγματα* (31, 1.). Quin etiam bina verba, compendio scriptura in vnum iuncta, passim visuntur, vt *ὡς εἴτι στραγικὸν* (30, 2.). Vid. et Addenda ad 33, 5. Litterae sunt minoris scripturae: et nonnullarum quidem forma paene conuenit cum iis, quibus hodierni typographi plerique vtuntur. Sed *β* formam habet eam, quae in *Potters Gr. Archaeologie ed. Rambach Th. III.* Tab. V. decimo loco expressa est, nempe *u*, velut *διαυευηκότα.* Itaque nota tachygraphica *uἴ* significat *βίου:* nempe semicirculus super *ι* positus significat *ου.* Littera *η* similis est inuersae hodiernae, vt media in *αὔξhσις,* pro *αὔξησις:* et *κ* ad eandem, quam *η*, speciem accedit, sub qua et in ed. Robortelli saepe occurrit. In Potteri Archaeol. l. l. est quarta figura. Ergo *hαὶ* est i. q. *καί.* Porro littera *λ* non posteriore linea vltra plerasque litteras adscendit, vt in hodierna scriptura, sed priore tantundem deorsum porrigitur. Littera *ν* formam habet, quae in Potteri Arch. l. l. expressa est septima. Frequens occurrit in ed. Robortelli et in aliis editio-

nibus scriptorum Grr. paulo recentioribus. Est nempe figura p, sed superne aperta, non semicirculo lineae adiuncto clausa. Littera π est ϖ, qua et nunc multum vtuntur. In speciminibus, quae ante oculos habeo, *sigma* nusquam est ς, sed vbique σ; et *tau* nusquam 7, sed vbique τ. Vocalis *υ* ab inferiori parte angulum fere habet acutum, ita vt accedat ad *ν*. Littera ψ plane est †, vt in libro supra commemorato scripta exstat tertio loco. Itaque ὕ†ος scribitur pro ὕψος. Denique ω est ∞. Reliquae litterae, vt dixi, simillimae sunt illis, quibus nos iam Graeca scribimus, praeter ε, quod formam habet litterae Latinae *b*: sed mediae adiuncta est ad dexteram partem lineola horizontalis; quae proinde ventri litterae *b* incumbit. Accentus vbique adiecti sunt, et quidem formae, quibus hodie vtimur, praeter circumflexum, qui non est ˜, sed tantum semicirculus minutus, cuius extremae partes deorsum versus spectant, vt in τῶν. Spiritus sunt tam antiquiores ⊢ et ⊣, quam recentiores, ʿ et ʾ. Iota subscriptum nullum vsurpari videtur, sed passim adscriptum in ipso versu, vt 7, 1. ηῖ πολὺ πρ., et 39, 1. ἐν ἀρχηῖ. Distinctionis causa vt plurimum adhibetur punctum, raro comma: et punctum quidem nec ad infimam litterarum partem adiectum, nec ad summam, sed in medio. Saepe autem hoc adhibetur, vbi omnino non interpungendum est, vt in his, sect. 31. et sq., quae Rostgaardi manu expressa sunt: τὸν ἰδιώτην. ἀλλ' οὐκ ἰδιωτεύει. τῶ σημαντικῶς. ... συγκατατίθεσθαι. τεὸ δύο ἤ etc. Compendia scribendi nec multa nec obscura codex habere videtur. In speciminibus propositis occurrunt tantum haec: φῄ pro φησὶ, ἄνοι pro ἄνθρωποι, προσ-

ωπεῖό pro *προσωπεῖον.* De hoc ō vid. Add. ad 7, 1. Codicis forma externa, et maxime lacunarum magnitudo ex iis cognoscitur, quae Pearcius in praef. de initio et fine singularum plagularum vsque ad sect. 28. notauit. Sed clarius eadem Rostgaard in exemplo Lipsiensi ob oculos posuit, qui per totum opus et in verborum contextu et in margine notauit, qua syllaba quodque folium incipiat et qua idem syllaba terminetur. Sed ex his tricis iam nos expediamus. Sufficit in plerorumque lectorum gratiam monuisse, quod vltimum moneo, praestantissimum hunc esse codicem. Nam etsi in praefatione ostendi, ceteros etiam codices suum habere vsum et in subsidium vocari oportere, tamen idem concedo, et propter ipsius antiquitatem et propter librarii diligentiam hunc esse omnium praestantissimum, neque ab eo, nisi summa necessitas cogat, esse discedendum.

CODEX VENETVS. De hoc nihil fere habeo quod dicam. Pearcius putat esse eum, quem Manutius e bibliotheca Bessarionis commodatum expresserit. Sed hoc est incertum, praesertim cum nondum sit cum impresso aliquo exemplo diligenter collatus. Solus Tollius paucas quasdam eius lectiones notauit, et ne has quidem satis certa fide. Sic enim ipse in praefatione loquitur: „Quae raptim corrasi potius, quam collegi excerpsique e Venetae S. Marci Bibliothecae codice MS., meae potius paruolam hanc vtilitati publicae nauandi operam pertinaciae assignabo, quam beneficio cuiusdam hominis, cui abunde magnam gratiam relatam existimo, si nihil amplius de eo dixero.“ Ergo alius hunc codicem, si a tineis non iam plane confectus est (vid. infra de ed. Manutii), diligentius excutiet; modo facultas ei

data fuerit: nam amicus, qui pro me Venetiis per litteras egerat, nihil inde opis exspectandum esse rescripsit.

CODEX CANTABRIGIENSIS, siue, vt cum Pearcio appellant, ELIENSIS (quia fuit in Museo Eliensis episcopi, Ioh. Mori), grauioribus in locis cum textu Tollii collatus est ab Hudsono. Nam huic missus erat suam editionem paranti; sed sero. Itaque ad calcem editionis iam absolutae, lectiones eius *aliquot*, vt ipse dicit, notatas edidit. Etiam Toupius eum inspexit. Sed tamen accurata collatio totius codicis optanda est. Continet enim bonas lectiones, quamquam cum aliis aliunde notis fere consentientes. Quae in margine scripta sunt, recentiora videntur, ductaque ex editione Manutii. Ab hac certe pauca eorum discrepant.

CODICES VATICANI TRES, de quibus iam in praefatione aliquid dixi, sunt dignitate et vsu dispares. Primus in catalogo notatus est *no.* 285. Hunc Amatius vocat *praestantissimum;* vere sine dubio: sed dolendum est, reliquias potius exiguas esse codicis: pertinet enim ad Sect. 2, §. 3. ibique plane deficit, et pro verbis rhetoris nostri quaedam Galeni sequuntur, quae transscripsimus in Addendis.

Secundus, *no.* 194, papyraceus est, teste Zaccagnio. Videtur autem scriptus a librario minus docto et dictata excipiente, non exemplum describente oculis subiectum. Eo autem plures hinc nati errores, quod neque dictans ille iustam diligentiam videtur adhibuisse, cum a simili syllaba ad similem passim oculis transuolauerit, omissis verbis ad sensum necessariis. Vid. e. g. in Varr. Lectt. 20, 1. et 22, 1. Codex certe mirum in mo-

dum deprauatus est, vt Varr. Lectt. ostendunt. Sed monitos lectores vult Amatius, quod in praefatione retuli, ne eum contemnant, quia nonnullis in locis vera auctoris verba aut eorum saltem vestigia in eo deprehenduntur. Sic 13, 4. *ἀγαθὸν* pro *ἀγαθῇ* si quis auctori reddere velit, me habebit assentientem. Nec *τὸ N ἐφελκυστικὸν* saepe ante consonantes positum fortasse negligendum. Cf., si placet, Add. ad 4, 2.

Tertius, numeratus in catal. *no.* 1417, est item papyraceus, et, vt Zacc. dicit, *melioris notae*, hoc est, vt ego interpretor, minus vitiose scriptus, sed ceterum, si vsum criticum spectemus, fortasse priori deterior.

CODEX AMBROSIANVS iam seculo 17. collatus erat in vsus priuatos a *Marq. Gudio.* Is in exemplo editionis Manutianae in prima pagina sub indice haec scripsit: „Contuli Mediolani cum msto Biblioth. Ambrosianae. Codex scriptus est in charta bomb. manu recentiori, in fol. litt. *N. no.* 196. Marq. Gudius.“ Et sane diligenti scriptura notauit permulta, quae illo in codice diversa leguntur a Manutianis, et plura, quam in libro Schurzfleischii mox commemorando passim proferuntur. Hoc Manutiano exemplo, quod iam in biblioth. Dresdensi asseruatur, me vsum esse, iam in praefatione dixi. Sed de aetate et scriptura huius codicis, et de aliis, quae in eo possint obseruari vel studiosis vtilia vel curiosis grata, Gudius nihil vsquam adscripsit, nisi quae ad certa loca pertinerent. Pariter et *Schurzfleisch* in libro Academico Wittemb. 1711. edito (totam inscriptionem in praef. dedi) hanc in partem nihil profert, quam fratrem monuisse, „codicem bibliothecae Ambrosianae in charta bombycina manu,

si non vetustissima, satis tamen antiqua, et quidem in forma maioris ordinis, fuisse scriptum." Itaque externa illa, quibus aliqua ex parte auctoritas codicum nititur, aliunde erunt aliquando petenda. Sed, vt nunc est, hoc addere sufficit, eum plerisque in locis conuenire cum codice Parisino et editione Robortelli, et sua etiam nonnulla habere non temere spernenda.

CODEX LAVRENTIANVS a nullo adhuc editore in subsidium vocatus est. Sed agente Weigelio excitatus vir doctissimus *De Furia*, bibliothecae Laurentianae praefectus, eum cum ed. Tollii in vsus nostros conferri curauit. E Bandinii autem catalogo codd. Graecor. Bibl. Med. Laur. Tom. II. didici, codicem esse chartaceum octonis scriptum, sec. XV: variis esse lacunis interruptum et correctionibus in margine adspersum. Integer tamen non minus videtur, quam ceteri codices: nam excerpta nobis missa nullam peculiarem lacunam nobis monstrant, et in catal. incipere dicitur a *Τὸ μὲν τοῦ κεκιλίου συγγραμμάτιον*, et desinere verbis *καὶ αὐτοῦ τοῦ ὕψους μοίρας ἐπεχόντων, ὡς ἡμῖν τέλος.* De inscriptione vero huius codicis perquam notabili dicam in Addendis ad 1, 1. Ceterum de vsu eius critico, si comparetur cum reliquis, nondum audeo decernere. Tantum dicam, eum fere cum aliis conuenire vtramque in partem, et in multis quidem vitiis cum Vaticano secundo. Singularia quaedam, et, vt opinor, non leuia, quae notata habeo, iam quaerenti ad manum non erant. Ea fortasse alibi proferam.

Commemoratur etiam CODEX DVDITHIANVS, dictus a Langbaenio IVNIANVS, quia fuit in bibliotheca *Patricii Iunii* (Young), curatoris bibliothecae regis Britanniae. Tenendum

nempe, solo Langbaenio auctore illum codicem innotuisse. De eo ipse p. 115. haec scripsit: „Transmisit item“ (sc. ad me Patricius Iunius) „et codicem manu scriptum, ipsissima *πολυμαθεστάτου Stephani* manu exaratum: illud enim me nescire noluit notissimae eruditionis vir, *Henricus Hammond*, Regiae maiestati a sacris. Ego vero nullus dubito, quin MS. hic vel *Andreae Dudithii*, Itali, peculium olim fuerit, vel certe Dudithiani codicis apographum, duplici fretus criterio; altero, quod liber hic notulas subinde ad marginem habeat Italica lingua perscriptas, quo fit, vt Stephano abiudicem: accedit, quod idem plane factum obseruamus in Dionysii Halicarnassei manuscripto *Saviliano*, qui ex Dudithiano descriptus est. .... Collatis exemplaribus variantes lectiones collegi: constitueram ad finem operis sub adspectum dare; sed dubium erat, an operae pretium facturus essem: manuscripti textus vix aut ne vix discrepat ab editione *Robortelli;* margines correctiones habent satis multas, sed non alias fere, quam quas Crispinus (vt auguror, inde desumtas) exhibet.... Quae praeterea notatu non indigna sunt, sub *Stephani* nomine in notis nostris hic illic posui.“

Iam loca, vbi Langbaenius codicem illum commemorat, Stephani etiam nomine abutens ille, indicabo. Primum (p. 58) in nott. ad 4, 5. ostendit, dictum de *κόραις ἐν ὄμμασι, μὴ πόρναις* referri a Plutarcho, quod „ad oras,“ inquit, „manuscripti *Iuniani* annotauit Stephanus ὁ *μακαρίτης.*“ Deinde (p. 49) ad 9, 4. *Ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην*, dicit: „Locum hunc Plutarchi ad oras exhibet codex *Iunianus.*“ Ad 52, 5. item (p. 98): „et Robortelli editio et

mstus *Iunianus* habent *σήραγγας* et *οἷον*" (imo *ὁποῖον*) „*μάλαγμα.*" Postremo (p. 110) ad 42, 1. *ἐπ' εὐθὺ* haec scripsit: „Interpres" (Petra) „corrigit *ἐπευθύνει*, *Stephanus ἐπ' εὐθὺ ἄγει*, eodem sensu." Ad hunc locum, sicut ad priores alibique, editores quidam, etiam diligentes illi, Tollius, Hudsonus, Pearcius, Morus auctoritate Stephani vtuntur, nihil addentes de loco, vbi Stephanus illa a Langbaenio commemorata protulerit. Sed protulit nusquam. Incertissima coniectura, vel potius ioco, nescio quo, codicem illum Hammondus dixit Stephani manu esse scriptum. Ludere ille fortasse voluit doctum, sed non magni iudicii hominem. Errauit et Langbaenius in eo, quod Dudithium *Italum* dixit, quo et alios induxit in errorem, vt Morum p. XXIV. Hungarus ille potius erat natione, et nomine familiae nobilis addito appellabatur *Andreas Dudithius ab Horehowitz*, quod nomen nihil sonat Italicum. Ipse autem se simpliciter *Andr. Dudithium* appellabat. Futilibus argumentis vsus Langbaenius statuit, eius fuisse illum codicem, quem ipsi *Patr. Young* commodauerat. Ne multa, scriptum haud dubie in Italia codicem et inde a Dudithio paratum quaedam ab Italo aliquo scripta in margine habere, non mirum est. Sed illud mirum, quod Langbaenius ex ipso Iunio non quaesiuit, vnde illum codicem habuerit, neque minus hoc, quod tres deinceps Britanni editores mentionem eius plane nullam fecerunt.

RECENSIO EDITIONVM

LIBRI Π. Υ.

Prima omnium editio est FRANCISCI ROBORTELLI, Basileae, 1554. 4. Inscriptio sic habet: „*Διονυσίου Λογγίνου ῥήτορος περὶ ὕψους βιβλίον.* Dionysii Longini rhetoris praestantissimi liber, de grandi, siue de sublimi orationis genere. Nunc primum a *Francisco Robortello* Vtinensi in lucem editus, eiusdemque Annotationibus Latinis in margine appositis, quae instar commentariorum sunt, illustratus. nam ex iis methodus tota libri, et ordo quaestionum, de quib. agitur, omnisque ratio praeceptionum, et alia multa cognosci possunt. Basileae, per Ioannem Oporinum." Pag. 3. liber dedicatus est Card. Rannutio ... Farnesio. Dedicatio lapidariae inscriptionis formam habet; cui subscriptum: „Patauii, nonis Aug. MDLIIII." Litterae in contextu Gr. vsurpatae grandiores sunt paulo, quam in hac nostra editione, et satis quidem nitidae, non tamen elegantes. Quae in margine scripta sunt, fortasse ab Oporino in libri inscriptione laude illa ornantur, non ab ipso Robortello: exiguum certe vsum habent. De emendatione libri nihil editor monuit, praeter haec ad 10, 2. in margine adscripta: „Erat corruptissima haec Sapphus ode in manuscripto libro. Nos vero ita" (vt nempe in ipsa

columna typis scripta est) „emendauimus, nihil addendo prorsus. quare libuit asteriscos apponere, vbi versus minus integri videbantur. Hoc vnum effecimus, vt cum ex numero agnosceremus esse metrum Sapphicum hendecasyllabum, reciperet suam formam, nec continuato sermone, vt in manuscripto, describeretur: quod puto omnibus gratum fore.“ Dubitari sane non debet, quin R., sicut alii editores principes scriptorum veterum, religiose codicis scripturam expresserit, quod et Victorius, cui cognitus fuisse videtur codex, V. L. 27, 13. non obscure testatur. Manifesta tamen, quae ipsi viderentur, menda sine dubio sustulit. Ipsius verba modo allata id volunt, et confirmatur eo, quod nullus codex reperitur mendis etiam cum eius editione plane conueniens. Morus putabat Ambrosianum esse codicem. Sed in opere *Dän. Bibliothek, oder Sammlung von gelehrten Sachen aus Dänemark St. 6. §. 8.* non minus verosimiliter traditur, codicem Parisinum praestantissimum esse, ad quem *primaria editio* exacta fuerit. Denique in emendando libro sibi aliquid sumsisse videtur Robortellus, sed hactenus, vt eius diligentia laudanda, fides non in dubium vocanda videatur. Quod non de singulis mutationibus monuit, id fecit e more aliorum, qui tum primi edebant scriptores veteres. Nam severior crisis de minutis etiam rebus rationem exposcens aliquanto post coli coepit.

Secuta est editio PAVLI MANVTII Ven. 1555. Ea sic inscribitur: „*Διονυσίου Λογγίνου περὶ ὕψους λόγου.* DIONYSII LONGINI DE SVBLIMI GENERE DICENDI. In quo cum alia multa praeclare sunt emendata, tum veterum poetarum versus, qui confusi commixtique cum

oratione soluta, minus intelligentem lectorem fallere poterant, notati atque distincti. Apud Paulum Manutium, Aldi F. Venetiis 1555." Praemissa est epistola Graeca ad Michaelem Syluium, ex qua haec inprimis notanda transscribam: *Λογγῖνον ... ὃς ἐν τῇ παρ' ἡμῖν τοῦ Βησσαρίωνος Βιβλιοθήκῃ κατακεκρυμμένος ἀπέκειτο· κἂν ὑπὸ σητῶν τῷ χρόνῳ, ὡς πολλαὶ καὶ ἄλλαι χρησιμώταται βίβλοι, κατεβρώθη, εἰ μὴ παρέστη μοι τοῖς ἡμετέραις τύποις αὐτὸν ἀνανεῶσαι .... ὡς ὤφελον ὁλοκληρεστέραν, καὶ μετὰ πλείονος διαρθρωθεῖσαν ἀκριβείας ἀποστεῖλαι. οὐ μὴν ἀλλ' ὃ νῦν ἀδύνατον, ἐλπίζω δυνατὸν οὐκ εἰς μακρὰν, ἐντετυπωμένης ἤδη, ἔσεσθαι· καί τι τῶν βελτιόνων ὑπάρξειν ἀντιγράφων, ὃ αὐτὴν εἰς τἀρχαῖον καὶ γνήσιον σχῆμα τελείως ἀποκαταστήσει.* Credere iubent haec verba, Manutium nihil fere ex ingenio mutasse, quia librum nondum integritati restitutum dicit, ad eamque rem alius exempli copiam fore sperat, cuius ope pristina ei forma reddatur. Sed sine dubio multa ille correxit e coniectura, neque ea ratione, qua Robortellus, excusari potest. Etenim non modo talia sustulit, quale est 1, 1. *εἴ τ'* (vel *εἴτ'*) *ἐπὶ πάσης* pro *εἴτ' ἐπὶ πάσης*: sed audacter etiam grassatus est in corrigenda ipsius auctoris scriptura. Nimirum etiam alii scriptores multa veterum loca memoriter repetunt paulum immutata, hic noster autem quam plurima, et ita quidem, vt verosimile non sit, a librariis mutationem esse profectam. Haec Manutius fere omnia refinxit ad editiones ipsorum scriptorum. Grauiter contra hanc eius rationem disserit Pearcius in praefatione. Hactenus Robortelli editio longe praeferenda est Manutianae. E verbis epistolae supra positis credere

quis potest, antequam Manutius illa scriberet, ei plane nihil innotuisse de editione Basileensi. Sed aut idem simul consilium ceperat et ipse et Robortellus, et, cum serius ipse rem perfecisset, noluit laudem non serius quaesitam casui cedere; aut ipso silentio reponendum aliquid putauit arrogantiae et insolentiae Robortelli. Hunc enim superbia inflatum narrant et aliis viris doctis et Manutio vehementer obtrectasse. Vtcunque est, (nam et contentio quaedam cum Oporino accedere potuit, vt eo magis librum typis eius vulgatum ignorari cuperet), magis ipsius auctoritate perfectum est, vt Robortelli editio minoris olim haberetur, quam vero doctorum hominum iudicio. Nam ne litterae quidem minutae, licet elegantiores, quibus scripta est Manutiana, oculos et emtores videntur allicere potuisse.

De editione FRANCISCI PORTI iam nonnulla disputaui in animaduersione praefationi Toupii adiecta. Prodiit illa cum Aphthonio et Hermogene apud Ioh. Crispinum, Geneuae, 1570. 8. Inscriptio huius sylloges sic habet: „*Aphthonius*, *Hermogenes* et *Dionysius Longinus*, praestantissimi artis rhetorices magistri, Francisci Porti, Cretensis, opera industriaque illustrati atque expoliti, apud Ioannem Crispinum. 1569. Genev." Deinde singula horum opera peculiarem inscriptionem habent; anonymi nostri hanc: „*Dionysii Longini*, Rhetoris praestantissimi, Liber de grandi, siue sublimi genere orationis. In quo cum alia multa praeclare sunt emendata, tum veterum poetarum versus, qui, confusi commixtique cum oratione soluta, minus intelligentem lectorem fallere poterant, notati atque distincti. Additus index, methodum totius libri et ordinem

quaestionum, de quibus agitur, ipsamque rationem praeceptionum commonstrabit. Apud Ioannem Crispinum 1570." Consentit haec editio fere cum editione Manutii, et in nonnullis cum illa Robortelli. Paucas lectiones in margine notatas habet, quae et e certis libris deinceps prolatae sunt. Itaque vsum hodie praestat perquam exiguum. Eam, fortasse vt nouissimam, expresserunt deinceps editores, vsque ad Tollium, qui et sectionibus in Crispini editione primum notatis numeros addiderunt.

Bene deinceps de anonymo nostro meruit GABR. DE PETRA, Prof. Graecar. litterarum in Academia Lausannensi. Huius editio prodiit Geneuae, ap. Io. Tornaesium, 1612. 8. Quoniam primus ille hunc librum Latine vertit, hoc maxime nomine inter editores *ἀξιολόγους* referendus est. In hac ed. singulis paginis binae continentur columnae, quarum interior Graeca auctoris habet, exterior versionem. In margine de rebus earumque nexu breuiter disseritur; in paucis locis etiam de lectione et verborum sensu. Cetera, quae post dedicationem inserta et in fine libri addita sunt, de auctoris, qui ferebatur, vita, de argumento totius libri, *συνόψεις* porro *μερικώτεραι*, quibus singularum sectionum argumenta exponuntur, non sunt inepta aut inutilia, sed nec magni momenti, hodie praesertim, cum eadem habeamus partim vberius partim elegantius explicata.

Proxime insequens editio est GERARDI LANGBAENE, Oxonii, 1638. 12. Huius apparatus externus non delectat homines verae elegantiae sensu imbutos. Inscriptio aeri incisa imagunculis circumdata est parum inter se congruen-

tibus; volitantibus etiam per coelum verbis, quibus, opinor, allegorica pictura lucem accipiat. Sed hoc leue et ludicrum. Illud autem quemuis lectorem offendere debet, quod priorem quamque paginam versio Petrae occupat, posterior textui Graeco relicta est minutis litteris impresso: et haec marginem habet multo latiorem, quam illa, quia in eo scholia Petrae scripta sunt, in altero plane nihil. Haec ratio per totum librum seruatur: altera nempe pagina columnam habet latam, litteras Latinas grandiores, marginem angustum, eumque purum et vacuum; in altera contraria omnia visuntur. Sed ad potiora transeundum est. In fronte libri posita est oratiuncula editoris Iuventuti Academicae inscripta, plena illa sententiis argutis et obscuris. Ea iuuenes ad studia litterarum excitantur. Reliqua omnia editor, nihil monens, ex editione Petrae repeti curauit, omisso tamen, quod mireris, indice, cum inscriptioni haec verba adiecta sint: *Edendum curauit... G. L. cum indice.* Ad calcem libri adiunctum est NOTARVM AVCTARIVM, quo vno Langbaenius effecit, vt cum laude inter editores commemorari posset. Paginis enim 118 non pauca continet, quae per otium cum fructu possint legi, licet ad emendandum aut explicandum librum ipsum paucis in locis faciant. In extrema harum notarum parte subsidia commemorat, quae ad edendum scriptorem π. ὕ. habuit, in his codicem *Dudithianum*, de quo verba eius supra posui. Quae verba qui vel sola legerit, nisi alia Langbaenii norit opera, non potest non mirari, cum ab Hudsono dici virum sui aeui eminentissimum.

Editionem hactenus descriptam excipit ea, quae hunc indicem habet: *Dionysii Longini*

Cassii, Graeci rhetoris, de sublimi genere dicendi libellus, nunc vltimo accurata, ac triplici in Latinum expositione emissus, et luculenta praelectione illustratus cura ac diligentia CAROLI MANOLESII BIBLIOPOLAE. Bononiae, 1644. 4. Triplex illa *in Lat. expositio* est 1) Gabrielis de Petra, 2) Dominici Pizimentii, 3) Petri Pagani. Haec ita dispertita est, vt binarum paginarum priore contineantur Graeca auctoris et Petrae versio e regione posita; posteriore versiones Pizimentii et Pagani binis item columnis scriptae, ita vt omnia vno comprehendi possint oculorum obtutu. De hac editione maxime mirandum est, quod ne verbo quidem Manolesius significauit, quinam sint illi tres interpretes. Petram nouimus: sed de Pizimentio et Pagano nemo quidquam potuit exquirere. Hinc fortasse factum est, vt minoris haberentur, imo quasi plane inutiles abiicerentur horum versiones, cum tamen nonnullis in locis Petrae versioni non cedant, et criticum etiam aliquem videantur habere vsum. Vid. e. g. nott. ad 23, 2. de v. θύννων. Sub *luculenta praelectione* Bibliopola sine dubio intelligi voluit ea, quae ipse adiecit ex editione Petrae repetita. Nihil enim aliud ipsius editio continet.

Secuta est deinceps editio satis elegans ad adspectum, neque ad vsum contemnenda *cum Notis, Emendationibus et Praefatione Tanaquilli Fabri.* Salmurii, 1663. 12. In praefatione Faber quaestionem tractat, *vtrum idem argumentum ab Hermogene et Longino tractatum fuerit.* Deinde post narrationem Suidae de Longino Latine versam et notulis illustratam aliam adiecit praefatiunculam ad Lectorem, in qua versiones Latinas ad-

huc editas diiudicat et editiones enumerat, quas habuerit ante oculos. Sunt autem omnes inde a Crispiniana. Codicem mstum se nancisci non potuisse dicit, neque se, vllos esse vsquam, arbitrari. Mira est haec opinio, a tali praesertim viro prolata, qui et ampliora meditaretur de hoc scriptore exornando. Textum ille Porti curauit exprimi, et primus sectionibus singulis argumenta praeposuit Graece scripta. Graecum textum excipit versio Petrae seorsim posita. Postremum locum tenent *Notae minores*, dignae illae ingenio editoris et eruditione. Ad eas haec praefatur: „Cum mihi decretum sit vberrimas in Longinum Notas cum Animaduersionibus aliquando scribere, eaque iam collecta sint et conquisita omnia, quibus ad eam rem opus esse videatur; nunc me breuiorem esse volui; cum praesertim hoc vnum studuerim, vt hic scriptor emendatissimus prodiret et ea forma ederetur, quae se, si nulla alia re, commoditate saltem commendaret. Nam alterum illud opus, quod ego in animo habeo, magnae molis futurum est, cum tam multa e Graecis, tam multa e Latinis, seu Poetae illi erunt, seu Sophistae, aut Philosophi, aut oratores, in eo sint examinanda. Quamobrem sine beati otii copia non est ut id commodeque et belle absolui possit; cum praesertim nouam Rhetoris nostri versionem dare statuerim, eamque ita elaboratam, vt ceteris, quae antehac prodierunt, sine omni damno carere possis.“ Sed nihil horum lucem vidit.

Quod Faber in animo se habere dixerat, id praestitit Iac. Tollivs. Magno rerum apparatu et typographico etiam ornatu splendens eius editio prodiit Traiecti ad Rhenum 1694. 4. maioris

formae. E codd. quinque vtcunque inspectis verba scriptoris ille emendauit, et felicius etiam ex ingenio, eademque pro insigni doctrinae copia scienter explicauit, congestis eandem in rem priorum editorum animaduersionibus; quarum tamen maiorem partem rectius omisisset. Nouam ipse versionem Latinam fecit, quae posita est e regione verborum Graecorum. In ea magnum sane et laudabile studium adhibuit, etsi longissime abhorret a stilo auctoris. Nam quae hic argute et breuiter magis significat, quam eloquitur, ea Tollius tam multis verbis circumlocutus est, vt Ciceronis in exaggerando χύσιν alieno loco imitatus esse videatur. Sed optimae certe voluntati eius, quidquid in eo peccauit, condonandum puto. Nam de versione sua in praef. loquens, *mihi eam*, inquit, *permisi libertatem, vt quae Graeca breuius, sed obscurius, dicta erant, Latine fusius et dilucidius quandoque interpretarer.* Sed tamen nonnullis in locis ipsa circumlocutione rerum et coniunctione synonymorum sensum fecit ambiguum. Primus ille fragmenta quaedam auctoris libro π. ὕ. addidit, eaque Latine interpretatus notis etiam quibusdam illustrauit. Post fragmenta etiam adiecit libri π. ὕ. versionem Gallicam Boilauii cum eiusdem et Dacierii et suis etiam notis Gallicis. Postremo loco 56 paginas explet *Iacobi Tollii animaduersionum criticarum ad Longinum gustus.* Hic *gustus*, quem appellat, eruditas in speciem commentationes continet, in quibus agitur de virtute quorundam locorum poeticorum, ita vt iudicia referantur ad anonymi nostri quaedam praecepta. Sed libellus est verbosus et passim obscurus, ideoque ad paucorum haud dubie palatum. Itaque satius erat eum excludere,

sicut adiectas in fine praefationes et alia ex editionibus Petrae et Fabri depromta.

Cum litterarum studiosos editionis Tollianae magna moles et insanum pretium ab emendo legendoque deterreret, HVDSONVS eam ita redegit in compendium, vt luxuriantem notarum siluam coerceret, versionemque Tollii reuocaret ad breuitatem ipsius scriptoris. Nihil ille bonae frugis e Tollianis resecauit et noua etiam nonnulla addidit, in quibus et lectiones e codice Cantabrigiensi. Magna breuitate in his omnibus vsus est. Hoc vel ex eo quis existimet, quod eius editio primum Oxonii 1710 octonis impressa constat paginis 150, cum illa Tollii quaternis impressa 408 paginas expleat. Recte igitur Morus hanc editionem praeter ceteras vtilem consilioque discentium accommodatam iudicabat. Quod vero idem tradit, hanc editionem a. 1718 et 1730 sine vlla mutatione recusam esse, id inuito et aliud agenti, vt opinor, excidit. Nam editio anni 1718 e Boiuinii et Schurzfleischii commentationibus ab Hudsono aliquantum locupletata est. Neque hoc Morus ignorabat, cum ad Sect. 2 extr. scriberet, ab Hudsono receptum esse *ἡγήσαιτο:* nam in ed. a. 1710 est *κομίσαιτο*. Sed tertia editio a bibliopola sine noua mutatione curata est.

Hinc magno studio librum *π. ὕ.* e codicibus et editione prima corrigere et in pristinam, quantum fieri posset, integritatem restituere coepit ZACHARIAS PEARCE. Nam haec maxima eius laus est, quod lectiones veterum librorum diligentissime indagatas notauit, et nonnullas etiam recte diiudicauit. Sed quam et ipse nouam fecit versionem, ea minime est Latina, et magis in speciem, quam re ipsa Graecis auctoris conuenit. Prima eius

editio magno splendore curata est Londini, 1724. 4. Quae cum pretii magnitudine emtores deterreret, et ad vsum etiam incommodior videretur, parauit aliam, Lond. 1752. 8. In hac complura refinxit et de mutatione facta singulis paginis monuit. Eodem tempore, quo haec altera editio parabatur Londini, Wetstenii, qui nihil ea de re comperderant, Amstelaedami priorem illam editionem sic ornatam recudere coeperant, vt minori pretio emi posset. Quia igitur tum, cum de noua editione instituta certiores fierent, iam dimidio amplius typis illam descriptam habebant, postea mutationes et accessiones, quae in noua editione reperiuntur, in fine addiderunt. Commodo autem illorum euenit, vt, cum ornamentum aliquod editioni suae quaererent, quo vinceretur vtraque Londinensis, *Isaacus Verburgius*, Gymnasii Amstel. rector, illis offerret nunquam ante editum Commentarium FRANCISCI PORTI, Cretensis, in librum *π. ὕ.* Hoc ergo commentario (de quo etiam ad praef. Toupii aliquid dixi) locupletatam editionem suam absoluerunt anno 1733. Aliquoties ea deinceps, secundum Londinensis formam, sine noua mutatione recusa est.

Eodem anno, 1733, notata est editio VERONENSIS, quam impensis suis Tumermanus et Koenigius parauerunt, charta satis luculenta, quaternis. Hanc editionem Bandinius in Catalogo codd. Gr. biblioth. Laurentianae dicit esse *omnium pulcherrimam*; non male, si vtilissimam omnium intelligi voluit: est enim Hudsoni repetita editio, additis duabus versionibus, Gallica Boilauii et Italica Gorii. Binis columnis positum primo est opus Graecum, deinde versio Latina Hudsoni; e regione autem, binis item columnis, primum

versio Italica, deinde Gallica. His subscriptae singulis in paginis notae Hudsoni, et quas Tollius versioni Gallicae addiderat. Pro his duabus versionibus, si quid praeterea iudicare licet, potiora cum delectu e prima editione Pearcii adsciscenda erant. Sed hanc editores plane videntur ignorasse.

Nouae deinceps editionis curam suscepit Car. Henr. Heineke. Is Graeca verba ex altera Pearcii recensione dedit, suamque adiecit versionem Germanicam. Haec, olim probata, hodie vix cuiquam placere potest, cum etiam sensum auctoris, vsu verborum Germanicorum iam mutato, male fere reddere videatur. Operi ille praemisit vitam Longini, et dissertationem, qua copiose de scriptis eius agit, et diligentius editiones et versiones recenset, quam Fabricius in Biblioth. Gr. fecerat. Multa item alia inseruit historica, non necessaria quidem cognitu, sed tamen ab instituto non longe remota. In animaduersionibus quoque Germanicis, Graeco textui et versioni subscriptis, quae magis ad πάρεργα pertinent, quam ad emendandum aut illustrandum librum, nonnulla persequitur copiosius, quibus historiam litterarum amplificare delectandi causa solent. Ad calcem posuit dissertationem ita inscriptam: *Untersuchung von dem, was Longin eigentlich durch das Wort Erhaben verstehe.* Hac definitionem auctoris sect. 7. datam illustrare et defendere conatus est. Quo anno H. priorem editionem parauerit, nescio, neque eam vidi. Altera Dresdae prodiit 1742. 8.

Inprimis elegans et vtilis iam commemoranda est, quam adornauit Sam. Fr. Nathan. Morvs, Lipsiae, 1769. 8. Hic „animaduersiones interpretum“ (vt modesta inscriptio habet) „excerpsit, suas et nouam versionem adiecit.“ Sed plura

praestitit, quam haec verba significant. Primum in praefatione, praeter alia, dotes libri π. ὕ. scienter et accurate persequitur. Deinde breuiter recenset codices eius et editiones; et has quidem paullo, quam illos, diligentius; quarum etiam facit (non satis idonea de causa) classes quinque. Tum post indicata sectionum singularum argumenta sequitur liber ipse, et alternis paginis, vt in hac nostra editione, adscripta ipsius versio Latina. Hac versione vnus omnium interpretum omne munus interpretis ita expleuit, vt nemo posthac Latine hunc librum vertere possit, quin deterius id faciat, nisi forte stilum auctoris putida et curiosa, vt ita dicam, diligentia velit exprimere. Nam Mori versio ad orationem auctoris fere habet, vt Tulliana breuitas ad Liuianam. Animaduersiones in ima quaque pagina subscriptae sunt. In his, vt ipse dicit in praefatione, ab omni longius disserendi vanitate abstinuit, siue de verbis ageretur, siue de rebus. Itaque si quis passim paullo vberiora et explicatiora optet, meminisse debet, eum non sine ratione in his fuisse breuiorem. Et tamen nihil facile omisit (eorum quidem, quae res poscit) ab aliis recte traditum, et multa de suo addidit, quae apud alios desiderantur. Inter has animaduersiones et libri contextum singulis in paginis interiecit diuersas, pro copia, quae ipsi erat, lectiones e codd. et editt. vetustis excerptas; in quibus nimia breuitas passim ambiguum facit, quid in quoque libro legatur. Fragmentorum versionem omisit Morus, „quoniam“ (ipsius sunt verba) „ab iis fere leguntur, qui sine duce progredi possunt.“ Sed iidem tamen comitem sibi oblatum non inuiti adsciscunt: et praeterea instituti forma, vel propter

oculorum iudicium, sibi constare debet. Scholia tamen nonnulla fragmentis ille subscripsit critica exegeticis mixta. Indicem adiecit triplicem, scriptorum nempe, quos auctor commemorat, rerum et verborum.

In *Libello animaduersionum ad Longinum* a. 1773. Lipsiae edito Morvs quaedam ex illis ad ipsum *π. ὕ.* librum et ad fragmenta Longini disputatis vberius tractauit, illustrauit et correxit.

Nouissima est editio Io. Tovpii, Oxon. 1778. 4. et 8. Haec quid boni habeat, et omnino quibus ex partibus discrepet ab aliis editionibus, partim ex ipsius partim e nostra praefatione cognosci potest.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

DE

VITA ET SCRIPTIS

LONGINI.

AVCTORE

PETRO IOANNE SCHARDAM,

SPARENDAMO - BATAVO.

LECTA DIE XXIII. OCTOBRIS, MDCCLXXVI. IN AVDITORIO LITERARIO ACAD. LVGD. BAT.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

DE

VITA ET SCRIPTIS

LONGINI.*)

§. I.

Quanquam bonae literae, et praeclara ingenia seculo tertio vna cum ipso imperio Romano conciderunt, tamen, in tanta etiam conuersione rerum ac perturbatione, fuit aliquis excellentium virorum prouentus. Quorum longe principes numerantur inprimis duo; Longinus, cui vel meliora tempora perpaucos pares tulerunt, ac Porphyrius, e Longini disciplina profectus, et ad magistri laudes, quanquam longo interuallo, proxime accedens. Porphyrii vitam, studia, et scripta Lucas Holstenius, vir magna et recondita eruditione, tam accurate enarrauit, vt exemplum dederit talis historiae bene scribendae. At Longini

*) Quoniam Ruhnkenius hanc dissertationem alieno nomine, quod superior pagina praefert, de more inscribi passus erat, noluimus hoc mutare; praesertim cum *auctor* etiam dicatur, qui aliquid probat et defendit. Sed constat, eam conscriptam esse a Dav. Ruhnkenio, vt Wyttenbach in Biblioth. Crit. Amst. Vol. I. P. III., Volborth in Biblioth. Philologica, et Editores opusculorum Ruhnkenii in praefatione monuerunt. Similis ambiguitas auctoritatis occurrit in dissertatione de *Antiphonte*, oratore Attico. Vid. Praef. ad opuscula Ruhnkenii 1807. edita pag. VIII. seq. et p. 224. med.

memoriae qui pari et cura et doctrinae copia consuleret, adhuc scimus repertum esse neminem. Quo magis conuenit, eandem illi, aut etiam diligentiorem, si fieri potest, operam nauare.

§. II.

Longinus in fronte libri *Π. Υ.* vocatur *Dionysius Longinus*, a Photio Lex. MS. v. *Σέῤῥοι*, *Cassius Longinus*, a Suida v. *Λογγῖνος*, *Longinus Cassius*, cognomine praeposito gentili nomini. Quam nominum transpositionem Graecis aut solis, aut maxime vsitatam dicit Reimarus in Vita Dion. Cassii p. 1534. Sed multis exemplis planum fecit Dukerus ad Flor. II. 2. 11. Latinos scriptores eandem rationem frequentare; eamque argenteae, quam vocant, aetati inprimis vindicauit Lipsius ad Senec. de Tranq. an. 14. Plenum igitur hominis nomen erat *Dionysius Cassius Longinus*. Graeco *Dionysii* nomini, quod infans acceperat, Romanum *Cassii Longini* accessit, siue quod ipse in familiae Cassiae Longinae clientelam receptus esset, siue quod eius maiores per aliquem ex Cassiis Longinis ciuitatem accepissent. De quo more Graecis barbarisque frequentissimo videndus Henr. Cannegieterus de Nominib. cap. VI. Certe melior est haec ratio illa Fabriciana Bibl. Gr. T. IV. p. 435. qua Longinum nepotem facit Cassii Longini apud Plutarch. Symp. IX. 1. quamuis contextus facile doceat, illum Longinum, non Graecum, sed vnum quem e proceribus Romanis fuisse. Et quoniam de Longini nomine dicere coepimus, hoc quoque notandum videtur, eum nunquam simpliciter *Dionysii*, semel *Dionysii Longini*, bis terue *Cassii Longini*, plerumque vno *Longini*

nomine laudari. Quam obseruationem si quis minutam et contemnendam dicat, is sciat, eam mox nobis in grauioribus profuturam.

§. III.

Quo anno Longinus natus sit, nemo commemorauit, satis habentibus antiquis scriptoribus, tempus, quo summam ingenii gloriam attigisset, designare. Photius Bibl. Cod. CCLXV. p. 1470. *ἐπὶ Κλαυδίου δὲ Λογγῖνος ἤκμαζε.* Georg. Syncellus Chron. p. 384. *ἐφ᾽ οὗ (Αὐρηλιανοῦ) φασὶ Φιλόστρατον τὸν Ἀθηναῖον ἱστοριογράφον, καὶ Λογγῖνον ἀκμάσαι.* Sed quid natalem diem annumue scire attinet, cum aetas eius satis certis et perspicuis indiciis teneatur? Nam si magistrum viginti annis discipulo Porphyrio, qui A. C. 233. natus est, grandiorem fuisse ponamus, natalis eius incidit in A. C. 213. vixitque adeo Longinus sexaginta annos, quoniam certum est, eum A. C. 273. periisse. Non minus incertus est eius locus natalis. Abr. Sellerus Ant. Palmyr. p. 288. Palmyrenum esse suspicatur; Syrum vel Emisenum Gabriel de Petra, cui Holstenius de Vita Porphyr. c. 5. accedere videtur; Pamphylium Langbaenius, quippe Dionysium Longinum perperam confundens cum Dionysio Phaselite. Syrum viri docti Longinum faciunt hoc argumento, quod mater Syra fuit, et quod ex Vopisco in Aurelian. 30. sibi collegisse visi sunt, Longinum Syriacae linguae peritum fuisse. At scierit Syriace, nihil impedio: quamuis id ex ambiguo Vopisci loco vix intelligi possit: num idcirco statim in Syria natus putandus est? Eius enim linguae vel a matre in Graecia, vel a Palmyrenis, apud quos postea

vixit, discendae facultatem habuit. Equidem multo pronior sim in sententiam Io. Ionsii de Script. Hist. Phil. III. 14. Athenas Longino patriam tribuentis. Hic certe eius auunculus, Phronto, Emisenus, ex cuius sorore Phrontonide natus est Longinus, artem rhetoricam docebat. Qua de re egregius est locus Suidae: *Φρόντων Ἐμισηνὸς, ῥήτωρ, γεγονὼς ἐπὶ Σευήρου τοῦ βασιλέως ἐν Ῥώμῃ· ἐν δὲ Ἀθήναις ἀντεπαίδευσε Φιλοστράτῳ τῷ πρώτῳ, καὶ Ἀψίνῃ τῷ Γαδαρεῖ. ἐτελεύτησε δὲ ἐν Ἀθήναις, περὶ ξʹ ἔτη γεγονώς· καὶ ἀδελφῆς Φροντωνίδος παῖδα ὄντα Λογγῖνον τὸν Κριτικὸν κληρονόμον κατέλιπεν. ἔγραψε δὲ συχνοὺς λόγους.* Hunc Phrontonem, Graecum rhetorem, Langbaenius et alii, qui Longini vitam enarrarunt, errantem ducem, Io. Rualdum in Plutarchi Vita c. 5. secuti, temere confuderunt cum oratore Romano, M. Cornelio Frontone, M. Antonini Philosophi in Latinis literis magistro, de quo vide Capitolin. in M. Anton. 2. Quem errorem, nuper etiam repetitum ab historiae philosophicae compilatore Tom. II. p. 214. ita confutauit vir doctissimus, Eduardus Corsinus in Plutarchi Vita §. 5. dicere vt contra posse nemo videatur. Phronto, dum vixit, Longinum in filii modum amauit, et moriens bonorum suorum heredem scripsit. Nec dubitari potest, quin idem eius ingenium ad omnem humanitatem finxerit, eique viam, qua ad veram eloquentiam iretur, monstrarit, praesertim cum aemulatio, Phrontoni cum Philostrato et Apsine intercedens, cuius Suidas mentionem facit, vix sineret sororis filium aemulorum disciplinae commendari.

§. IV.

Ipse Longinus in Praefatione luculenta libri *περὶ τέλους*, quam Porphyrius in Vita Plotini p. 127. conseruauit, narrat, se ab ineunte aetate cum parentibus multa itinera obiisse, multas regiones lustrasse, et omnes, qui clarum in philosophia nomen haberent, per hanc peregrinandi opportunitatem vidisse. Ex quo, quantam facultatem habuerit optimi cuiusque magistri sibi legendi, facile iudicari potest. Ex Platonicis vidit Euclidem, Democritum, Proclinum, Ammonium Saccam, Origenem, Plotinum, Amelium, Theodotum, Eubulum: e Stoicis Themistoclem, Phoebionem, Annium, Medium, Herminum, Lysimachum, Athenaeum, Musonium: ex Peripateticis Heliodorum Alexandrinum, Ammonium, Ptolemaeum. Quorum omnium, si Ammonium Saccam, Origenem, Plotinum et Amelium excipias, vix tenuis notitia ad nos peruenit, propterea quod alii nihil literis prodiderunt, aliorum libros vetustas intercepit. Democritus scripsit Commentarium in Platonis Alcibiadem, quem laudat Olympiodorus Commentario MS. in eundem dialogum p. 29. B. *Τὸ εὖ λέγεις, ὁ μὲν Δημόκριτος ἐπίκλην χνα, διότι μετρούμενον τὸ ὄνομα αὐτοῦ χνα* (i. e. 651.) *ποιεῖ, ὡς ἀπὸ Σωκράτους ἐκδέχεται. ὁ δὲ Δαμάσκιος, ὡς ἀπὸ Ἀλκιβιάδου. καὶ ἄμεινον τὸ δεύτερον.* item Commentarium in Phaedonem, qui ab eodem Olympiodoro in eundem dialogum commemoratur: *Ὅτι τὴν γῆν, οἱ μὲν ἀσώματον φασὶ τὴν ἐνταῦθα λεγομένην, οἱ δὲ σωματικήν. καὶ τούτων ὅλον μὲν τὸν κόσμον, Ἁρποκρατίων, τὸν δὲ ὑπὸ σελήνην, Θεόδωρος. τῶν δὲ ἀσωμάτων, τὴν μὲν ἰδέαν Δημόκριτος, τὴν*

δὲ φύσιν, Πλούταρχος. Eiusdem Democriti mentionem facit Syrianus Commentario MS. in Aristotelis Metaphysica: *μηδὲ Πλούταρχον καὶ Ἀττικὸν καὶ Δημόκριτον τοὺς Πλατωνικοὺς κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο ζηλοῦμεν.* Ptolemaeum Peripateticum Fabricius Bibl. Gr. Tom. II. p. 310. laudari putat a Sexto Empiric. adv. Gramm. I. 3. p. 229. In quo virum egregium ratio fallit. Nam primum Ptolemaeus, quem Longinus vidit, per temporis rationes vix potuit a Sexto Empirico commemorari. Deinde Longinus diserte testatur, eum nihil, praeter carmina et declamationes, scriptum reliquisse. Ammonio Peripatetico hanc insignem variae copiosaeque eruditionis laudem tribuit Longinus: *οὐ γάρ ἐστιν, ὅστις ἐκείνῳ γέγονεν εἰς πολυμάθειαν παραπλήσιος.* a cuius iudicio non discrepat Philostrat. Vit. Sophist. II. 27. p. 618. *Ἱππόδρομος πλεῖστα ἀνέγνω μετά γε Ἀμμώνιον τὸν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου. ἐκείνου γὰρ πολυγραμματώτερον ἄνδρα οὔπω ἔγνων.* vbi Peripateticum Ammonium cum Platonico a Gothofredo Oleario confundi, nemo miretur, cum hic etiam errarit Ionsius, tanto doctior et solertior, de Script. Hist. Phil. III. 13. p. 282. Vide Fabricium Bibl. Gr. Tom. IV. p. 172.

§. V.

Hi sunt ineuntis seculi tertii philosophi, cogniti omnes a Longino. In quibus cum ingenio scientiaque longe excellerent Ammonius Saccas et Origenes, horum se potissimum disciplinae tradidit, iisque audiendis multum temporis consumsit. Ipsum testem audiamus in Praefatione libri *περὶ τέλους· Τοῦ δὲ δευτέρου τρόπου Πλα-*

τωνικοὶ μὲν Ἀμμώνιος καὶ Ὠριγένης, οἷς ἡμεῖς τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου προσεφοιτήσαμεν, ἀνδράσιν οὐκ ὀλίγῳ τῶν καθ' ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διενεγκοῦσιν. Alexandriae tum philosophiam Platonicam docebat Ammonius, cui, quod iuuenis saccis portandis victum quaesisset, scurrilis Alexandrinorum dicacitas cognomen *Saccas* indidit, non dissimile nomini *Cybiosactes*, quo, vt Suetonius in Vespas. 19. auctor est, olim vnum e regibus suis, post Vespasianum notarant. Magna huius philosophi fama erat, partim iustis de caussis orta, partim ab adolescentibus, temere, vt fieri solet, nouitatem disciplinae mirantibus, commota. Etenim rem inauditam et prope incredibilem profitebatur, se ex diuersarum sectarum sententiis vnum quasi philosophiae corpus confecturum, Platonemque cum Aristotele in concordiam redacturum. Sed de Ammonio tanto minus hic dicere necesse est, quod tota philosophandi ratio, quam secutus est, e Plotino, eius discipulo, qui illam literis prodidit, intelligitur. Vide e veteribus Hieroclem apud Photium Bibl. Cod. CCXIV. p. 550. e recentioribus Moshemium Dissert. de turbata per Platonicos ecclesia §. 7. seqq. et Histor. Christian. seculi II. §. 27. seqq. quanquam is in multis fingenti, quam docenti similior est. Alter Longini magister erat Origenes, omnium Ammonii discipulorum, si Plotinum excipias, nobilissimus, quem Suidas v. *Ἀμέλιος* cum Ammonio coniungit. Hierocles l. c. p. 554. *οὗ τῶν γνωρίμων οἱ ἐπιφανέστατοι Πλωτῖνός τε καὶ Ὠριγένης.* Multi hunc Origenem, a Christianis sacris alienum, confundunt cum inclyto illo Origene Adamantio, Ammonii et ipso discipulo, tanquam Io. Ionsius de Script. Hist. Phil. III. 16. p. 293.

et Io. Pearsonus Prolog. in Hierocl. p. 29. reuocans tamen errorem suum, Vindic. Ignat. II. p. 10. Sed quomodo distinguendi sint, praeclare docet H. Valesius ad Euseb. H. E. VI. 19. quem, praeter ceteros, sequitur Huetius Origenian. l. 7. Quanti Plotinus Origenem fecerit, testimonio sit, quod narrat Porphyrius in Plotini Vita p. 116. Cum Origenes forte Romae in Plotini scholam venisset, tantus illi rubor suffusus est, vt statim docendi finem faceret, graue esse dicens disserere, praesentibus iis, qui, quae traduntur, aeque teneant, atque ipse qui docet. Ob quam cum Plotino et Porphyrio consuetudinem, Romae institutam, Origenes ab Eunapio in Porphyr. p. 17. Porphyrii condiscipulus vocatur, frustra, vt nobis videtur, Huetio l. c. tertium aliquem Origenem ex illo loco fingente. Longinus autem non Romae, sed Alexandriae, Origenem audiuit, quod quo tempore Origenes Romae cum Plotino et Porphyrio versabatur, ipse iam dudum Athenis bonas artes tradiderat, Porphyriumque formarat. Idem in Praefatione libri *περὶ τέλους*, quam non semel laudauimus, testatur, Origenem nihil de philosophia literarum monumentis mandasse, et, si quid exstet, velut liber *περὶ δαιμόνων*, leuioris operae esse, atque aliud agenti excidisse. Ex illo libro quaedam affert Proclus in Platonis Timaeum p. 24. Alium eius libellum laudat Porphyrius in Plotini Vita p. 97. *ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς.* de qua inscriptione alii aliter. Valesius ad Euseb. l. c. libellum, suspicatur, comparatum fuisse ad Imperatoris Gallieni facultatem poëticam laudandam. Cuius opinionem merito repudiat Fabricius Bibl. Gr. T. IV. p. 79. Nam neque Origenem, primum Graecum, deinde philosophum,

decebat, sibi de versibus Latinis iudicium arrogare, neque tam foeda ignauissimi Imperatoris adulatio in grauem philosophum cadebat. Melius igitur alii sensum philosophicum in hoc indice quaesiuerunt, vt Bruckerus Hist. Phil. Tom. II. p. 216. quamuis, qualis fuerit, nemo expediuerit. Nobis in mentem venit legere: *ὅτι νοῦς ποιητὴς καὶ βασιλεὺς*, id est, *mentem hoc vniuersum condidisse, et conditum regere.* Ita liber scriptus est ad refellendos eius aetatis philosophos, qui tria rerum principia statuerunt, de quibus vide Th. Galeum ad Iamblich. de Myster. p. 297. et R. Cudworth. System. Intell. Tom. I. p. 884. et ad confirmandam sententiam Platonis Phileb. p. 79. D. *πάντες γὰρ συμφωνοῦσιν οἱ σοφοὶ, ἑαυτοὺς οὕτω σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστι βασιλεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ καὶ γῆς·* vbi Olympiodorus Commentar. MS. laudat simile Orphicum: *νοῦς δέ οἱ ἀψευδὴς βασιλήϊος.* Ita versus scribendus, non, vt in Orphei Fragmentis Gesnerianis p. 410. editus est: *νοῦς δὲ οἷα ψευδὴς βασιλήϊος.* His Origenis libris adde eiusdem Commentarium in Timaei Platonici prooemium, saepe a Proclo in eundem Tim. laudatum, in quo interdum a Longino, qui illud ipsum prooemium singulari libro explicuerat, dissentit, vt cognoscere licet ex Proclo p. 10. 26. In his autem Origenianis scriptis, subitariis et temere fusis, non mirum est, si gratiam orationis et venustatem requirat Eunapius in Porphyr. p. 17. Hactenus de altero Longini in philosophia magistro, Origene.

§. VI.

Iam etsi Longinus Ammonium, Origenem, Ammoniique discipulum, Plotinum aliis aetatis suae philosophis anteferebat, non tamen idcirco existimandus est, philosophandi rationem, quam illi sequerentur, per omnia probasse; praesertim cum dissensionem suam a multis Plotinianis, aut, si malis, Ammonianis decretis aperte prae se ferat in Epistola ad Porphyrium, quam ille inseruit Plotini Vitae p. 125. Longinum ignoret oportet, qui tali ingenio placuisse credat duram et contortam philosophorum, qui conciliari nollent, conciliationem, insanum allegorici siue secretioris sensus quaerendi studium, mysticas disputationes de Deo, diuinisque emanationibus, et daemonibus, quibus omnes illorum libri sunt referti, alia denique multa, hic non attingenda, quibus tum vera et sincera Platonis philosophia foedum in modum adulterabatur. Non ille e turbidis recentiorum Platonicorum hauriebat riuulis, sed liquidos purosque antiquorum philosophorum, maxime Platonis, fontes consectandos putabat. Quo nomine *φιλαρχαῖος* verissime appellatus est a Porphyrio in Vita Plotini p. 116. *ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ τε περὶ ἀρχῶν Λογγίνου, καὶ τοῦ Φιλαρχαίου.* quod Ficinus ita vertit: *Quum liber Longini et Phylarchei de Principiis lectus esset.* Sed cui vel fando auditus est philosophus *Phylarcheus?* Paullo prudentius Langbaenius in Vita Longini, et Vales. de Critica I. 17. *φιλαρχαῖος* libri indicem esse coniecerunt. Sed Porphyrii verba corrupta sunt, quibus facile sic medeare: *ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ περὶ ἀρχῶν Λογγίνου, τοῦ φιλαρχαίου.* id est, *cum ei lectus esset*

liber Longini, priscae sapientiae studiosi, de Principiis. Quam Porphyrii mentem vidit etiam Fabricius Bibl. Gr. Tom. IV. p. 116. et 436. Omnino germanum Platonicum fuisse Longinum, non modo clarum est ex libris, aut fragmentis potius librorum, quae supersunt, sed multo magis ex Commentariis ad Platonem interpretandum comparatis. Eius Commentarium in Phaedonem memorat Olympiodorus Commentario inedito in eundem dialogum p. 379. D. *Πῶς διὰ τὰ χρήματα πάντες οἱ πόλεμοι γίνονται; πολλοὶ γὰρ καὶ δι᾽ ἄλλας αἰτίας ἐγένοντο. ῥητέον οὖν, ὡς μὲν Ἁρποκρατίων, ἢ ὅτι ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ἢ ὅτι καὶ ἡ τῶν λαφύρων ἐλπὶς ἐπιτείνει τὸν πόλεμον. ὡς δὲ Λογγῖνος, τὰ ἐκτὸς πάντα χρήματα καλεῖ· οἱ δὲ Ἀττικοὶ ἐξηγηταὶ, ἐπειδὴ ὀργάνοις χρῶνται τοῖς χρήμασι πάντες οἱ πολεμοῦντες.* Eiusdem Commentarium in Timaeum, vel potius in prooemium Timaei, saepe laudat Proclus in eundem dialogum, tanquam p. 10. 11. 16. 20. 21. 29. 50. 63. 98. Non facile putem, vllum interpretem tantis ingenii et doctrinae praesidiis ad scriptorem aliquem explicandum, quantis Longinus ad Platonem, accessisse. Cuius libros vtinam fanaticorum interpretum, Procli, Hermiae et Olympiodori iactura redimere liceret! Paucas admodum Longini explicationes Proclus, quippe veram interpretandi rationem, qua ille vtebatur, prae mystica sua contemnens, afferendas putauit. Tamen ex paucis illis apparet, eum non solum res, sed, quoniam Plato a scribendi quoque elegantia spectari voluit, etiam verba persecutum esse. Iuuat, aliquot, exempli causa, apponere. Ad Tim. p. 523. A. hanc annotationem laudat Proclus p. 19. *Λογγῖνος μὲν ἐν τούτοις*

ὡραΐζεσθαι τὸν Πλάτωνα φησὶ, διὰ τῶν παραβολῶν καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων χάριτος, καλλωπίσαντος (lege, καλλωπίσαντα) τὸν λόγον, ἐνδεικνύμενος εἴς τινας Πλατωνικοὺς, αὐτοφυῆ τὴν ἑρμηνείαν ταύτην, ἀλλ' οὐκ ἐκ τέχνης πεπορισμένην τῷ φιλοσόφῳ λέγοντας. εἶναι μὲν γὰρ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων πεφροντισμένην τῷ Πλάτωνι καὶ οὐ κατὰ τὸ ἐπιτυχὸν ἕκαστα λαμβάνειν αὐτόν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἴποι ἄν τις ἀπὸ τῆς κοινῆς τῆς τότε καὶ συνήθους ἑρμηνείας ἥκειν καὶ εἰς αὐτόν. πολλὴν δὲ αὐτὸν ποιεῖσθαι καὶ τῆς συνήθους προμήθειαν. θᾶττον γὰρ ἂν τὰς ἀτόμους Ἐπικούρου συνελθούσας ποιῆσαι κόσμον, ἢ ὀνόματα ὡς ἔτυχε συγκείμενα καὶ ῥήματα λόγον κατωρθωμένον. Πλάτωνα δὲ ἐν μὲν τῇ χρήσει τῶν ὀνομάτων ᾐτιάσαντό τινες, ὡς μεταφοραῖς χρώμενον· περὶ δὲ τὴν συνθήκην, ἅπαντες θαυμάζουσιν. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ ἐκ ταύτης μόνον ἄν τις λάβοι τὴν περὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ φροντίδα, ἀλλὰ ἐκ τῶν τοιούτων ἐπιτηδεύσεων, οἵαν ἐν τούτοις ἐπιδείκνυται. οὐ γὰρ ἁπλῶς λέγει ὁ Σωκράτης ὃ ποθεῖ γενέσθαι αὐτῷ παρὰ τῶν ἀμφὶ Τίμαιον, ἀλλ' ὡραϊζομένῳ πως ἔοικε, καὶ ψυχαγωγοῦντι τὸν ἀκροατήν. vbi verbum, quod excidit, sic reuocandum videtur: ὡς μεταφοραῖς κατακόρως χρώμενον. Dionys. Halic. de Thucyd. p. 161. ὅταν μὲν αὐτῇ χρήσηται κατακόρως. Io. Siceliota Commentario MS. in Hermogenem, de Procopio Gazaeo: ἀκαίρως μὲν καὶ κατακόρως χρώμενος ταῖς τροπαῖς καὶ ἐπιθέτοις ἐν τοῖς λόγοις. Rhetor MS. in Bibl. Medicea: οὐ δεῖ κατακόρως ταῖς γνωμολογίαις κεχρῆσθαι. Neque enim omnem metaphorarum vsum, sed nimiam frequentationem veteres in Platone reprehende-

runt, ipso Longino docente in alio opere *Π. Τ.* §. 32. Ex eodem ad Tim. p. 523. C. hanc annotationem excerpsit Proclus p. 21. *Ὁ Λογγῖνος τὴν λέξιν θεωρεῖν οὐκ ἀπαξιῶν, ἐκεῖνο μὲν τὸ κῶλον ἐν ᾧ φησιν, τὸ δὲ τῶν σοφιστῶν φοβοῦμαι, μή πως ἅτε πλανητὸν ὂν, ἀρχόμενον* (lege, *ἀρχομένου*) *φησὶν εἶναι διὰ σεμνότητος ἔφεσιν τὴν φράσιν ἐξαλλάττειν. τὸ δὲ ἑξῆς, ὅσα ἂν οἷά τε ἐν πολέμῳ καὶ μάχαις πράττοντες καὶ τὰ ἐχόμενα, διαστρέφοντος εἶναι τὴν φράσιν ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν. τὸ δὲ τρίτον τὸ, καταλέλειπται δὴ τὸ τῆς ἡμετέρας ἕξεως γένος, παντελῶς ἀλλόκοτον εἶναι. μηδὲν γὰρ ἀπεοικέναι τοῦ βίη Ἡρακλείη, καὶ ἱρὴ ἲς Τηλεμάχοιο, καὶ ὅσα τοιαῦτα.* Ad Tim. p. 525. F. haec habet Proclus p. 26. *Λογγῖνος μὲν ἠπόρει, τί ποτε βούλεται τῷ Πλάτωνι τούτου τοῦ διηγήματος ἡ παράθεσις. οὔτε γὰρ ὡς διαναπαύων τοὺς ἀκροατὰς, οὔτε ὡς δεόμενος πεποίηται τὴν μνήμην. καὶ ἔλυεν, ὡς ᾤετο, λέγων, ὅτι πρὸ τῆς φυσιολογίας παρέλαβεν αὐτὸ, ψυχαγωγῶν τὸν ἀκροατὴν, καὶ τὸ τῆς ἑρμηνείας ἐκείνης αὐχμηρὸν προθεραπεύων διὰ τῆς τούτου παραθέσεως.* Hanc Longini rationem eo minus spreuerim, quod totum prooemium Timaei Platonici membrum esse videtur cum corpore parum cohaerens. Cuiusmodi prooemia veteres in Heraclidae Pontici et Theophrasti dialogis reprehenderunt. Proclus Commentario MS. in Platonis Parmenidem, vbi omnia Platonis prooemia dialogorum argumentis consentanea esse contendit, sic ait: *Τὸ δὲ παντελῶς ἀλλότρια τὰ προοίμια τῶν ἑπομένων εἶναι, καθάπερ τὰ τῶν Ἡρακλείδου τοῦ Ποντικοῦ καὶ Θεοφράστου διαλόγων, πᾶσαν ἀνιᾷ κρίσεως μετέχουσαν ἀκοήν.* Sequuntur haec apud eundem Procl. p. 27. *πα-*

λαιὸν ἀκηκοὼς λόγον οὐ νέου ἀνδρός.] Λογγῖνος μὲν ἐν τούτοις ἐπισημαίνεται πάλιν, ὅτι φροντίζει καὶ ὀνομάτων ὥρας καὶ ποικιλίας ὁ Πλάτων, ἀπαγγέλλων ἄλλως τὰ αὐτά. τὸ μὲν γὰρ ἔργον, ἀρχαῖον ἐκάλεσε, τὸν δὲ λόγον, παλαιὸν, τὸν δὲ ἄνδρα, οὐ νέον, καίτοι ταὐτὸν διὰ πάντων σημαίνων, καὶ δυνάμενος πάντα ὡσαύτως προσειπεῖν. Paucis interiectis idem p. 28. εἶπεν οὖν τις τῶν φρατόρων] Πάλιν ἐν τούτοις, οἱ μὲν τῆς λέξεως φιλοθεάμονες ἐπισημαίνονται τοῖς αὐτῶν ἐρασταῖς, ὅτι Σόλωνος ἐπαινεῖ τὴν ποίησιν ὁ Πλάτων ἀσφαλῶς, ἰδιώτῃ τὸν ἔπαινον ἀναθεὶς, καὶ εἰς χάριν ἄλλων, ἀλλ' οὐ κατὰ νοῦν λέγοντι καὶ λόγον. εἴπερ γάρ τις ἄλλος, καὶ ποιητῶν ἄριστος κριτὴς ὁ Πλάτων, ὡς καὶ Λογγῖνος συνίστησιν. Ita cum Longinus philosophiae seueritatem exquisitioris doctrinae suauitate temperarit, quid miramur, si, qui se res, non verba sectari iactarent, parum magnifice de illo senserint? Plotinus quidem, durior ad haec studia, lecto eius libro περὶ ἀρχῶν, teste Porphyrio in eius Vita p. 116. exclamauit: Φιλόλογος μὲν ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς. Quam vocem, velut oraculo missam, repetit Proclus, eruditior ille quidem Plotino, sed eodem morbo laborans, in Platonis Tim. p. 27. Sed huius iudicii iniquitas vnde profecta sit, non est difficile intelligere. Vrebat haud dubie hominem, suam de Ideis sententiam, quam discipuli, vt fit, laudibus in coelum ferrent, idoneis rationibus a Longino oppugnari. Huc adde, barbarae et spinis metaphysicis horridae sapientiae nunquam bene conuenire cum elegante et diserta. Etiam nunc reperiuntur, praesertim de scholastica Wolfii disciplina, qui paullo elegantius philo-

sophantes, philologos potius, quam philosophos appellent.

§. VII.

At vero, quem nos Platonicum philosophum dicimus, Porphyrius apud Eusebium H. E. VI. 19. pro Pythagorico habuisse videtur: *συνῆν γὰρ Ὠριγένης ἀεὶ τῷ Πλάτωνι, τοῖς τε Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, Ἀπολλοφάνους τε καὶ Λογγίνου, καὶ Μοδεράτου, Νικομάχου τε καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν ὡμίλει συγγράμμασιν.* Quem locum fine vlla scripturae varietate excerpsit Suidas v. *Ὠριγένης.* Fabricius quidem Bibl. Gr. Tom. I. p. 482. 494. credeus, omnes philosophos, qui hic commemorentur, Pythagoricos esse, non dubitauit et Apollophanem et Longinum in Pythagoricorum catalogum referre. In quo fallitur vir doctissimus. Nam Apollophanes Stoicus fuit: Numenius, sicut Longinus, Platonicus; quamuis vterque de illius temporis more Pythagoricae doctrinae studium assumsisset. Alia difficultas haud paullo grauior, quam vnus Valesius pro sagacitate sua sensit, ex Porphyriano loco exoritur. Nam primum mirari subit, Longinum cum multo vetustioribus philosophis coniungi: quod artis criticae perito statim suspicionem iniiciat corruptelae, in Longini nomine haerentis. Tum acrius telum, quod vulgatam lectionem prorsus iugulet, nobis temporum suppeditat ratio. Nego enim, Origenem Adamantium, eumque iuuenem, Longini libros legere potuisse, quod, quo tempore Origenes iuvenis philosophiae operam dabat, hoc est sub ipsum initium seculi tertii, nondum lucem viderat Longinus. Quid igitur? Nempe pro *Λογγίνου*

scribendum Ἀλβίνου. *Albinus*, philosophus Platonicus, qui vulgo male *Alcinous* appellatur, Origeni viam praeire potuit ad Platonem intelligendum, quippe aetate superior Origene, etiam Galeno de libris suis, Tom. IV. p. 372. laudatus. Eius duplex extat libellus, quorum alter tradit *ordinem, quo Platonis dialogi legendi sint*, alter *Epitomen doctrinae Platonis*. Priorem nostra demum aetate protulit Fabricius Bibl. Gr. Tom. II. p. 44. quem adeat, qui de Albino plura cognoscere velit.

§. VIII.

Longinus vero, cum iustas doctrinae copias et a magistris Alexandrinis, et ab aliis, quos in peregrinatione audierat, summo sibi studio parasset, eas Athenis, vbi natus educatusque erat, explicare instituit, docuitque iuuenes haec studia aemulantes tanta assiduitate, vix vt ei tempus superesset ad condenda eloquentiae suae monimenta, si vera nobis narrat Ioannes Siceliota Commentario MS. in Hermogenem περὶ ἰδεῶν· *ὁ μὲν γὰρ Λογγῖνος περὶ τὸ διδάσκειν μόνον ἐνασχολούμενος, καὶ περὶ τὸ γράφειν τελείας ὑποθέσεις οὐκ ἔχων καιρὸν, τὸ τῆς Ὁμήρου* (Il. I. 323.) *πέπονθεν ὄρνιθος, λιμώττουσαν τοὺς νεοττοὺς τρέφειν.* de quo loco mox plura dicemus. Hic eius disciplina vsus est Malchus, domo Tyrius, cuius patrium nomen, Graecis auribus molestum, Longinus in *Πορφύριος* mutauit, forte Aristotelem, qui ex Tyrtamo fecerat Theophrastum, imitatus. Eunapius in Porphyr. pag. 13. *Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα. τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Πορφύριον δὲ αὐτὸν ὠνόμασε Λογγῖνος,*

ἐς τὸ βασιλικὸν τῆς ἐσθῆτος παράσημον τὴν προσηγορίαν ἐπιτρέψας. Qua in re Eunapii diligentiam requirit Valesius de Crit. I. 18. Neque enim Longinus, sed Amelius nominis Tyrii in Graecum *Βασιλεὺς* mutandi auctor fuit, ipso Porphyrio teste de Vita Plotini p. 120. *Βασιλεὺς* etiam, non *Πορφύριος*, vocatur a Longino in Praef. libri *περὶ τέλους* p. 131. Quae facile conciliantur, si dicamus, Malchum quidem primum ab Amelio *Βασιλέα*, mox a Longino eiusdem fere potestatis, sed gratioris soni nomine, *Πορφύριον* appellatum esse. Sed hoc vtcunque accipiatur, parum referre arbitror. Illud magis conuenit quaerere, quid Longinus Athenis professus sit, artemne criticam, vel grammaticam, vt Langbaenio in eius Vita videtur, an philosophiam, vt Valesio ad Euseb. H. E. VI. 19. et de Crit. I. 17. Priorem sententiam confirmat Eunapius, Porphyrii in Grammaticis et Rhetoricis magistrum edens Longinum, in Porphyr. p. 13. *παρ᾿ ἐκείνῳ δὲ τὴν ἄκραν ἐπαιδεύετο παιδείαν, γραμματικῆς τε εἰς ἄκρον ἁπάσης, ὥσπερ ἐκεῖνος, ἀφικόμενος καὶ ῥητορικῆς· πλὴν ὅσον οὐκ ἐπ᾿ ἐκείνην ἔνευσε, φιλοσοφίας τε πᾶν εἶδος ἐκματτόμενος.* At hoc non persuadet Valesio de Crit. l. c. quia Porphyrius ipse Quaest. Homer. 25. suum in arte grammatica Athenis praeceptorem, non Longinum, sed Apollonium, praedicat. Praeterea rem conficere Valesio videtur Longinus Praefatione saepe laudata libri *περὶ τέλους* p. 131. vbi suae disciplinae philosophicae Plotinianam a Porphyrio praelatam narrat: *ὃν (Πλωτῖνον) ἀποδεξάμενος μᾶλλον τῆς παρ᾿ ἡμῖν ἀγωγῆς.* *Philosophus* etiam diserte vocatur a Vopisco in Aurelian. 30. et Suid. v. *Λογγῖνος.* Item Scholia Longini in

Hephaestionem de Metris in Cod. Vatic. inscribuntur: *ἐκ τοῦ Λογγίνου τοῦ φιλοσόφου.* Tum dictum Plotini de Longino, quod supra retulimus, professione philosophum, non philologum, Longinum fuisse, ostendit, vt pulcre vidit Vales. l. c. Denique *Πλατωνείων* celebratio, quae ipsi tribuitur, non Grammaticis aut Rhetoribus, sed Philosophis, vsitata reperitur. Porphyrius apud Euseb. P. E. X. 3. p. 464. *Τὰ Πλατώνεια ἑστιῶν ἡμᾶς Λογγῖνος Ἀθήνησι, κέκληκεν ἄλλους τε πολλοὺς,* etc. vbi deteriorum librorum scriptura, *Πλωτίνεια*, in fraudem inducti, Holstenius in Vita Porphyr. p. 11. et Langbaenius in Vita Longini, Plotini natalem a Longino celebratum putarunt. Verum nec Plotino magistro vsus erat Longinus, nec tantum sibi auctoritatis Plotinus constituerat, vt Longinus talem ei honorem, praeteritis Ammonio et Origene, sub quibus profecerat, haberet. Excepit tum Longinus, vt hoc obiter addamus, solenni conuiuio florem hominum eruditorum, Athenis degentium, Nicagoram Sophistam, Maiorem, Apollonium Grammaticum, Demetrium Geometram, Prosenem Peripateticum, Calietem Stoicum, Caystrium et Maximum. Adfuit etiam Porphyrius, qui totam rem narrat, cum aliis pluribus. Ex his nonnulli sibi nomen apud posteros fecerunt, vt Nicagoras, quem Gothofr. Olearius ad Philostrat. de Vit. Sophist. II, 31. p. 624. turpi errore confundit cum Nicostrato, Rhetore M. Antonini temporibus claro. Vide Suidam v. *Νικαγόρας*, et ibi Kusterum. Notus etiam est Maior Sophista, ex Suida in v. et Scholiaste Hermogen. p. 1130. Apollonium Porphyrii in Grammaticis magistrum fuisse, paullo ante diximus. Maximus, nescio, an sit philosophus,

domo Tianus, cuius titulum sepulcralem Athenis vidit Sponius Miscell. erud. Antiqu. p. 127.

ΜΑΞΙΜΩι
ΤΙΑΝΩι
ΦΙΛΟΣΟΦΩι.

§. IX.

Etsi vero Longinus se Athenis philosophum dici haberique voluit, hoc tamen non eam vim habet, vt, quod Valesius efficere tentat, se in docendo vnius philosophiae finibus continuerit, nullam praeterea artem attigerit. Cum enim ipse, Platonis sui exemplo, vt bene iudicat idem Valesius de Crit. I. 16. eloquentiam, et ceteras artes, quibus eloquentia alitur et augetur, cum philosophia coniunxisset, Criticesque studium Aristotelis aemulatione assumsisset, quae tandem siue lex, siue consuetudo illum impediit, quo minus suae quoque in hoc genere scientiae copiam discere cupientibus faceret? Porphyrium Criticam et Rhetoricam a Longino accepisse, disertus testis est Eunapius in eius Vita p. 13. quem iniuria reprehendi a Valesio, satis ostendit is, quem supra laudauimus, Ioannes Siceliota MS. Longino non ambigue tribuens artis rhetoricae disciplinam. Verum tamen Critices scientia latius, quam philosophia, nomen suum illustrauit, non quo hac facultate minus excelleret, vt Holstenium in Porphyr. Vita p. 29. existimasse video, sed quod, vt mea fert opinio, corrupta iam per recentiores Platonicos philosophia, serum erat, homines ad veteres doctrinarum fontes, atque adeo ad sanam mentem reuocare. Qui fanaticae philosophiae amor cum Porphyrium, discipulorum Longinia-

norum praestantissimum, ita infatuasset, vt, deserto Longino, ad Plotinum transiret, quid alios, minus acutos, et aduersus nouitatis illecebras minus cautos, fecisse arbitramur? Critica igitur docenda gloriam suam, omnium confessione, maxime fundauit. Quam artem, nemo nescit, partim ex insita ingenii solertia, partim ex magna doctrinae copia efflorescere. Atque eruditionem Longini sic praedicat Eunapius in Porphyr. p. 13. *Λογγῖνος δὲ κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος, καὶ περιπατοῦν μουσεῖον.* Qui locus nobis in memoriam reuocat similem apud Suidam v. *Μάρκελλος· Μάρκελλος, μάγιστρος Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως, κόσμος ἀρετῆς ἁπάσης, ἤ, τόγε ἁρμονικώτερον εἰπεῖν, ἀρετή τις ἔμψυχος.* Quem non dubitamus ex Eunapii historia, qua Arcadii quoque res gestas enarrauit, sumptum esse. Vt Longinus *spirans bibliotheca* ab Eunapio, sic Pegasus, Ictus Romanus, quod tanta memoria erat, vt omnes leges, earumque rationes teneret, *liber* dictus est. Scholiast. Iuuenal. ad Sat. IV. 77. *Pegasus iuris studio gloriam memoriae meruit, vt liber vulgo, non homo diceretur.* Sunt fortasse haud pauci, quibus Eunapius Longinum pulcre et festiue laudasse videatur. Certe *elegantissimum elogium* vocat Holstenius de Vita Porphyr. p. 28. Sed, vt sunt diuersi sensus hominum, ego facile credam Tan. Fabro ad librum *Π. Υ.* sect. 3. Longinum ipsum, si sic se laudari audisset, non minus *viventem* istam *bibliothecam*, et *ambulans museum*, quam Gorgiae *vivum sepulchrum*, *τάφον ἔμψυχον*, risurum fuisse. Ab hac igitur facultate Longinus *Critici* nomen inuenit, quod ei tribuitur a Sopatro Proleg. in Aristid. p. 3. Photio Bibl. Cod.

CCLIX. p. 1470. Suida v. *Λογγῖνος*, et v. *Πορφύριος*. Eundem Porphyrius in Vita Plotini, modo *κριτικώτατον*, modo *τὸν ἐν κρίσει πρῶτον ὄντα καὶ ὑπειλημμένον ἄχρι νῦν* appellat. Quid? vni omnium Longino, post Aristarchum, id honoris habitum est, vt eius nomen simpliciter pro Critico poneretur, et *κατὰ Λογγῖνον κρίνειν* per prouerbium pro *recte iudicare* diceretur. Hieronymus Epist. 95. *Criticum diceres esse Longinum, censoremque Romanae facundiae.* Theophylactus, Bulgariae Archiepiscopus, Epist. 17. *μή μοι οὖν τὰς Λογγίνου κρίσεις περίαπτε, μὴ καὶ δόξης τισὶν αὐτός γε οὐ κατὰ Λογγῖνον κρίνειν.* Graeculus, teste Bandinio Catal. Biblioth. Laurent. Tom. II. p. 586. Aristidis Orationi in Mineruam adscripserat: *Οὐδὲν ἔχει σπουδῆς ἄξιον.* quod iudicium alius his reprehendit: *Οὐχ ὡς κριτικὸς Λογγῖνος ταῦτα γράφεις.* Adde Vales. de Crit. I. 2.

§. X.

Hic non alienum fuerit quaerere, quid tandem Longino Critici famam gloriamque inprimis confecerit? Vtrum crisis in Homerum, quam laudat Eustathius ad Il. A. p. 67. et 106. an libellus *περὶ ὕψους*, in quo non pauca Critices exempla reperiuntur? Diuersi generis opus fuisse, quicunque verba Eunapii in Porphyr. p. 13. diligentius perpenderit, facile intelligat: *καὶ κρίνειν γε τοὺς παλαιοὺς ἐπετέτακτο, καθάπερ πρὸ ἐκείνου πολλοί τινες ἕτεροι, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Διονύσιος πάντων ἀριδηλότερος.* et paucis interiectis: *καὶ εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν, οὐ τὸ δοξασθὲν ἐκράτει πρότερον, ἀλλ' ἡ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις.* Fuit ergo liber, in quo Lon-

ginus de antiquis scriptoribus in vtramque partem iudicaret, et quandam velut ingeniorum censuram ageret: quod e Graecis fecit Dionysius Halicarnassensis, e Latinis Quinctilianus decimo Institutionum Oratoriarum. Hoc opus, Longinianorum omnium facile praestantissimum, quoniam vulgo etiam ab hominibus doctissimis ignoratur, age, paullo accuratius spectemus. Titulus hic erat: *Οἱ Φιλόλογοι*, id est, *variae eruditionis studiosi* *). Inscriptione fere similes sunt Varronis *Loghistorici*, et Hieroclis *Φιλίστορες*, saepe veteribus laudati, sed argumento similior Telephi *Ποικίλη φιλομαθία*, et Porphyrii *Φιλόλογος ἱστορία*, de quibus vide Suidam v. *Τήλεφος*, et v. *Πορφύριος*; et I. Wowerium de Polymath.

---

*) Hanc viri docti rationem valde dubiam facit vel potius redarguit scholion vetustum, ab Illustri et docto viro, BASTIO, nuperrime repertum et vsui nostro benigne transmissum. Exstat illud, vt ipse nos docuit, in praestanti codice Parisiensi (e sec. X.) no. 1983, qui continet *Hermogenem*. Ad huius verba, *ὡς τὸ στομφάζειν* (pag. 90. ed. Ald.) scholion hoc adscriptum est:

Στομφάζειν] τὸ στόμα διανοίγειν καὶ ἦχον ἀποτελεῖν, ἀπό τε τοῦ στόματος καὶ τοῦ ὄμφακος. φησὶ δὲ Λογγῖνος ἐν κα τῶν φιλολόγων ὁμιλιῶν περὶ λέξεως στομφώδους, τὸ δὲ στόμφαξ Ἀριστοφάνης ἐν νεφέλαις. ὡς συνθέτῳ χρῆται τῇ λέξει ἀπό τε τοῦ στόματος καὶ ὄμφακος, ἵνα λέγῃ ὄμφακα ἔχων τὸ στόμα, τουτέστιν ἄχρηστον καὶ ἀνωφελές. εἴρηται δὲ ἐπὶ Αἰσχύλου, ψόφου πλέον, ἀξύστατον, στόμφακα κρημνοποιόν, ὡς τῶν ῥημάτων Αἰσχύλου φαντασίαν μὲν ἐχόντων, μηδεμίαν δὲ σύστασιν, μηδὲ κρότησιν. λέγει δὲ ταῦτα ὁ πρεσβύτης Στρεψιάδης, ὡς τοῦ παιδὸς αὐτοῦ Φιλίππου σκώπτοντος Αἰσχύλον.

Addit vir doctus, hoc scholion nondum typis vulgatum videri, neque innotuisse Ruhnkenio et Brunckio. Quod Longini commemoretur *κα τῶν φιλολόγων ὁ μ ι λ ι ῶ ν*, eam esse plenam inscriptionem nec dum, quantum sciat, prolatam. Accurate descriptum esse a B. scholion, nemo dubitabit: sed tamen quo minus quis dubitet, aut *πλέων* et *Φειδιππίδου* in cod. scriptum esse opinetur, ad *πλέον* et *Φιλίππου* minutis litteris adscripsit: „(sic)". Ergo secundum huius scholii auctorem *φιλόλογοι* in ista operis inscriptione non est masculinum, sed femininum, subaudiendumque *ὁμιλίαι*. Ceterum et notandum verbum *στομφώδους*, idque B. significasse videtur linea subtus ducta.

cap. XV. De magnitudine voluminis ex numero librorum iudicare licet: quippe cuius liber XXI. laudetur. Non vna de causa memorabilis est locus Ioannis Siceliotae Commentario MS. in Hermogenem *περὶ ἰδεῶν*. Qui vbi disputat, posse aliquem de scribendi forma bene iudicare, nec tamen ipsum bene scribere, et contra, hoc modo pergit: *αὐτίκα Λογγῖνος, ὥς οἱ Φιλόλογοι δεικνύουσιν, ἄριστος ἐπιμερίσαι λόγων ἰδέας, δημιουργῆσαι δὲ τοιούτους ἥκιστα. καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς καὶ Σμυρναῖος ὁ Ἀριστείδης περὶ ἰδεῶν τε καὶ τέχνης γράψαντες, βοῦτα κάρας, ἡ παροιμία φησί* (Lege, *βάτα κάρας*, et vide Gisb. Koenium, V. C. ad Gregor. de Dialect. p. 51.) *δημιουργοὶ δὲ λόγων πολλῶν καὶ καλῶν. εἰκότως· ἡ γὰρ πρὸς θάτερον σπουδή τε καὶ ἐπιμέλεια τὸ ἕτερον ὑφαιρουμένη παρευδοκιμεῖ. ὁ μὲν γὰρ Λογγῖνος περὶ τὸ διδάσκειν μόνον ἐνασχολούμενος, καὶ περὶ τὸ γράφειν τελείας ὑποθέσεις οὐκ ἔχων καιρὸν, τὸ τῆς Ὁμήρου πέπονθεν ὄρνιθος, λιμώττουσαν τοὺς νεοττοὺς τρέφειν· οἱ δὲ τὸ ἀνάπαλιν.* vbi *ἐπιμερίσαι λόγων ἰδέας* intellige varias dicendi formas iudicio distinguere, omninoque inueniendi vias et eloquendi artificia sub iudicium vocare. Idem Rhetor alio loco sic ait: *φαίνεται δὲ ἡ ἀτοπία τοῦ ποιητοῦ* (Aeschyli) *μᾶλλον ἐν τῷ τῆς Ὠρειθυίας δράματι, ὅπου ταῖς δυσὶ σιαγόσι φυσσῶν ὁ Βορέας, κυκᾷ τὴν θάλασσαν. οὐ γὰρ φέρω ἐπὶ μνήμης τὰ ἰαμβικὰ, ἐπιλαθόμενος. διὸ καὶ Σοφοκλῆς μιμεῖται.* (Lege, *μὴ μιμεῖται*) *λέγει δὲ περὶ τούτων Λογγῖνος ἀκριβέστερον ἐν τῷ κατῶν περὶ Φιλολόγων.* De iisdem Aeschyli versibus Longinus etiam sententiam dixerat *Π. Υ.* sect. 3. In hoc autem loco libri index sic effertur, vt

opinio Ionsii de Scriptor. Hist. Phil. III. 14. qua Longinum hoc opere de Philologis et Grammaticis egisse putat, confirmari videatur. Vel sic tamen scribendum: *ἐν τῷ κα τῶν Φιλολόγων*. Scholiastes MS. ad Aristid. Tom. I. p. 323. *σημείωσαι ὅτι εἶπε κατορθώματα· φασὶ δὲ μὴ λέγεσθαι τὴν λέξιν. Λέγει δὲ ὁ Λογγῖνος ἐν τρίτῃ Φιλολόγων, ὅτι εὕρηται πολλαχῶς πολλαχοῦ.* Auctor Vitae Apollonii Rhodii: *Τάῤῥα δὲ πόλις Κρήτης, ὥς φησι Λογγῖνος ἐν τοῖς Φιλολόγοις.* vbi Fabricius Bibl. Gr. Tom. IV. p. 444. perperam supplet *βιβλίοις*, vel *συγγράμμασι*. Exemplis enim, quae attulimus, satis effectum arbitramur, operis inscriptionem fuisse, *οἱ Φιλόλογοι*. Supersunt pauca Longini fragmenta, quibus, quid de antiquis scriptoribus iudicaret, exponitur. Quae quin ex hoc libro ducta sint, non est quod dubitemus. Quale illud est apud Photium Bibl. Cod. CCLXV. p. 1470. *τοῦ πρὸς Λεπτίνην λόγου τὸ προοίμιον Λογγῖνος μὲν ὁ Κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει. — ἀλλὰ γὰρ ὁ μὲν Λογγῖνος τοιαύτην περὶ τοῦ προκειμένου προοιμίου τὴν ψῆφον ἐξάγει, ἕτεροι δὲ οὐκ ὀρθῶς ἔφασαν τὸ προοίμιον ἠθικὸν εἶναι.* Quo exemplo perspicue expressa est illa ratio formarum eloquendi distinguendarum, quam Longinum *ἐν τοῖς Φιλολόγοις* secutum esse Io. Siceliota tradit. Idem Rhetor MS. ex eodem, ni fallor, Longini libro hoc minime vulgare affert: *ὅτι δὲ τοῦτο οὐ σπάνιον* (videlicet *ὅτι παρενεγκεῖν οἱ φιλόπονοι δύνανται τοὺς περιττοὺς τὴν φύσιν*, de quibus in praecedentibus disputauerat) *πλήρεις αἱ ἱστορίαι καὶ οἱ βίοι τῶν σοφιστῶν. μᾶλλον δ' ἐφ' ἑνὸς Μενελάου τοῦ ποιητοῦ τοῦτο κατίδοι τις ἄν, δυσκολίαν φύσεως φιλοπονίᾳ μεταβαλόντος εἰς*

τὸ ἀκριβές τε καὶ ἄμωμον, ὥς φησι καὶ Λογγῖνος. Vix nobis in tanta opportunitate temperamus, quin huius Menelai, praesertim tantopere a Longino laudati, obliteratam fere memoriam in transcursu instauremus. De illo Suidas ita: *Μενέλαος, Αἰγαῖος, ἐποποιός. ἔγραψε Θηβαΐδα ἐν βιβλίοις ιβ'. καὶ ἄλλα. Thebaidem* eius laudat, et vnus quidem Grammaticorum, quod sciam, Stephanus Byzant. v. *Τέμμιξ. Τεμμικίς. καὶ Τεμμίκειος, τὸ κτητικόν. Μενέλαος δὲ διὰ τοῦ ί. Τεμμίκιον ἄστυ, ἐν πρώτῳ Θηβαΐδος.* item v. *Ὑρμήνη. Μενέλαος δὲ τετάρτῳ Θηβαϊκῶν, Ὕρμιναν, διὰ τοῦ α φησί. Τὴν δ' Ὑρμίνην Ἐχεφυλίδα φησὶ τὰς νῦν Ὁρμίνας. Ὁρμίνας δὲ καὶ τοὺς Ἐπειοὺς καλεῖσθαι.* Quem locum L. Holstenius ita tentauit: *Τὴν δ' Ὑρμίνην Τριφυλίδα.* quod *Τριφυλία* Elidis pars est. Sed nihil dici poterat a Stephani mente alienius. Integra et sana sunt omnia, modo pro *Ἐχεφυλίδα* reponatur *Ἐχεφυλίδας*, quem scriptorem idem Stephanus laudat v. *Σφακτηρία. Ἐχεφυλλίδας* per duplex λ vocatur a Scholiaste inedito in Platonis Phaedon. p. 589. *Ἐχεφυλλίδας δὲ φησὶν Ἡρακλέα ὑπὸ Κτεάτου καὶ Εὐρύτου τῶν Μολιονίδων ἡττηθῆναι*, etc. Porro Menelaus nobis memorari videtur apud Steph. Byz. v *Εὔτρησις*, quamuis Vossius de Hist. Graec. III. p. 181. Menelaum, philosophum Peripateticum, eundemque historiae scriptorem intelligere malit. Hactenus de Menelao. Ad Longini *Φιλολόγους* etiam referendum eius de Aristide iudicium, quod est apud Sopatrum Proleg. in Aristid. p. 3. *ἤδη μὲν Λογγῖνος καὶ πάντες οἱ κριτικοὶ πολλὰ προειρήκασιν, ὡς γόνιμος, ὡς ἐνθυμηματικὸς τυγχάνει, καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τὸν Δημοσθένην μιμούμενος.* Ex quo

loco apparet, Longinum, praeter scriptores veteres, etiam aetati suae proximos recensuisse. Denique *τὰ περὶ Ξενοφῶντος*, quae ipse *Π. Υ.* sect. 8. commemorat, nisi quis pro *Commentariis in Xenophontem* habere velit, partem arbitror fuisse *τῶν Φιλολόγων*. Neque enim Xenophon in tali censura praeteriri potuit.

§. XI.

Athenis postquam Longinus bonam vitae partem cum iuuentute erudienda, tum praeclaris ingenii monumentis condendis exegisset, patria relicta, in Orientem abiit, siue vt consanguineos, Emisae habitantes, inuiseret, siue vt ibi hereditarium negotium ageret. Per hanc, ni fallimur, occasionem, cognitus est a virilis animi muliere, et nulli priscarum heroidum secunda, Septimia Zenobia, quae tum Orientis imperium tenebat. Quae non minore ingenio, quam animo, praedita, cum bonas artes adamaret, Longinum Graecarum literarum magistrum adhibuit. Vopiscus in Aurelian. 30. *quo* (Longino) *illa magistro vsa esse ad Graecas literas dicitur.* Quo vno, si quid iudicamus, argumento concidit fabula de Zenobiae Iudaismo, saepe iactata ab Ecclesiae Patribus, Athanasio Epist. ad Solitar. Tom. I. Opp. p. 386. Photio Bibl. Cod. CCLXV. p. 1470. et aliis, quos indicat Moshemius Histor. Christian. seculi III. p. 706. Quis enim credat, Iudaeam Graecarum literarum magistrum, eumque philosophum, expetiisse? Cuius gentis quantum in Graecas literas et philosophiam odium fuerit, nihil attinet disputare post luculentam demonstrationem Ernesti V. C. Opusc. Philol. p. 408. Vnde igitur ista ma-

nauit fabula? Nempe ab immoderata et minime Christiana maledicendi licentia, quam illius aetatis orthodoxi sibi in quoslibet a se dissentientes sumebant. Accusatus erat Paulus Samosatenus cum ob alias opiniones, quas referre longum est, et haud necessarium, tum ob Iudaismi suspicionem; mox etiam Patrum decreto Episcopatu Antiocheno deiectus. Hunc ab aduersariis vehementer exagitatum cum Zenobia, mulier philosopha, et in religione diuersa sentientes facile ferens, tuendum suscepisset, Orthodoxi, dolorem, quem inde ceperant, vlciscentes, non modo Paulum Samosatenum ad sacra Iudaica transiisse, sed eius etiam patronam Iudaeam esse, suo iure clamarunt. Fuerunt inter recentiores, qui, vt error errorem parere solet, Moysen a Longino in Zenobiae gratiam laudatum existimarunt. Quorum opinio tum aliis de caussis parum probabilis est, tum quod Longinus librum *περὶ ὕψους*, et reliqua opera omnia, vno libello, quem de Odenathi laudibus scripsit, excepto, Athenis, antequam in Zenobiae notitiam venisset, edidisse videtur. Nam Palmyrae nulla librorum edendorum facultas dabatur, deficientibus, quorum manu vteretur, librariis, vt ipse in Ep. ad Porphyr. p. 124. queritur. Ne otium quidem ad talem scriptionem ab aliis rebus erat. Venerat ille quidem in aulam Palmyrenam, vt Zenobiam Graecis literis erudiret. Sed mox Zenobia, cum ipsa imperii habenas capessiuisset, et summam rerum gerendarum prudentiam in Longino perspexisset, eius maxime consiliis regnum administrare statuit. Photius l. c. *καὶ πολλὰ συνηγωνίζετο Ζηνοβίᾳ τῇ τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδι, τὴν ἀρχὴν κατεχούσῃ Ὀδηνάθου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τετελευτηκότος.* Suidas v. *Λογγῖνος: ἀνη-*

ρέθη ὑπ' Αὐρηλιανοῦ ὡς σύμπνους Ζηνοβίᾳ, τῇ Ὀδηνάθου γυναικί. Tum Longinus pro illo libertatis amore, qui magnis ingeniis proprius esse solet, Zenobiae animum addidit ad iugum Romanum excutiendum, in hoc etiam imitatus Platonem suum, qui Dionem a se eruditum pari ratione ad patriam liberandam impulit et armauit. Tum, eodem auctore, Zenobia nobiles illas ad Aurelianum literas, quae sunt apud Vopiscum Aurelian. 27. scripsit. Quae, cum plus spiritus, quam Zenobiae tempora ferebant, habere viderentur, Longino exitium attulerunt. Quippe Aurelianus, iis lectis, sic exarsit, vt mox, Palmyra expugnata, de Longino supplicium sumi iuberet. Vopiscus Aurelian. 30. *Graue inter eos qui caesi sunt, de Longino philosopho fuisse perhibetur, quo illa magistro vsa esse ad Graecas literas dicitur: quem quidem Aurelianus idcirco dicitur occidisse, quod superbior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio, quamuis Syro esset sermone contexta.* Adde Suidam v. *Λογγῖνος.* In hoc tam graui casu, nescio, an Longinus quicquam viderit indignius, quam pro bonis consiliis malam sibi gratiam a Zenobia referri. Haec enim, cum ante omnibus in rebus virilem animum gessisset, nunc mortis metu debilitata, ad muliebre ingenium rediit, id est, suam innocentiam iactauit, inuidiamque belli, quod Romanis fecisset, cum in alios, tum in Longinum, relegauit. Zosimus I. 56. *ἐπεὶ δὲ αἰτίας ἔλεγεν, ἑαυτὴν ἐξαιροῦσα, πολλούς τε ἄλλους ἦγεν εἰς μέσον, ὡς παραγαγόντας οἷα γυναῖκα. ἐν οἷς καὶ Λογγῖνος ἦν, οὗ συγγράμματά ἐστι μέγα τοῖς παιδείας μεταποιουμένοις ὄφελος φέροντα.* At longe alium animum Longinus prae se tulit. Tali enim constantia, tali

animi robore supplicium subiit, vt, qui ipse consolandus esset, aliorum ex hac calamitate susceptum dolorem consolaretur. Ita ille in ipso mortis articulo verum se philosophum praestitit, sanctissimumque Socratem, ad cuius normam et studiorum et vitae rationem direxerat, etiam moriendo expressit. Cuius crudelem casum si quis Platonica eloquentia prodidisset, non minus nunc Longini, quam Socratis, morti illacrymaremur. Zosimus l. c. *ᾧπερ ἐφ᾽ οἷς κατηγορεῖτο ἐλεγχομένῳ, παραχρῆμα ὁ βασιλεὺς θανάτου ζημίαν ἐπέθηκεν· ἣν οὕτω γενναίως ἤνεγκεν ὁ Λογγῖνος, ὥστε καὶ τοὺς σχετλιάζοντας ἐπὶ τῷ πάθει παραμυθεῖσθαι.* Hoc modo periit vir maximus A. C. 273.

§. XII.

Haec fere snnt, quae nobis de Longini vita et studiis veterum testimoniis constent. De eius ingenio et eruditione dicere quid attinet? Sunt libri vel potius fragmenta librorum, ex quibus indicium fieri possit, in manibus. Equidem nihil magis in Longino miror, quam tanti animi ingeniique virum seculo tertio, seruitute oppresso, et paene barbaro, quo omnes fortunae suae similia et faciebant et loquebantur, extitisse. Verum cum seculum, quo viuebat, insitam ingenii vim premeret, ipsum fecisse arbitror, quod aliis natura tardioribus faciendum praecepit *Π. Υ.* sect. 9. *εἰ καὶ δωρητὸν τὸ μεγαλοφυὲς μᾶλλον ἢ κτητὸν, ὅμως, καθ᾽ ὅσον οἷόντε, τὰς ψυχὰς ἀνατρέφειν πρὸς τὰ μεγέθη, καὶ ἐγκύμονας ἀεὶ ποιεῖν γενναίου παραστήματος.* Nempe veteribus, praecipue Platone et Demosthene, legendis animum ad eam, quam in maximis minimis

admiramur, extulit altitudinem. Ab eodem celso elatoque animo profectum est cum libertatis civilis studium, cuius clara vestigia impressit diuino illi epilogo libri *Π. Υ.* tum alterius, quae in sententia libere dicenda, et in aliorum erroribus castigandis, cernitur. Ex quo a Porphyrio in Vita Plotini p. 126. *ἐλεγκτικώτατος* dicitur, et *τὰ τῶν ἄλλων σχεδὸν πάντα τῶν καθ' αὑτὸν διελέγξας*. Eloquentiam Longini ita abiicit et contemnit Graeculus ineptus, Ioannes Siceliota, cuius locum supra p. 15. adscripsimus, vt eum nihil ad Dionysium Halicarnassensem et Aristidem esse dicat. Nos quidem non sumus ii, qui orationibus, quas Dionysius historiae interposuit, eloquentiae laudem detrahamus, aut Demosthenem feliciter ab Aristide expressum esse negemus. Veruntamen vterque, nostra sententia, cum Longino comparatus, iacet, et velut spiritu caret. Quanta enim et quam incredibilis vis dicendi ex libello *Π. Υ.* elucet? Profecto nullus vnquam Rhetorum et Sophistarum aut scripsit, aut scribere potuit aliquid disertius. Vnus Longinus ex omnibus Graecis magistris, id quod Ciceronem in libris rhetoricis fecisse constat, quod aliis praecipit, ipse scribendo praestat, nec minus eloquentiae praeceptis, quam exemplo suo facit eloquentes. In docendo, quomodo ad id quod in oratione magnificum est, perueniatur, grandis est ac paene tragicus. In translationibus vt feliciter audax, et maxime similis Plutarcho, sic fortasse nimius in illis cumulandis, nec satis consentiens praeceptis suis. Excerpta Rhetorica MSS. in Bibl. Medicea: *Ὅτι Ἀριστοτέλης* (de Poetic. 22.) *τοὺς πάντα μεταφέροντας αἰνίγματα γράφειν ἔλεγεν, διὸ λέγει Λογγῖνος σπανίως κεχρῆ-*

σθαι καὶ τούτῳ τῷ εἴδει. Ex antiquis illis, praeter caeteros, Platonem et Demosthenem imitatur. In quibus legendis, si venustatem eius sentire velis, te multum temporis contriuisse oportet. Praeter Graecam et Syriacam linguam, vtramque vernaculam, calluit etiam Latinam, vt non solum ex Demosthenis et Ciceronis comparatione *Π. Υ.* sect. 12. sed etiam ex Suida intelligi licet. Sic enim ille Lexicographus: *Αἰωνοάριος. ὁ Ἰανουάριος μήν. οὕτω Λογγῖνος αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα.* quae repetit v. *Ἰανουάριος.* Cum Suida conuenit Tzetzes in Post-Homericis p. 75. *Τόν δ' Αἰωνοάριον κικλήσκει μὲν Λογγῖνος, Ἰανουάριον δ' ἀνέρες πάντες καλέουσι.* Quam vocis notationem si quis in homine Graeco rideat, is potiore iure Ciceronem de N. D. II. 27. *Ianum*, quasi *Eanum*, ab *eundo* deriuantem rideat. Nec tamen Longinus mihi quicquam a scriptoribus Latinis, nominatim a Quinctiliano, sumsisse videtur, vt Tollius et Pearcius ad librum *Π. Υ.* sect. 2. et 38. crediderunt. Nam quae illis locis e Latino Rhetore ducta putantur, tam sunt vulgaria, vt, si Longinus illa mutuari ab aliis voluisset, potius a Graecis, quam a Latinis sumsisset. Nec facile adducor, vt eum quicquam Dionysio Halicarnassensi debere credam. Non tali siccitate arescebat, vt ingenium alienis fontibus rigaret.

§. XIII.

Philosophiam, quam professus est, in mores abiisse, tametsi mors eius satis superque declarat, tamen hoc quoque sit testimonio. Porphyrius disciplinam eius valere iusserat, vt se ad melio-

rem, si Diis placet, Plotini conferret. Quam levitatem, tantum abfuit Longinus, vt ad contemtum sui traheret, iniuriamque iniuriae referret, vt potius hunc ipsum desertorem in suis haberet, Palmyram ad se inuitaret, et, quanti eum faceret, libri *περὶ ὁρμῆς* dedicatione publice declararet. Quae omnia nobis narrat ipse Porphyrius in Vita Plotini p. 120. 124. 131. Erit fortasse, qui doctrinam Christianam Longino ad talem animi moderationem profuisse dicat. Certe semichristianum eum vocat Is. Casaubonus ad Vopisc. Aurelian. 30. propter honorificum, quod de Moyse fecit, iudicium. At vero, si illa ratio valeret, multi, qui sacrorum scriptorum cum laude meminerint, in his Numenius et Amelius, in semichristianorum numerum referendi essent. Omnino plerique eius aetatis philosophi Christianorum libros satis diligenter legerant, siue vt eos refellerent, quod Celsum et Porphyrium fecisse scimus, siue quod Christianismum pro Orientalis philosophiae secta haberent. Vide Holstenium de Vita Porphyr. c. 5. p. 20. Sed Casauborum iam ante nos confutauit Langbaenius ad Longin. *Π. Υ.* sect. 9. p. 61. Et ipse vir summus hanc sententiam repudiasse videtur Exercitat. I. in Baron. Annal. p. 149. vbi Longinum *paganum hominem* appellat.

§. XIV.

Reliquum est, vt omnia Longini scripta, quorum magnam copiam extitisse narrat Eunapius in Porphyr. p. 14. breuiter recenseamus.

Οἱ Φιλόλογοι. de quibus, quantum satis est, disputauimus p. LXXXX.

Περὶ τοῦ κατὰ Μειδίου, scilicet *λόγου*, id est, de *Demosthenis oratione in Midiam.* Apud

Suidam v. *Λογγῖνος*, qui solus hunc librum memorat, pro *Μειδίου* scribitur *Φειδίου*. Quem errorem correxit Langbaenius in Vita Longini. Pertinet hic liber ad quaestionem inter Rhetores agitatam, Midiana vtrum esset *χαρακτῆρος παθητικοῦ*, an *πραγματικοῦ*? Photius Bibl. Cod. CCLXV. p. 1470. *ὡσαύτως καὶ ὁ κατὰ Μειδίου οὐκ ὀλίγοις γέγονεν ἐν σπουδῇ, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητήσεως ἀφορμὰς παρέσχε. καὶ οἱ μὲν τοῦ παθητικοῦ χαρακτῆρος εἶναί φασιν αὐτὸν, μετὰ δεινώσεως ἐπειργασμένον· οἱ δὲ, τοῦ πραγματικοῦ.* Sic Longinus apud eundem Photium l. c. orationis in Leptinem *προοίμιον ἀγωνιστικὸν* esse iudicauit. Nescio, an hic quoque liber pars fuerit *τῶν Φιλολόγων*.

Ἀπορήματα Ὁμηρικά. Suidas. Exemplum talium quaestionum scribendarum dedit Aristoteles, cuius *Ἀπορήματα Ὁμήρου*, praeter alios, laudat Grammaticus MS. Sangermanensis: *Βασίλισσα. Ἀλκαῖος Γανυμήδει. Ἀριστοτέλης Ὁμήρου Ἀπορήμασιν.* Adde Phrynichum de Dict. Attic. p. 112. Postea multi Grammatici huiusmodi quaestionibus tractandis ingenium exercuerunt, de quibus vide Io. Wowerium de Polymath. c. X. p. 77. Forte ex hoc opere Eustathius sumsit emendationes Homericas, quas commemorat ad Il. A. p. 67. et 106.

Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος; Suidas. Non vnus veterum hac quaestione otium suum oblectauit. Hermogenes, Medicus Smyrnaeus, *περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας* scripsisse dicitur in marmore Graeco, quod edidit L. Kusterus Comm. Acad. Inscript. Tom. IV. p. 665. Vide Dauisium ad Max. Tyr. Diss. XXXII. p. 613. Porphyrius etiam de eodem argumento, in Longini gratiam, vt Holstenius

in eius Vita c. VIII. p. 44. suspicatur, singularem librum scripsit.

Προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις, ἐν βιβλίοις β'. Suidas. Aristotelis etiam liber hoc titulo laudatur. Postea Grammatici certatim in huiusmodi problematis soluendis elaborarunt, inde *λυτικοὶ* appellati, de quibus vide Ionsium de Script. Hist. Phil. II. 17. p. 206. et Cel. Valckenarium Diss. de Schol. in Homer. ined. p. 145.

Τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται. Suidas. Similem librum, teste Suida, scripserat Caecilius, ille ipse, quem Longinus *Π. Υ.* sibi castigandum sumpsit: *Περὶ τῶν καθ' ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι.*

Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων, βιβλία δ'. Suidas.

Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον. Ex hoc Lexico sumtum videtur, quod habet Photius Lex. MS. *Σέρφοι. οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες, οὓς ἡμεῖς Νύμφας. οὕτως Δίδυμος. Κάσσιος δὲ Λογγῖνος· Σέρφος, πτηνόν τι μικρὸν κώνωπι ἐμφερὲς κατὰ τὸ μέγεθος.* item quod habet Eustathius ad Odyss. X. p. 1919. *τιμὴν δὲ, τὴν ποινὴν λέγει. — ἡ δὲ τοιαύτη τιμὴ, καὶ τῖμος λέγεται κωμικώτερον, ὡς Λογγῖνος δηλοῖ, ὁμοίως τῷ, χολὴ, χόλος, ὠνὴ, ὦνος, καὶ τοῖς τοιούτοις.* Ex indice Grammaticorum, qui Suidae Lexico praemittitur, putaret aliquis, Suidam multa ex hoc Longini opere in farraginem suam coniecisse. Sed hunc indicem a mendace mangone confectum esse, nuper idoneis rationibus demonstrauit Graecarum literarum in hac Academia stator, L. C. Valckenarius in Theocriteis

p. 295. et seqq. Similis fraus Lexicon sacrum ineditum, quod in multis Bibliothecis superest, *Cassiani Longini* nomine ausa est commendare.

Λέξεις Ἀντιμάχου, καὶ Ἡρακλέωνος. Suidas. Langbaenius pro *Ἡρακλέωνος* legit *Κλέωνος,* credo, quod de poëta Heracleone ne fando quidem audiuerat. Sed Longinum poëtas, quorum vix nomen ad nos peruenit, tractasse, constat exemplo Menelai, de quo p. LXXXXIII. diximus. Minus cogitate Tan. Faber scribit, Heracleonem Ephesium, Grammaticum ab Athenaeo laudatum, intelligi posse. Quis enim vnquam scripsit *λέξεις* Grammatici?

Περὶ ἐθνικῶν. Grammaticus vetus Bibl. Coislin. p. 597. *Ὅσοι περὶ ἐθνικῶν. Ὠρίων Θηβαῖος, Μητρόδωρος, Φιλόξενος, Λογγῖνος.* Mirum est, Stephanum Byzantinum, in *Ἐθνικῶν* scriptoribus commemorandis inprimis diligentem, nullam Longini mentionem facere.

Σχόλια εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον. Supersunt in Codd. MSS. ex quibus partem ediderunt Io. Hudsonus et Io. Boiuinus. Ex hoc specimine apparet, omnia exscripta esse ab edito Hephaestionis Scholiaste. Longiniana laudat Scholiastes Hermogenis p. 387. *διὸ καὶ μέτρου πνεῦμα τὸν ῥυθμόν φησιν ὁ Λογγῖνος.* vbi ex Longino p. 264. corrigendum: *διὸ καὶ μέτρου πατέρα τὸν ῥυθμόν φησιν ὁ Λογγ.* Error natus est e scribendi compendio.

Περὶ συνθέσεως λόγων συντάγματα δύο. quae ipse commemorat *Π. Τ.* sect. 39.

Τέχνη ῥητορική. de qua alias *).

*) Auctorem huius dissertationis Ruhnkenium vel haec sola inscriptio libri agnoscere iubet. Nos, quae huc pertinent, diximus in praefatione.

Εἰς τὴν ῥητορικὴν Ἑρμογένους. In Bibliotheca Vindobonensi extant Enarrationes Hermogenis, excerptae ex Longino, Iamblicho, Syriano, Simplicio, et aliis. Vide Catalog. Bibl. Vindob. Nessel. P. IV. p. 14. Sed totus titulus mangonium sapit.

Περὶ Ὕψους. Hic liber vere aureus, de quo omnium optime nobis iudicasse videtur Boilauius in Praef. versionis Gallicae, bono literarum et verae eloquentiae, quamuis mutilus, conseruatus est in vno Codice Parisino, ex quo quicquid Codicum est in aliis Bibliothecis, manauit. Nulla igitur, archetypo saluo, apographorum vtilitas est, nisi in conferendis verbis sectionis VIII. *ὡς κἂν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος* vsque ad verba sect. IX. *ἐν δὲ φάσει καὶ ὄλεσσον,* propterea quod illae paginae ex archetypo, post facta iam apographa, exciderunt.

Commentarius in prooemium Timaei Platonici, de quo supra p. LXXIX.

Commentarius in Platonis Phaedonem, de quo supra p. LXXIX.

Περὶ ἀρχῶν, de rerum principiis. Porphyr. in Vita Plotini p. 116. qui de iisdem etiam librum scripsit, minus probans Longiniana, vt putat Holstenius in eius Vita p. 51.

Περὶ τέλους, de finibus bonorum et malorum. Porphyr. in Vita Plotini p. 127. vbi nobis egregiam huius libri praefationem conseruauit.

Περὶ ὁρμῆς, de naturali impetu, siue *instinctu.* Porphyr. in Vita Plotini p. 120.

Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀμέλιον, qua respondet epistolae *περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας.* Hanc epistolam in libri magnitudinem

excreuisse, ipse ait in Praefatione libri *περὶ τέλους* p. 196.

Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης aduersus Amelium. Ipse in Praef. laudata p. 195.

Περὶ τῶν ἰδεῶν aduersus Plotinum. Praefat. laudata p. 195.

Περὶ τῶν ἰδεῶν aduersus Porphyrium, Plotini de Ideis sententiam Longinianae, quam ante probarat, praeferentem. Praefat. laudata, l. c. Vide Holstenium de Vita Porphyr. p. 54. Hos de Ideis libros respexit Syrianus Commentario MS. in Aristotelis Metaphysica: *Οὔτε τοῖς λεκτοῖς τοῖς πολυθρυλλήτοις ἀνάλογον τῷ νῷ παρυφίσταται, ὡς ἠρεῖτο Λογγῖνος πρεσβεύειν. οὐδὲν γὰρ ὅλως παρυφίσταται τῷ νῷ, εἴπερ ἀνούσιόν ἐστι τὸ παρυφιστάμενον. πῶς δ᾽ ἂν τὸ αὐτὸ νοητόν τε εἴη καὶ παρυφίσταιτο; οὐ μὴν οὐδὲν νοήματά εἰσι παρ᾽ αὐτοῖς αἱ ἰδέαι, ὡς Κλεάνθης ὕστερον εἴρηκεν, οὐδ᾽ ὡς Ἀντωνῖνος μιγνὺς τὴν Λογγίνου καὶ Κλεάνθους δόξαν.*

Περὶ ψυχῆς. ex quo Eusebius P. E. XV. 21. partem affert hoc titulo: *πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν ἀντίῤῥησις.* Eundem librum laudat Porphyrius apud Stobaeum Ecl. Phys. I. p. 109. Familiarem Longini cum Medio disputationem *περὶ τῶν μορίων τῆς ψυχῆς* ex Porphyrio commemorat Proclus in Platonis Politiam p. 415.

Ὀδαίναθος. quod omnium Longini scriptorum postremum videtur. Libanius Ep. 998. *Ὀδαίναθον τὸν λόγον, Λογγίνου δὲ ὁ λόγος, ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ, σὲ δὲ δεῖ δοῦναι, καὶ γενέσθαι δίκαιον περὶ τὴν ὑπόσχεσιν.* Hac oratione si Longinus Odenathi laudes complexus est, vt nobis videtur, concidit, quod narrat Trebell. Pollio

XXX. Tyrann. 17. Zenobiam caedis Odenathi consciam fuisse.

Praeter haec Langbaenius ad Longinum retulit librum *Διονυσίου τοῦ Φασηλίτου περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως* et alterum *περὶ ποιητῶν*, vtrumque laudatum a Grammatico vetere, qui Nicandri vitam scripsit: item *Διονυσίου Ἄπορα*, laudata a Scholiaste Homeri ad Il. B. 508. et *Διονυσίου Κριτικὰ* siue *Κρητικὰ* apud Diogen. Laërt. I. 38. Verum nihili sunt rationes, quibus vtitur, et vix dignae, quae refellantur. Nam si probabile est, vt supra p. 6. demonstrauimus, Longinum natum esse Athenis; cur ad eum refertur opus Phaselitae? At *Dionysii* nomine nititur Langbaenius. Immo hoc nomine Longinus, vt eodem loco docuimus, ne semel quidem simpliciter laudatus reperitur. Denique falsum est, quod dicitur, Longinum per temporis rationes a Diogene commemorari potuisse. Nam Diogenes, quacunque demum aetate vixit, certe ante Longinum vixit. Recte igitur Fabricius Bibl. Gr. T. IV. p. 435. 443. 444. quatuor illos libros, Longino tam temere tributos, sustulit ex indice operum Longinianorum. *)

---

*) Praeter haec a Ruhnkenio collecta non sine fructu cognoscuntur ea, quae Toupius ad fragm. VIII. congessit.

DISSERTATIO CRITICA
DE LIBRO *ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ.*

CAPVT I.

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑ QVAEDAM DE AVCTORE, MAXIMEQVE DE INGENIO EIVS, NEC NON DE VIRTVTIBVS LIBRI *Π. Υ.* VNIVERSE SPECTATIS.

§. I.

Nullus fere liber ex antiqua memoria ad nostram aetatem pervenit magis notabilis, quam hic *Dionysii aut Longini*, vt inscribitur, commentarius *de sublimitate.* Nam ignoratus fere ab antiquis scriptoribus, a nullo certe, quod sciam, commemoratus parum abfuit, quin aliquot abhinc seculis plane periret, cum exemplum, quod vnum, vt videtur, integrum exstabat, ita negligenter haberetur, vt non vna plagula inde excideret et abiecta deleretur. At postquam typis exscriptus plurium in manus venit, tantis laudibus extolli a doctis hominibus coeptus est, quantis vix aliud vllius rhetoris opus integrum et antiquorum iudiciis laudibusque celebratum. Eo magis quis cognoscere cupiat, quidquid de auctoris vita, de ingenio eius et studiis, aliisque etiam rebus, quae ipsum attingunt, proditum scimus. Iam egregie quidem huic rei prouisum esse videtur copiosa

Ruhnkenii dissertatione: sed postquam Hier. Amatius de vulgari inscriptione libri iustam dubitationem iniecit, non iam Longinum illum, de quo Ruhnkenius disseruit, sed alium cogitare debemus auctorem. Verum de hoc quoniam ex aliis monumentis plane nihil eruere possumus, atque ex solo eius libro pendere cogimur, agemus iam, quod vnum licet, et, quae ipse nobis suppeditavit, de eo breviter exponemus.

§. II.

In medio fere aetatis flore auctorem constitutum fuisse, cum hunc π. ὕ. librum scriberet, integris certe vegetisque adhuc mentis viribus vsum esse, multa declarant. Nam iuniorem tum fuisse, vix credibile est, cum iam plura edidisset, vt duos libros satis copiose scriptos *de verborum compositione* (39, 1), nonnulla *de Xenophonte* (8, 1), et alia fortasse, quorum argumentum ipse diserte non indicat. Vid. 9, 2 et 23, 4. Accedit, quod apud Terentianum, hominem doctum (1, 3) eundemque oratorem in foro exercitatum (1, 2 et 4), ea valebat auctoritate, vt praeceptoris munere quodammodo fungi non dubitaret. Vid. nott. ad 15, 1 de v. *νεανία*. Neque vero senectuti fuisse propinquum, docet admirabilis vigor et vis dicendi per totum librum aequabiliter se efferens, nulloque loco ad languorem delapsa. Alia ingenii vegeti signa post notabimus. Sed vel hoc integras iuuentutis vires arguit, quod in extrema operis parte, cum iam a labore requiescere posset, ad quem rogatu amici excitatus fuerat, ad aliud opus huic affine se transiturum ostendit. Sed cur ego id, quod hic levius videtur, tam multis ago? vt intelligatur, anonymum nostrum ad eam aetatem

tum fuisse progressum, qua homines confirmatam indolem ostendunt, eamque vel in vitiis vel in virtutibus constantiam per omnem vitam servaturi videntur, vt certum de iis iudicium alterutram in partem fieri possit. Liquido igitur pronuntiare et asseverare possumus, eum fuisse virum bonum et probum, insignique virtute et sanctitate praeditum. Magnum habemus huius laudis argumentum, et graue quasi testimonium in extrema libri sectione. Nam profecto tam severe et tam vehementer in epilogo isto non castigasset corruptos hominum mores, nisi ipse ab eorum perversitate alienus fuisset. Et vide gravitatem viri, animumque alte sentientem! ad eloquentiae studium ne laude quidem et rei iucunditate homines vult excitari, sed sola communi vtilitate. (vid. §. 11.) Hunc animi sensum iam ab initio libri praefert, cum dicit, vtilitatem esse, quam scriptor maxime propositam habere debeat. Ac de aliis quidem virtutibus, quarum non obscura passim reperias indicia, non dicam. (vid. 6 extr. 12, 4. 1, 2. 4, 1.) Generosam eius indolem satis produnt divina illa, quae sect. 35, 2. et deinceps legimus, quae profecto fluxerunt ex animo maximis rebus ita occupato, vt foedis et humilibus vitiis in eo locus esse vix, ac ne vix quidem, possit. Verissimum sane est, quod statuit Quintilianus, neminem esse posse oratorem, nisi qui idem sit vir bonus. Atqui magnam hic noster eloquentiam ostendit, neque rhetoris tantum, sed magni etiam oratoris nomen meretur: quam virtutem etiam Ruhnkenius in dissert. §. XII. agnoscit et iusta laude exornat. Recte igitur illum e Quintiliani sententia virum bonum fuisse dicemus. Sed hoc pluribus illustrare et oratorie amplificare non est instituti nostri. Pauca

tantum de auctoris charactere ethico praemittere volui, a critica dissertatione non prorsus aliena, quoniam lectores lubentius dicta diiudicata cognoscent scriptoris, cuius virtutem et probitatem adamare coeperunt.

§. III.

Iam vniuerse quaedam, vt proposui, de libro eius dicturus primum explicabo totam eius *οἰκονομίαν*, deinde rerum explicandarum rationem, postremo characterem orationis.

Prooemium ille fecit sane longum, magis pro rei magnitudine, quam pro libri modo. Nam si quis in summam addat, quae exciderunt in duobus foliis sect. 3. init. scripta, illud voluminis magnitudini non satis conuenire videbit. Quae autem insunt a persona Terentiani et a libro Caecilii ducta (1, 1 et 2), recte suum locum tuentur; neque minus ea, quae adiiciuntur statim (1, 3 et 4), quibus lector fieri debet attentus. Porro nec illa quaestio sect. 2. tractata ab exordii consilio abhorret. Bene hanc in rem Portus in commentario p. 283: „Caecilius docuerat, quid esset magnifica et ampla oratio, sed omiserat viam et rationem, qua quis posset eam consequi. Hoc ipsum addit Longinus, et ea de re praecepta tradit. Sed quia erant, qui negabant, hoc posse praecipi, eos, antequam ad praecepta veniat, refutat.“ His adde illa de meteoris orationis, et de parenthyrso. quae vt alio loco scripta recte habuissent, ita neque ab exordio aliena videri debent. Sed de puerili affectatione, vnde frigidae sententiae nascuntur (3, 4), cuius exempla continet sectio quarta, omnino non agendum erat in libro de sublimitate, quia per se neque vicinum est huic virtuti vitium, neque oppositum.

§. IV.

Ad definitionem sectione 7. proponendam commodus paratur transitus sectione 5 et 6. Partitio subiecta spem facit dilucidi ordinis. Sed postquam sect. 9. *de sublimitate in sententiis posita* dictum est, digressiones sequuntur, quarum prima, *de adiunctis rerum in vnum corpus coniungendis*, ad illud primum de sententiis, tamquam pars necessaria, trahi potest; secunda vero, *de exaggeratione*, ab ὕψει sect. 11 et 12 diserte et multis verbis distinguitur; tertia, *de imitatione optimorum scriptorum* (13, 2 seqq.), παραινετικὴ magis, quam δογματικὴ, omnino viam monstrat feliciter proficiendi in dicendo et scribendo, non solum in elato genere dicendi. His tot digressionibus, quae videntur, quibus et alia interponuntur per se iucunda cognitu, sed incommoda lectoribus, qui ordinem propositum cogitate persequuntur, alterum fontem sublimitatis, *affectus vehementes*, fortasse non praeteriit, sed tamen obscurum reliquit, vbi ad eum clarius monstrandum transierit. Veruntamen casus et hominum negligentia id fortasse fecit obscurius. Ego sectione 15 πάθους tractationem contineri existimo: cuius ab initio, statuat, si quis vult, licebit, perpauca verba excidisse, quibus diserte dictum fuerit, iam *secundum fontem sublimitatis* demonstrari. Melius hoc erit, quam iacturam fingere totius capitis.

§. V.

De figuris copiosius disserit auctor, quam se facturum ostenderat. Dixerat enim, se tantum *ὀλίγα τῶν ὅσα μεγέθους ἀποτελεστικὰ* pertractaturum esse. Sed persequitur hunc locum plu-

ribus, quam pro ratione instituti, commemoratis etiam nonnullis, quae *conformari peculiari modo* nequeunt. Sententiarum et verborum figuras separatim non explicat, quod tamen in animo habuisse videtur, cum sect. 8 illa scriberet: *διοσὰ δέ που ταῦτα, τὰ μὲν νοήσεως, θἄτερα δὲ λέξεως.*

§. VI.

In reliquis capitibus satis diligenter servat ordinem propositum. Neque reprehendendum puto, *οἰκονομίαν* si per se spectes, quod inde a sect. 41, 3 repente ad ea transit, quae vim sublimitatis frangunt. Facile hoc ei venit in mentem, cum illo loco de numeris fractis egisset. Itaque etsi argumentum sectionis 43 commode sectioni 31 potuisset adiungi, hoc e. g. addito praecepto, *vniuerse quidem fugienda esse humilia verba:* tamen et haec et cetera, quae orationem deprimunt, licebat in fine coniunctim proferri. Sed videbat auctor, vt opinor, se iam plura huiusmodi supra tetigisse. Hinc praecidit 43, 6 his verbis: *Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπ' εἴδους ἐπείγει τὰ μικροποιὰ διαριθμεῖν.*

§. VII.

Quae epilogi loco sect. 44 proponitur quaestio, non modo non aliena est ab argumento, sed egregie illustrat illa, quae ad rem sunt magni momenti, sectione 9. §. 1—3. breviter explicata. Vti enim a magno animo sublimes sententiae proficiscuntur, sic ab animo humili et ad avaritiam et luxuriam abiecto falsae aut futiles sententiae excogitari solent. Vid. 44, 6 et seqq.

§. VIII.

Iam videamus, quam rationem anonymus noster sequatur in singulis argumenti partibus

explicandis. Cum ad hominem doctum et oratorem iam exercitatum scribat, omninoque lectores ponat rhetorices gnaros, recte omittit definitiones rerum, quas facit sublimitatis partes, vt *πάθους*, *σχημάτων*, *τρόπων*, et ostendit tantum breuiter, et sane iusto breuius interdum, cur id, de quo agit, elatam faciat orationem, aut statim exempla ponit eandem in rem, eorumque vim demonstrat. Sed tamen et minus nota aut perperam ab aliis explicata illustrat, vel clara descriptione, vt illud *de rerum adiunctis in vnum cogendis*, sect. 10; vel iusta definitione, vt *exaggerationem*, sect. 12, et *hyperbaton*, sect. 22. Passim etiam comparationes adhibet ad rem explicandam aptas et lectu iucundas, vt 17, 3. 21, 2. 28, 1. 43, 3. Sed liceat hic in transitu tangere peccatum auctoris a nemine notatum. In definitione ipsius sublimitatis comparationem adhibuit rhetore docto et eloquente non satis dignam. Nam hoc in genere, vt Quintiliani verbis (VIII, 3, 73) vtar, *est praecipue custodiendum, ne id, quod similitudinis gratia adsciuimus, aut obscurum sit aut ignotum. Debet enim, quod illustrandae alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo, quod illuminat.* etc. Iam haud dubie notius et vulgo probabilius est, sententias leves verborum pondere grauitatem induere posse, quam diuitias, honores, gloriam, imperia non esse in magnis bonis numeranda, cum etiam philosophi talium rerum contemtum verbis magis, quam actionibus et vita ipsa prae se ferant. Melius ille certe comparationem petiisset a facie mulieris cerussa aut minio infucata, aut, vt Demetrius Phalereus §. 119, ab ostentatore, qui gloriose mentiens magna sibi ornamenta tribuit. Talia enim

vt ex vsu vitae petita et facile animo proponenda, praecepto Quintiliani magis conueniunt: clariora nempe sunt eo, quod illuminandum erat. Veruntamen ferendum hoc in tali auctore, vt viro fortasse, qui res illas vulgo ab omnibus expetitas tam certa ratione et tam constanter contemneret, vt eas pariter a plerisque, aut a doctis certe hominibus, contemni putaret. Fortasse et locus communis de illis fortunae ludibriis plus dignitatis habere eoque magis conuenire libro suo videbatur, quam rei levioris comparata similitudo.

§. IX.

Exempla sublimium dictorum ex antiquis scriptoribus quam plurima profert, eorumque nonnulla perquam diligenter pertractat, vt nobile illud iusiurandum Demosthenis, *Μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι*: cuius multiplicem vim ita breuiter et acute aperit, vt criticis illo loco exemplar ad imitandum videatur relinquere voluisse. Sed mirum est, quod illa scriptorum loca tam varie mutata, ac fere nihil ad verbum, repetit; an ex eo vanam etiam captans gloriolam? Qui enim tam multa promit ex memoria, et aliquantum etiam mutata, is sane multae lectionis et felicis memoriae videtur, neque minus sollers et expeditus in scribendo, vt qui non necesse habuerit libros cum iactura temporis euoluere oculisque ipsis subiicere. Num veris, inquam, et magnis laudibus, propter quas eum merito admiramur, hanc etiam adiungere voluit ambitiosius quaesitam? Non audeo decernere. Sed si cui haec suspicionis significatio videtur iniquior, a leuitate certe aliqua eum non liberabit, qua et alii homines ingeniosi laborant. Facilius illi fortasse fuit memoriter ponere Platonis

illa 32, 5: sed quanto gratius fuisset lectori, diligenti praesertim, ipsa cognoscere ex ordine posita verba talis scriptoris. Quod si longior videbatur ille locus, breuiori vno alteroue poterat vti.

§. X.

Re breuiter explicata et exemplis illustrata monet auctor fere de abusu et errore, ad quem facile quis deflectat. Sic facit 15, 8. 23, 4. 29, 1. 52, 7. et alibi.

Addam hic aliquid, quod ad plura libri loca pertinet. Nonnulla breuiter ab auctore pronuntiata videri possunt vana, neque explorato iudicio prolata. Sed quamquam ille in aestimandis nonnullis veterum dictis infeliciter argutatur, tamen cetera pleraque, et maxime praecepta ipsa dicendi, dedit vel vsu rerum probata vel eleganti iudicio rite perpensa. Exemplo nobis sint verba, sect. 29 initio posita, *τῶν ἄλλων πλέον.* Quid? dixerit quispiam; an sola periphrasis *ἐπίκηρον πρᾶγμα*? nimia ceterarum figurarum frequentatio an minus habet vitii? imo et ceterae iusto saepius vsurpatae satietatem afferunt, aut frigidam faciunt orationem. Sed, vt alia taceam, in ceteris vitium facilius sentitur: in periphrasi nouitas placet inventori, vt, nisi acri valeat sensu, suaque omnia, tamquam aliena, seuero iudicio spectet, facile periphrasin frigidam praeferat verbo proprio. Dixerat noster sect. 5, e solo nouitatis studio cum alia tum huius generis vitia nasci, et sui etiam temporis scriptores insana nouarum formarum cupiditate actos fuisse. Sed omni aetate inepti homines in tam lato, qui aperiri potest, campo (quod enim nomen, quod verbum non obnoxium est periphrasi?) se iactant. Et quae *pretiosae* a

Francogallis dicuntur loquendi formae, id est, inepte nouatae, magnam partem constant huius generis nugis.

§. XI.

Disputationem suam auctor distinguit ornamentis valde grauibus et luculentis, quippe non tam ad delectandum factis, quam ad docendum. Sunt enim loci communes a rebus ipsis suggesti, vtilesque cognitu, et digressiones, longiores illae quidem, quam seuerior crisis probet, sed tamen per se ita fructuosae, vt nullus fortasse lector discendi cupidus iis carere velit. Locos communes scita breuitate tractatos habes 1, 2. 2, 3. 3, 3. 5, 1. pluribusque locis. Nonnullos multis verbis illustrare et exornare potuisset, vt 31, 1, *τὸ δὲ σύνηθες ἤδη πιστότερον*, et 16, 4, *κἀν βακχεύματι νήφειν ἀναγκαῖον.* Sed et nude posita talia, et in mediis aliis rebus minus illustribus mixta, placent, et scriptorem arguunt prudentem, doctum et sententiis vtilibus abundantem.

§. XII.

E digressionibus in primis notanda est illa, quae a 32, 8 pertinet ad finem sectionis 36. Quaestionem illa continet magno et splendido apparatu exornatam, eamque cum argumento totius libri, vt auctor ipse 33, 1 dicit, arcte coniunctam. Ipse quidem subtiliter distinguens duplicem facit, 1) *num excellens virtus in scribendo cum peccatis nonnullis coniuncta praestet mediocritatem sanam et vitio vacuam;* 2) *num plures orationis virtutes anteferendae sint maioribus.* Sed posterior fere ad priorem redit. Leui hac re missa, hoc addere non dubito, eum, qui hoc in loco non

admiretur diuinam viri eloquentiam et alte sentientem animum, eius esse debere insignem stuporem et animum plane abiectum. Ego certe quoties illa lego, *Τί ποτ᾽ οὖν εἶδον οἱ ἰσόθεοι ἐκεῖνοι*, et quae deinceps sequuntur, toties sic efferor cum auctore, vt non subeat expendere diuina eius dicta, sed vt fere stupeam, seroque sentiam, quorsum ille me abripuerit. Nihil profecto vllus vnquam orator proferre potuit excellentius! Mirifice autem simul suam ipse causam egit, effecitque, vt lectores prudentes et aequi magnis eius virtutibus libenter peccata quaedam condonarent; ac fortassis etiam illud de Lysia iudicium 32, 8 et 35, 1, quod videri debet iniquius, et in quo ille contentione, nescio qua, abreptus suique oblitus fuisse videtur, cum 34, 2 ingenue et candide *Λυσιακὰς ἀρετάς τε καὶ χάριτας* agnoscere se ostendat. Dissertatio de Odyssea loco minime opportuno inserta est, et tota nititur coniecturis valde incertis. Inter breuiores digressiones cognitu maxime digna est comparatio Demosthenis et Ciceronis 12, 4. s. Fluxit illa e vero sensu, et imaginibus distinguitur, quae diuersam vtriusque virtutem magna in luce ponunt.

§. XIII.

Restat, vt vniuerse genus dicendi declaremus, quo rhetori hoc in libro vti placuit. Id ille accommodauit ad vniuersum argumentum, et cum sententiarum grauitate, tum delectu verborum, figuris, tropis et compositione ita temperauit, vt prope accederet ad sublimitatem, et nonnullis in locis ad eam prorsus extolleretur. Itaque minime est verbosus, sed paucis multa complecti solet, sicut Demosthenes; quem vt omnium maxime

admiratur, ita videtur praeter ceteros imitari. Habet aliquid duri, quod et obscuritatem affert, sicut Demosthenes: sed vim item eius grauitatemque, vt in commentario rhetorico, aequat ac paene superat. Clarius autem aemulum eius agnoscas e troporum multitudine eadem de re eodemque in loco coniunctorum. Demosthenem enim hac in re normam esse dicit 32, 1 et 2. Ergo et exemplum eius sequitur. Vid. 9, 1. 12, 3. 15, 5. 21, 2. quibus in locis plane Demosthenico more diuersis tropis *eandem rem* appellat. Sic enim, vt significaui, *ἐπὶ ταυτοῦ* l. l. accipiendum est. Nam quod simpliciter nonnulli vertunt *eodem in loco*, id ambiguum est, vt falso quis accipere possit pro *eadem in periodo* aut *eodem in capite* vel *in argumento eodem*. Quodsi tam late dictum putes, ridiculum fingas praeceptorem. Quis enim dubitet, diuersis de rebus diuersos tropos poni posse, vel plures per interualla quaedam disiunctos?

§. XIV.

Omnino auctor pro genere scribendi, ad quod ipsum extulit argumenti praestantia, magis oratorem agit, quam rhetorem aut philosophum. Inexhausta ei suppetit copia verborum, vt in commutata rerum elocutione nulli oratori cedere videatur. In primis operae pretium est cognoscere, quam diuersis verbis pro *ὕψους* et *ὑψηλοῦ* nomine vtatur, vt synonymis. Sunt autem haec: *ἀγὼν* et *ἀγωνιστικὸν* 15, 1. *ἁδρὸν* 40, 4. *ἀξίωμα* 39, 3. *ἀποτραχυνόμενον* 21, 1. *βάθος* 2, 1. *γενναῖον* 40, 4. *δεινὸν* 10, 4. *δεινότης* 34, 4. *δίαρσις* 8, 1. *δίαρμα* 12, 1. *διηρμένον* 7, 1. *διάστημα* 40, 2. *δοξοκομποῦν* 23, 2. *δύναμις* 34, 4. *ἐξοχὴ* 10, 3. *εὐγενὲς* 43, 6. *θαυμάσιον* 1,

4 et 39, 4. κομπῶδες 23, 4. μέγα 7, 3. μεγαλήγορον 8, 4. μεγαλόῤῥημον 23, 2. μεγαλοφροσύνη 14, 1. μεγαλοφυὲς 36, 1. ὄγκος 8, 3 et 30, 2. σεμνὸν 30, 2. σεμνότης 12, 3. σοβαρὸν 18, 1. συνδεδιωγμένον 21, 1. τὸ ἐν ὑπεροχῇ 36, 4. ὑπερφυὲς 1, 4. ὑψηγορία 8, 1. Vnum alterumue horum ex hoc catalogo quis tollat, sed auctore, vt opinor, inuito. Sed agamus, quod magis agendum est. Talis copia etiam submissum orationis characterem ornat, praesertim si aliquanto subtilius lecta sunt synonyma et aliquid ad perspicuitatem conferunt. At apud hunc nostrum cum alia, quae diximus, tum splendidae figurae opportuno loco vsurpatae magnificam faciunt orationem. Interrogationes oratorias reperimus 18, 1 et alibi passim; εἰκόνας aptas 20, 3. 22, 1. 30, 1; hyperbolas insignes 19, 1. 27, 1; asyndeta rebus conuenientia 9, 6, itemque, vbi Tollius mutatis verbis vim oratoriam frangi volebat, 22, 1. Adspersit enim haec: „Maluissem τὴν τῶν λέξεων καὶ νοήσεων ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἱρμοῦ etc.“ Atque etiam sine figura quam scite auctor nonnulla exprimit et pingit! vt illud 20, 2: Οὐδὲν ἄλλο διὰ τούτων..... πλήττει φορᾷ.

§. XV.

Habet vnusquisque scriptor peculiaria quaedam et sibi propria, quibus character ipsius, quomodocunque ceterum temperatus, ab aliorum simili charactere distingui potest. Ad hoc genus apud anonymum nostrum referas licet versus poetarum, quibus sua ipsius iudicia enuntiat, vt eruditus scriptor orationem varians. Exempla notaui haec: 3, 2. 9, 10. 13, 4. 15, 3. 36, 2. 44, 4. Alia etiam habeo illius propria, sed vel levia, vt

de saepissime omisso verbo substantiuo (Cf. Add. ad 3, 1.), vel incerta, quia sat multis exemplis firmari nequeunt. Denique de toto genere scribendi, quod vniuerse decernentes satis clare, pro facultate, quam praebet ipse liber, definiuimus, iustam et meritam auctori laudem nec a nostra disputatione dissentientem tribuit Ruhnkenius in *Dissert.* §. XII.

CAP. II.

DE FINIBVS SVBLIMIS DICTIONIS AB AVCTORE LIBRI *Π. Υ.* CONSTITVTIS.

§. XVI.

Magna datur ad orationem altius extollendam virtutum copia, quarum vsum moderatur partim argumenti natura, partim consilium vel etiam ingenium scriptoris. Nam admirabilis nouitas in rebus et verbis, vis contrariorum contrariis oppositorum, copiae luculentus apparatus, et contra breuitas arguta, figurarum etiam et troporum grauitas, et alia suo loco vsurpata possunt orationem in mirificam altitudinem extollere. Eadem illa ornamenta paulum temperata parciusque paulo in subsidium vocata orationem faciunt minus elatam, sed quae illo ipso, quem tenet, sublimitatis gradu argumento, in quo versatur, possit esse conuenientissima. Ab hac rursus exiguo discrimine distantem aliam ponere licet, quae tamen item recte dicatur sublimis, etsi iam tertium altitudinis et dignitatis locum teneat. Atque hoc modo, si satis acuto sensu aestimare et inter se comparare scimus granditatis partes, per infinitos gradus descendere possumus, donec ventum sit ad genus orationis, de quo incerti haerentes pronuntiare

non audeamus, et quod, si quis vrgeat, denique decernamus nec in sententiis nec in verbis vim notasque habere sublimitatis. Hic mirabitur indoctus, quomodo repente deuenerimus ad orationem, in qua virtutem illam non agnoscamus, cum a proxime antecedenti tam parum discrepet, vt ad idem genus referri debere videatur. Sed monitus et edoctus intelliget, in rebus, quarum notio non sit absoluta, nec certis finibus certaque mensura possit definiri, nos ita sensim progressos necessario denique subsistere debere aliquo loco, ne res inter se repugnantes ad idem genus referre eodemque nomine appellare cogamur.

§. XVII.

Ab illa summa dicendi sublimitate, quam primo significaui, profectus auctor libri *Π. Τ.*, cum, vt homo summi ingenii et maximi animi, virtute ista vnice delectaretur, qua sola, vt ipse dicit (1, 3), summi poetae et oratores aeternam sibi pepererint gloriam, etiam ea, quae proxime ad illam accedunt, nec non quae submissiora paulo tertium quasi gradum dignitatis tenent, vt verba Theopompi 43, 2, sublimia dicebat. Nam quantum e libro ipso iudicare possumus, mediocria siue temperata ille non magni aestimabat; submissa autem siue tenuia vix scriptore *ἀξιολόγῳ* statuebat digna. Certe hoc tertium genus dicendi nusquam tetigit, etsi saepius eius commemorandi opportunitas dabatur: ac non modo *ἰσχνοῦ* aut *λιτοῦ* verbum nusquam adhibuit, sed ne circumlocutione quidem aliqua significauit, etiam huic virtuti tribuendam esse aliquam laudem. Tantummodo vitium ei vicinum passim notauit, damnans quippe *ταπεινὰ* 3, 4 et 43, 6. et *ἄσεμνα* et *κα-*

κίας sect. 5. Has *κακίας* ita opposuit *ὕψεσιν*, vt si omne scribendi genus vitiosum esset praeter sublime: quin etiam 36, 2. *ὕψος* et *κατόρθωμα* posuit vt synonyma, hisque contraria fecit *τὰ σφάλματα*. Porro nec *τοῦ γλαφυροῦ* mentionem facit, nisi cum significatione quadam contemtus. Vid. 10, 6. et 33, 5. Propter eandem sublimitatis admirationem grauius fortasse factum est illud, quod supra tetigi, iudicium de Lysia, cuius sublimitatem admirabili arte in foro tractatam omnes alii rhetores summis laudibus extollunt. Haec et alia si quis considerat, maximeque verba sectionis 7, vbi definitio *τοῦ ὕψους* proponitur, non mirum est, si auctorem flocci pendit, qui rei, de qua scribere ausus sit, ne notionem quidem iustam videatur habuisse. Verum ille mihi in eo tantum videtur peccasse, quod non iustam curam adhibuit ad illam vim sublimitatis explicandam et quibusdam finibus circumscribendam.

Etenim *sublime* per se ipsum ac solum intelligi non potest: contrarium necessario simul est cogitandum, vt ista huc relata notio satis clara fiat. Sed contrarium a contrario non ita disiunctum est, nihil vt interiectum sit, statimque ab vno ad alterum perueniatur. Infinita, vt ostendi, sunt interiecta. Quae si carent nomine, ad alterutrum trahi debent. Sed hoc vbi facimus, necessario in multis haeremus ancipites, vixque in iudicio nobis possumus constare. Hoc ne in discernenda oratione sublimi et submissa eueniret, rhetores temperatum dicendi genus interposuerunt. Itaque inter vicinas tantum formas, sublimem nempe et temperatam, pariterque inter temperatam et submissam dubius quis interdum haerere potest, vt e. g. locum Platonis sect. 13. §. 1. allatum nesciat

vtrum temperatum, an cum hoc rhetore sublimem dicere debeat; et dubitet, verba ipsius sect. 16. §. 1. *αὐτόθι μέντοι . . . διέξιμεν,* quae plane submissa sunt, huiusne generis, an temperati sint habenda, quoniam non simplicissima est eorum structura, et quoniam ille alibi verbis a submissa dictione discrepantibus praecepta sua exornat. Illos igitur tres orationis *χαρακτῆρας, ὑψηλὸν* dico, *μέσον* et *ἰσχνὸν,* iam ab aliis ante ipsum notatos, priores certe duos, si constare sibi vellet, vbique meminisse debebat. Nam quod 1, 3. dicit, summos scriptores non nisi propter sublimitatem principatum tenere, eo non aliis tantum criticis acutis et elegantibus, sed et sibi ipsi repugnat, cum Xenophontem, solo *ἰσχνῷ χαρακτῆρι* inter scriptores elegantes nobilitatum, in *ἥρωσι* (4, 4.) numeret.

§. XVIII.

Sed omnino veteres sublimia magis exemplis et comparatione cum mediis et submissis, quam perspicua definitione declarabant. Sic haud dubie et Caecilius fecerat, quem anonymus noster 1, 1. tradit *διὰ μυρίων ὅσων* ostendisse, quid esset sublime. Nam si ad certum caput reuocasset infinita illa siue genera siue exempla, hic noster aut refutasset illum, aut sectione 7. definitionem eius quocunque modo in subsidium vocasset. Non ergo magna illa iactura videri debet, quod illa copiosa disputatione caremus, neque hic noster, quod Moro ad l. l. videbatur, multas controuersias cauere potuisset, si illa Caecilii breuiter repetita exposuisset. Melius hodierni critici philosophorum scholis eruditi sublimem orationem, quantum fieri potest, a ceteris generibus dicendi certis finibus secreuerunt. Id et nos hic agere non

dubitamus, quoniam instituti ratio exigit. Non multorum autem diiudicabimus sententias, sed quae e disputatione scriptorum maxime probatorum percepisse videmur probabilia, ea paucis complexi proferemus.

Sublime nempe statuimus id, cuius cogitationem animus propter magnitudinem multitudinemque rerum in eo coniunctarum plane capere non potest, quodque hominem non voluptate sincera, sed terrore aliquo afficit, vt, etsi propter cognoscendi auiditatem, quae in rebus magnis, iisdemque non plane perceptis inprimis est vehemens, in eo considerando retinetur, tamen id non amore rei, qui proprie dicitur, captus faciat, sed admiratione et spe eius penitus pernoscendae *).

---

*) Haec definitio mihi plena esse videtur, et pro ratione instituti nostri nihil attinet eam defendere aut copiosius illustrare. Sed tamen aliquid h. l. addam, quod transire possunt illi, qui curiosius in talibus philosophandum non censent. Non improbanda est philosophorum ratio, qui, licet animum, vt peculiarem naturam, a corpore distinguant, tamen sensus quosdam animi eorumque rationem e mutationibus in corpore factis explicant. Sed tamen crassiore in speciem Minerua hoc agere videtur *Edm. Burke* in libro, qui inscribitur *Philosophische Untersuchungen über den Ursprung unserer Begriffe vom Schönen und Erhabenen.* Sensum e re sublimi perceptum ille non male repetit a cupiditate vitae conseruandae et a formidine, id est a quodam dolore: *1. Th. 6.* et *7. Abschnitt.* Sed monet idem, *4. Th. 7. Abschnitt*, hunc doloris sensum non esse tam grauem, vt corporis partes penitus corrumpat et soluat et ad hominis interitum valeat. Itaque motus eo cieri vult eiusmodi, qui vasa, quae dicunt, i. e. venas et meatus tubulosque omnes, quibus feruntur humores corporis humani, cum molestia et periculo oppilata, purgent et aperiant, et qui hac ipsa re sensus suaues, horrorem nempe non iniucundum et tranquillitatem quandam terrore temperatam, afferre possint. Haec explicatio si esset vera, aut aegri tantum possent vim sublimitatis sentire, aut re sublimi obiecta statim in visceribus humor aliquis haereret, sed ita, vt redintegrato eius cursu sensus ille non insuauis moueretur; quorum prius cum absurdum sit, in scriptorem acerrimi iudicii conferri non potest; posterius autem ad *Kantii* rationem redit, sed l. l. diserte non dicitur: veruntamen, quantum e versione Germa-

Hoc sensu afficitur, qui, adsuetus animalibus, quae nascuntur in Europa, primo elephantum adultum videt, tuto loco propter adstans; et qui Rheni fluminis vndas ex alto se praecipitantes spectat, aut turrim immensae molis et altitudinis. Sic et terror aliquis animo incutitur e rebus captum mentis excedentibus, quae non oculis, sed phantasiae tantum, obiiciuntur, vt ex illo Moysis, quod auctor ipse 9, 9. laudat, *γενέσθω φῶς καὶ ἐγένετο* etc. Nam qui primum tenebras per im-

---

nica (Riga 1775) iudicare possumus, secundum antecedentia eiusdem partis capita hoc defendere debuit. *Kantius* in *Kritik der Urtheilskraft*, 2. *Buch*, §. 23. hac de re sic loquitur: *Das Wohlgefallen am Erhabenen ist eine Lust, die nur indirecte entspringt, nämlich so, daſs sie durch das Gefühl einer augenblicklichen Hemmung der Lebenskräfte und darauf sogleich folgenden desto stärkern Ergieſsung derselben erzeugt wird, mithin als Rührung kein Spiel, sondern Ernst in der Beschäftigung der Einbildungskraft zu seyn scheint. Daher es auch mit Reitzen unvereinbar ist, und indem das Gemüth von dem Gegenstande nicht bloſs angezogen, sondern wechselsweise auch immer wieder abgestoſsen wird, das Wohlgefallen am Erhabenen nicht sowohl eine positive Lust, als vielmehr Bewunderung oder Achtung, d. i. negative Lust genannt zu werden verdient.* Ergo secundum hunc principem philosophorum delectatio, quam praebet sublimitas, oritur ex impedito perpaullum et deinde eo magis accelerato cursu succi nervei. Cur haec in corpore leuis perturbatio fiat, cum res sublimis animum afficit, adiectis his verbis significat: *indem das Gemüth . . . abgestoſsen wird.* Nempe admirabilitas rei subinde animum allicit ad contemplationem. Sed cum illam rem cogitatione plane complecti non possit, eiusque magnitudini se quasi succumbere sentiat, ab illa contemplatione fere semper deterretur et repellitur. Ego si longior hic esse et rem etiam cum corpore communicare vellem, analogiam sequerer sensuum externorum. Sicut enim impulsiones et frictiones nonnullae simul et dolore aliquo et titillatione afficiunt membra, ita species sublimis animum feriens mixto vtroque sensu plexus neruorum in cerebro et in praecordiis tangere potest. Vlterius autem in philosophando progredi non est necesse. Sed omnino id, quod simul in corpore fit, hic physiologis relinquendum putaui, terroremque dixi temperari et mitigari *magna cognoscendae rei auiditate.* Nam in eo consentire debent omnes philosophi, cognitione rerum occultarum et admirabilium homines natura ita trahi, vt leuis aliquis terror ab illis incussus eos potius ad acrius contemplandum alliciat, quam inde auertat.

mensum spatium diffusas, et deinde solo verbo iubentis Dei lucem repente ex illis ortam animo proponit, is tanta Dei potentia, cuius rationem modumque humana mens intelligere non potest, et tanta per infinitum spatium, qua vniuersus mundus patebit, mutatione, et rerum etiam, quae inde oriturae videntur, exspectatione percellitur. Non aeque magno motu lectorem concutit iusiurandum Demosthenis, quod anonymus sect. 16. tractat, sed tamen in admirationem et *ἀπορίαν* quandam coniicit, quia tot et tantarum rerum cogitatione obruitur, quot et quantas simul animo capere non potest. Sed haec iam copiosius, quam necesse erat.

§. XIX.

Non ignorabat auctor, quod inprimis hic animaduertendum est, hanc vim sublimitatis. Perpendamus modo illa 1, 4. *Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ ἄγει, ἀλλ' εἰς ἔκστασιν τὰ ὑπερφυᾶ* etc. et, quae passim de vi Demosthenis iudicat, maxime illud 34, 4. *Οὐδεὶς γοῦν Ὑπερίδην ἀναγινώσκων φοβεῖται:* quo plane declarauit, lectorem sublimibus Demosthenis dictis *terrore* quodam affici. Quo magis miror, eum *φόβους* 8, 2. retulisse ad *πάθη ταπεινὰ καὶ διεστῶτα ὕψους.* Imo illam animi affectionem, terrorem dico quendam, in tractanda *ὕψους* notione unice tenere, aut, si secus ipsi videbatur, alia ratione certos eius fines ponere debebat. Ita multis locis probabilius disputare et v. c. sect. 8. extr. non solum confidenter pronuntiare, sed ex ipsa definitione sublimitatis docere potuisset, *τὸ γενναῖον πάθος* esse *μεγαλήγορον.* Sed si illam hodie maxime probatam sententiam amplexus esset, quam et ipse tenebat animo inuolutam, in tota explicatione argumenti

reprehensionem criticorum effugisset, non omnem quidem, sed tamen iustam et necessariam; non omnem, dixi; quia infiniti sunt gradus sublimitatis minus magnae, secundum terroris, quo afficimur, modum, qui potest aliquando esse ita lenis, ita non percellere, sed stringere ac prope mulcere animum, vt ad voluptatem ex obiecta re pulchra paene cognita perceptam accedat. Ex quo si laudasset in Platonicis illis 28, 2. in *εἱμαρμένῃ πορείᾳ* et *προπομπῇ δημοσίᾳ* non *κόσμον* et *εὐμέλειαν τῆς περιφράσεως*, sed *δεινόν τι*, quod haberent grandes rerum imagines, recte id fecisset e iudicio et sensu suo; etsi, qui vituperare vellent, iucunditatem potius et suauitatem illis possent tribuere totumque locum referre ad characterem orationis temperatae.

§. XX.

Quod si qui etiam nunc reperiuntur, qui auctorem nihil in explicanda notione sublimitatis peccasse contendant, saltem illi ne Mori abutantur auctoritate, qui in *libello animadvv. ad Longinum* contra nonnullos disputat, qui, vt p. 7 dicitur, Longinum negligentem et ineptum eiusque disciplinam perturbatam esse statuebant. Dura ille magis eorum verba repudiat, et, vt erat circumspectus et modestus, auctorem excusat inconstantia vsus loquendi, quae sublimitatis nomen etiam tribuat rebus similitudine aliqua ad sublimitatem accedentibus. Sed si vulgo (quod doceri vix potest) nomen *ὕψους* de omni fere virtute orationis vsurpabant, non debebat ille cum vulgo loqui: aut certe, si id vellet, monere hoc ipsum debebat, et significationes verbi diuersas sedulo et diligenter distinguere, aut totum aliter instituere et tractare argumentum. Ceterum etsi Morus,

vt mihi videtur, causam eius non commode agit, tamen reliqua ipsius disputatio non sine fructu legitur; quam, quoniam caput a nobis tractatum attingit, hac opportunitate vsi merita cum laude commemorandam putauimus.

De auctoris autem ratione hoc addere non dubitamus, commodo nostro sic euenisse, vt ille non certis, id est, augustis finibus vim sublimitatis terminaret, quoniam sic maiori varietate in legendo delectamur, et de multis non sublimibus quidem, sed tamen egregiis et insignibus dictis optimorum scriptorum elegans magni critici cognoscimus iudicium.

C A P. III.

EXAMEN SINGVLORVM QVORVNDAM LOCORVM SVMMAM ARGVMENTI ET PARTES EIVS ATTINGENTIVM.

§. XXI.

Sectione 6, vbi anonymus noster ad declarandam verae sublimitatis naturam transit, ante alia hoc agendum esse dicit, vt verae sublimitatis claram notionem eiusque iudicandae facultatem acquiramus; et addit: *Καίτοι τὸ πρᾶγμα δύςληπτον· ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα*, h. e. *sed res est difficilis: nam orationis iudicandae facultas vsus diuturni vltimus est fructus.* Hic primo *ἡ τῶν λ. κρίσις* quo sensu dicatur, videri potest ambiguum. Nam qui non totius libri scopum ante oculos habet, aut non attendit, quomodo totus locus cum ante dictis et consequentibus cohaereat, is facile credit, intelligi debere *facultatem rite distinguendi sublimem dictionem a media, mediam a*

submissa. Sed apparet *facultatem* potius significari *tam sua quam aliorum dicta sublimia discernendi a tumidis siue frigidis.* Deinde πεῖρα num eius tantum est, qui ipse versatus est in dicendo aut scribendo; quo sensu 1, 4. positum videtur; an latius patet, vt ei etiam tribuatur, qui multorum orationes audiuit et legit? Posterius haud dubie probandum. Nam critici non necessario esse debent exercitati oratores et poetae. Opponitur autem haec experientia *sollertiae iudicandi,* quae, non acquisita multum legendo et audiendo, rationes e rei natura repetit. Sic eadem 39, 3. opponitur, vt sufficiens, rationibus multis ante allatis.

§. XXII.

Sed quaeri potest, sententia hunc in modum explicata num prorsus sit vera. Non sane cuiuis patet, multum legendo et audiendo tale iudicium parari, vt statim videas, quid vere sit sublime, quid contra inani specie sublimitatis se iactet. Hodie quidem cum *aesthetica* in formam disciplinae philosophicae redacta sint, magnoque studio tractentur, multi fortasse putent, audiendis de hac doctrinae parte philosophis legendisue libris non ex ea, sed de ea scriptis breuiori via se posse istuc peruenire. Nec illi sane a scopo aberrent, modo ne credant, definitione memoriae mandata et vno exemplo qualicunque illustrata sublimitatis vim omnem se plane percepisse. Luculentam exemplorum ex optimis scriptoribus petitorum copiam adhiberi oportet: et, quod caput est, non modo sensus eorum percipi, sed etiam vis sentiri debet; nec doceri tantum subtili disputatione debet discipulus, sed etiam exemplis propositis moueri. Hoc nisi fit, verendum est, ne symbolica tantum sit

illa τοῦ ὕψους, quod prorsus se percepisse putet, cognitio. At si exempla illa non tam mentis intentione, quam animi sensu explorat, quid facit? nimirum ingreditur illam ipsam viam, quam hic noster sublimitatis magister demonstrat: initium enim πολλῆς πείρας facit ad parandam κρίσιν τῶν λόγων. Hac via si strenue pergit, si studiose obseruat, quae dicta cum suum tum aliorum animum percellant, atque ita vsu ipso dictata magistri explorat; percipiet ille haud dubie, pro ingenii modo, fructum illum, quem auctor τελευταῖον ἐπιγέννημα diuturni huius studii appellat. Plura hanc in rem dicere nec opus est, et pudor prohibet. Explicatiora et vberiora philosophi et rhetores hodierni suppeditant. Mihi hoc vnum fuit propositum, vt sententiam egregii rhetoris breuiter illustratam defenderem, ac potius illius defendendae rationem demonstrarem.

§. XXIII.

Quoniam superiori capite definitionem sublimitatis ab auctore sect. 7. propositam non accurate diiudicauimus, sed ostendimus, aliter fuisse instituendam, illud agemus hoc loco, supplebimusque, quod quis ibi desiderare possit. Apparebit, vt spero, non sine causa nos ab eo discessisse. Verba paragr. 1. digna sane sunt homine excellentis ingenii et generosae indolis, atque etiam rei copiosius illustrandae possunt inseruire: sed tamen discendi cupidos destituunt, praesertim ab initio posita. Sunt enim tantummodo, quod dicunt, negatiua, et subobscure quaedam indicant eorum, quae non sunt sublimia. Secundum definitionem, quae confici e tota sectione potest, sublimitatis notae maxime propriae sunt: 1) *gau-*

dium hominis ex audito dicto sublimi, quo sic effertur, vt si illud ipse protulerit; 2) *constanter servata illa laetitia et animi elatio in accurata et crebra illius dicti contemplatione;* 3) *firma eiusdem et vix vnquam delenda memoria;* 4) *consensus omnium omnis generis hominum in agnoscenda sublimitate dicti.* Verae sunt omnes hae notae, excepta vltima; sed solae non sufficiunt. De vltima vt primo dicam, iudicia omnium omnis generis hominum quis nouit? Sed facile apparet, auctorem non dialectice sed oratorie loquentem quam plurimos tantum diuersique generis homines intelligi voluisse. At ne sic quidem hominum etiam innumerabilium, si incredibili quodam casu consentiant, iudicium haberi debet verissimum ac certissimum. Explosum est illud argumentum, quod olim ducebant e consensu omnium gentium ad stabiliendam opinionem de numine deorum. Multo autem minus valebit simile argumentum de re multo magis dubia, de qua doctissimi homines dissentire reperiantur. Denique quis pendere velit a iudiciis hominum, qui diuersa ἐπιτηδεύματα sequuntur? Num opifices v. c. verius iudicium de alicuius orationis praestantia et sublimitate ferre possint, quam critici siue rhetores diuersorum temporum inter se consentientes? Imo hi potius sunt audiendi. Corruptus esse potest aliquo seculo sensus pulchritudinis et sublimitatis, ita vt etiam horum quam plurimi consentiant in iudicio prauo et peruerso. Sed si ex omni aetate inde ab vltima memoria in laude loci alicuius poetici vel oratorii consentiant, hoc iudicium valde probabile videri debet. At verissimum et certissimum esse, ego non contenderim. Fingamus enim, Iliada conflatam esse e carminibus poetarum vulgo can-

tatis et a poeta fortasse non optimo collectis et interpolatis. Sumamus deinde, hominem magnae auctoritatis, velut Herodotum, exstitisse, qui eam ex vnius hominis diuino ingenio fluxisse, ab eodemque admirabili arte compositam et politam diceret. His positis si criticus quispiam excellens, sed modestus et suo iudicio non satis fidens, illius vero magna auctoritate commotus, mediocres Homeri, qui ferretur, versus laudasset, quasi optimos et summo poeta dignos, num esset mirandum, si posterioris aetatis critici, antiquitatis verecundia et illorum auctoritatibus commoti suum iudicium damnare, quam stuporis et ignorantiae notam subire mallent? Facile intelligitur e tali commento, consentiens hominum iudicium non posse haberi pro certo sublimitatis argumento.

§. XXIV.

Iam ad primam sublimitatis notam redeundum est. In ea non satis sibi constare videtur auctor, quoniam animi motum e dicto sublimi ortum vult esse *χαρὰν*, cum tamen 1, 4. grauiora posuerit, *ἔκστασιν* et *ἔκπληξιν*. Sed non loquitur h. l. de primo illo motu, quo animus statim, audito sublimi dicto, percellitur, sed, vt reliqua ostendunt, de eo, qui post in contemplando eodem dicto exsistit, cum singulatim ea cognoscit, quae sublimitatem illius dicti conficiunt. Nam stupor ille primo incussus cedit paullo post admirationi, quae deinceps etiam gaudio quodam temperatur. Verum et haec nota, et duae deinceps positae pertinent etiam ad temperatum et submissum dicendi genus, atque ita sublime ab his non certo termino separant. Nam et loca mirifice exornata itemque alia simplici munditie commendata con-

templari quis cum voluptate tenacissimaque memoria custodire potest.

§. XXV.

Sectione 8. init. facultas vehementes affectus mouendi distinguitur ab *ἁδρεπηβόλῳ τῷ περὶ τὰς νοήσεις*, et vt peculiaris fons sublimitatis secundo loco ponitur: sed additur statim, hanc facultatem maiori ex parte deberi naturae. Duae igitur res hic materiam disputandi praebent; de quarum illa secus statuendum videtur, de hac vero assentiendum auctori. Recte ille quidem sect. 9. pronuntiat, felicitatem ingenii sententias magnificas excogitantis principatum sublimitatis tenere: sed poterat, ac debebat potius, addere, et alibi etiam perspicuis verbis monere, talibus sententiis *omnem* omnino contineri dicendi sublimitatem, et, si *ἀκριβῶς* agatur, hunc vnum eius dici debere fontem. Neque enim de sublimitate vniuerse agitur, sed de sublimitate *orationis*. Itaque si ipse librum inscripsit simpliciter, vt antiqua exemplaria credere iubent, *περὶ ὕψους*, subtilius grammaticus quispiam adiecit verbum *λόγου*. Etenim non modo significandum erat, tropice verbum hic esse accipiendum, sed etiam reliquae ambiguitati erat occurrendum; quia et in pictura et in mimo *ὕψος* inesse potest, neque minus in tibiarum fidiumque concentu, adeo vt illud, quod 9, 1. dicitur, in contrarium etiam conuerti possit. Nempe si de quibusdam *symphoniis*, quae hodie dicuntur, cogites, quae solis instrumentis cantantur sine carmine; recte dicas: *καὶ ἐννοιῶν (τῶν διὰ λόγου) δίχα θαυμάζεταί ποτε ψιλὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ φωνὴ δι᾽ αὐτὸ τὸ μεγαλόφρονες.* Sed vt illuc redeam, solae sunt sententiae grandes et magni-

ficae, quae conficiant sublimitatem: et sine illis reliqua omnia, quae inde a sect. 16. tractantur, non modo non sublimem faciunt orationem, sed prorsus frigidam, cum per se, sine figuris, tropis ceterisque ornamentis vitio possit carere. An vero nobis obstat illud, quod sect. 16. exemplo luculento docetur, figurae *apostrophes* magnam inesse posse sublimitatem? Imo confirmatur hoc exemplo sententia nostra, eoque iam supra sumus vsi. Nam ipsa Demosthenis sententia est *ἐμφατικωτάτη*, mentemque rerum maximarum quasi pondere opprimit. Manet igitur illud quod significaui, ne affectus quidem pertinere ad eam, quam hic rhetor explicat, sublimitatem, nisi quatenus excitentur ope dictorum sublimium. Vultu quidem et gestu, ipsoque silentio, grauiter aliquando moueri possunt auditores: sed cum agitur de oratione sublimi, motus illi animorum, qui sine verbis exsistere possunt, ad argumentum non sunt trahendi. Neque vero istuc aberrauit auctor, sed omnia, quae de affectuum sublimitate sect. 15. disseruit, retulit ad orationem. Itaque parenthyrsum cum dicit esse *πάθος ἄκαιρον καὶ κενὸν,* nihil aliud significat, quam in sententiis illud inesse alienis siue a re non petitis, quae proinde auditorem lectoremque concitare isto modo, quo ineptus ille velit, nequeant. Ergo cum primam partem sublimitatis posuisset in sententiis, non debebat secundam rursus ponere in sententiis, quibus moueantur affectus, praesertim cum et illae priores, quibus principem locum assignat, animos mouere et in admirationem stuporemque abripere debeant. Recte igitur etiam Caecilius fecit, si, quod 8, 2. dicitur, *ὡς ἕν τι ταῦτ᾽ ἄμφω, τό τε ὕψος καὶ τὸ παθητικὸν, καὶ ἔδοξεν αὐ-*

τῷ πάντη συνυπάρχειν τε ἀλλήλοις καὶ συμπεφυκέναι.

§. XXVI.

Alterum, quod anonymus noster tradit, facultatem graues affectus mouendi maiori ex parte munus esse naturae, non putauit argumentis egere: et est saue minime dubium. Si enim, id quod nemo negabit, sententiae grandes nonnisi a magno ingenio inueniuntur, et si eaedem harum commotionum, id quod modo planum feci, sunt effectrices, sequitur, vt illa facultas ab ingenio naturae munere dato pendeat. Veruntamen ipse fortasse aliter est argumentatus. Primo vt notum, opinor, posuit, quod vsus hominum docet, alium alio molliorem esse ad affectus concipiendos. Deinde et illud tacite sumi posse existimauit, quod verbis Horatii, *Si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi*, hodie fere monemur, quodque latius patere et ad omnes affectus accommodandum esse, rhetores et philosophi omnes docent. Quod autem non simpliciter dicit, facultatem illam *αὐθιγενῆ σύστασιν* esse, sed cum significatione exceptionis, *κατὰ τὸ πλέον*, hoc reliquisse videtur arti, quod sectione 15. praecipit, ad graues nempe motus in animis imprimendos *φαντασίαις* vtendum esse, quod fiat, *ὅταν, ἃ λέγῃς, ὑπ᾽ ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ᾽ ὄψιν τιθῇς τοῖς ἀκούουσιν.*

§. XXVII.

Quod sectione 10. exponitur, esse *ὕψους αἴτιον*, 1) *τὸ τῶν ἐμφερομένων* (*τοῖς πράγμασι μορίων*) *ἐκλέγειν ἀεὶ τὰ καιριώτατα*, *καὶ* 2) *ταῦτα τῇ πρὸς ἄλληλα ἐπισυνθέσει καθάπερ ἕν τι σῶμα ποιεῖν δύνασθαι*, in eo posterius

maxime vidit esse tenendum, idque saepius repetit et commendat. Nam paulo post dicit, poetriam esse δεινὴν, non solum ἐκλέξαι, sed etiam εἰς ἄλληλα συνδῆσαι, et §. 3. item illarum rerum τὴν εἰς ταυτὸ συναίρεσιν, et 11, 3. rursus εἰς ἑνότητα σύνταξιν commemorat. Quid ita? quia hoc e partibus luculentis coagmentatum corpus animo statim comprehendi totum non potest, atque ita hominem cuncta pernoscere cupientem admiratione percellit, aut in stuporem coniicit. Breuiter hoc auctor significat verbis τῇ πυκνώσει προςάγεται. Quodsi tale quid per plures periodos dilatare et copiose singula λήμματα explicare volueris, plane totum hoc sustuleris artificium: et similis tum sit oratio ei, quam ex Isocrateorum ratione immutatam sectione 21. legimus.

Locutus sum hactenus de λημμάτων εἰς ταυτὸ συναιρέσει, vt de re per se clara et perspicua. Sed recte quis etiam nunc quaerat, quibusnam legibus illud quasi corpus componi oporteat. Equidem breuitatem in eo maxime sequendam esse puto, vt coniunctis viribus valeat confertim ruens illa rerum copia, et, sicut animus vno dicto sublimi, tamquam fulmine, percutitur, ita hoc rerum globo, tamquam grandine, feriatur. Nomen artificii non posuit auctor: sed nihil aliud videtur esse, quam genus συναθροισμοῦ; si modo genus, ac non potius ipse συναθροισμὸς artificiosa breuitate artem occultans. Ad hanc opinionem ducunt exempla subiecta. In συναθροισμῷ, siue *congerie*, non requirunt aptam illam partium colligationem, vt illud nescio quod corpus membris firmiter compositum exsistat, sed tantum breuitatem dictorum et densitatem, vt quasi globum faciant incomposito quidem agmine, sed tamen gra-

viter cuncta, quocunque inciderint, consociatis viribus impellente. Itaque paulo plus artis postulari videtur in illa congerie Sapphus carmine monstrata, quam in vulgari.

§. XXVIII.

Sect. 11. et 12. vsque ad lacunam auctor tractare instituit *exaggerationem.* Ad hanc tractationem verbosius ille nec satis composite praefatur. Sed tamen ostendit paragraphus 2, defendi et confirmari hac praefatione illud primum, quod dixerat, *σύνεδρον, coniunctam esse cum rebus ante explicatis exaggerationem,* quia etiam in hoc sublimitas inesse debeat, adeo vt sine hac illa sit corpus animo vacuum. In tractatione ipsa, quae sect. 12. vsque ad lacunam continetur, omnia sunt ita breuiter, composite et perspicue nec non subtiliter dicta, vt nihil fere simile habeamus toto in libro. Subtilitatem tamen fortasse quis desideret in reprehensione definitionis ab aliis vsurpatae. Dicitur nempe, eam pariter haberi posse pro definitione sublimitatis, affectus et troporum. Sed opponi potest, in illa rhetorum definitione *τὴν αὔξησιν* dici *λόγον;* sub *λόγου* autem verbo semper intelligi *ποσότητα* et *περιουσίαν* quandam; neque vero *ὕψος* et *πάθος* commode significari *λόγου* nomine, multoque minus *τρόπους,* qui singulis in *ὀνόμασι, verbis,* non in *λόγῳ, dicto pluribus verbis constante* aut *oratione longiore* insint. Veruntamen hoc nemo negabit, minus ambiguam multoque pleniorem et vtiliorem esse definitionem ab hoc nostro rhetore propositam, etiamsi praeter ea, quae interciderunt, omittantur manca illa, *ταύτῃ τῆς πίστεως διερῶσα* etc.

Sed num illa recte habent de *οἴκτοις* et *εὐτελισμοῖς?* Consentiunt certe cum eo, quod 8, 2. dicitur, affectus quosdam, in quibus et *οἴκτους*, non esse sublimes. Sed *οἶκτος*, *oratio ad commiserationem composita*, etsi non *percellit* repentino quodam impetu, tamen grauiter afficere animos potest, ita vt Tulliano *μεγέθει*, quod auctor, 12, 5. *χύσιν* appellans, multis rebus accommodatum esse dicit, in illa sit locus; id quod exemplis etiam ex or. pro Plancio, pro Milone, aliisque confirmari potest. *Εὐτελισμὸς* autem sine dubio genus est, quo et comprehenditur *διασυρμὸς*, vt species. Atqui hunc auctor 38, 5. recte dicit esse *ταπεινότητος αὔξησιν*, eumque coniungit cum hyperbolis, quas haud dubie, vt ad sublimitatem pertinentes, tractare coeperat. Sed et per se patet, verborum grauitatem ad res extenuandas esse necessariam, quoniam auditores permoueri debent, vt aliter de his rebus, quam antea, sentiant. Itaque plane non apparet, cur secundum fines, per quos ille suum *ὕψος* patere voluit, *εὐτελισμοὶ* eo carere possint.

§. XXIX.

Extrema crisis complectetur ea omnia, quae auctor praeter *sententias* et *affectus* in partibus sublimitatis numerauit. Ostendam autem, recto cum sensu in illis suo momento ponderandis vsum esse, et in tali libro, qualem hunc suum esse voluit, illa non potuisse silentio praeteriri. Vidit ille, et statim in partitione monuit, primum praecipuumque sublimitatis locum assignandum esse sententiis: idemque docuerat in commentariis de Xenophonte; quo in scriptore maxime submisso et simplici ille haud dubie loca

obseruauerat non specie sed re sublimia, de quibus et nos Xenoph. Vol. I. p. LIX. egimus. Rursus idem illud 9, 1. monet, principem locum tenere facultatem excogitandorum sensuum magnorum et admirabilium. Haec et alia, quae post addam, ostendunt, eum de natura sublimitatis verum habuisse *sensum*, etsi ab eo non progressus est ad clarum illius *iudicium*. Hoc si tacita secum fecisset commentatione, si, vt cum aliis loquar, confusam illam, quam habebat, ideam reddidisset distinctam, aliter haud dubie disputationem suam instituisset, et cetera, vt subsidiaria tantum, secreuisset a sententiis ipsis. Neque tamen hoc plane neglexit, sed verum sensum etiam in aestimando sublimium rerum ornatu passim prodidit. Primum enim caput, quo post illa *μεγαλοφυῆ* de eo agere instituit, initium est loci de figuris. Hic primis statim verbis declarat, non simpliciter omnibus *σχήμασι* sublimem fieri orationem, sed hac conditione, *ἂν, ὃν δεῖ, σκευάζηται τρόπον*; idemque significare videtur sect. 18. init. verbis *αὐταῖς ταῖς τῶν σχημάτων εἰδοποιΐαις*. Et quoniam nonnulla eorum vim grauium dictorum frangunt et temperato potius characteri conueniunt, se tantum *ὀλίγα τῶν, ὅσα μεγαληγορίας ἀποτελεστικὰ*, diligenter explicaturum esse dicit. Eodem spectat, quod 23, 1. tantum *συνεργὰ ὕψους* et 24, 1. *ὑψηλοφανῆ* monet esse *τὰ σχήματα*. Quin etiam sectione 17. clare *τὸ ὕψος* vt rem diuersam a *σχήμασι* distinguit. Non ergo dubium est, quin hoc inuolutum sensu tenuerit, figuram non genus esse sublimitatis, sed ornamentum.

Eodem modo de ceteris, de verborum delectu, de tropis et numeris statuendum esse sensit, quam-

quam id minus clare significauit. Non difficile esset copiosius hoc docere. Sed patientia lectorum abuti nolo. Consideret quis tantum illa, 8, 2. *τὸ τούτοις ἔτι μεῖζον ἐπιφερόμενον, Καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν.* Hac in sententia *πάθος* non inesse auctor ipse monet. Atqui nec ceterarum rerum, quas facit sublimitatis partes, quidquam inest, nec figura nec tropus aliaue granditas verborum, nec numerus insignior. Sequitur, vt aliquanto maiorem antecedentibus sublimitatem in ipsa illa repererit sententia. Adde, si tanti, quae dixi in nott. ad sect. 30. init. Ergo hactenus vnum eius est peccatum, quod non claro iudicio confidenter hoc proposuit, in sententiis ipsis vim sublimitatis inesse, cetera tantum facere ad eam in sua luce ponendam.

§. XXX.

At vero posteriora illa, figurae, tropi et cetera, quae noster *μόρια ὕψους* numerat, fortasse plane silentio praeteriri oportebat. Imo vero consentaneum erat, haec vel maxima diligentia explicari. Non enim hoc ille propositum habebat, vt in gratiam philosophantium solam *τοῦ ὕψους* notionem, nihilque amplius, acute subtiliterque aperiret, sed vt commentatione sat copiosa prodesset *πολιτικοῖς ἀνδράσι.* Prius illud multis egerat Caecilius, sed exiguo cum fructu lectorum: aliter sibi agendum censebat hic sublimitatis interpres, qui vel amici rogatu, vel sua sponte, omnia referre vellet ad vsum dicendi. Iam cum repugnet dicta sublimia cogitare verbis non expressa, necessario etiam de his, siue de elocutione illorum dictorum, disserere debebat. Et sic rhetores reliqua etiam genera dicendi persequuntur. in elo-

cutionis enim forma definienda copiosiores reperiuntur, quam in rebus vtrique generi assignandis. Omnino autem potest vnaquaeque ars ad peculiarem vsum accommodate tradi, nihilque obstat, quo minus in eo scriptor arbitrium sequatur suum. Quare si artis dicendi praeceptor, cum ab amico excitatus oratore de sublimitate scriberet, elocutionem quoque sublimibus sententiis conuenientem explicare et hanc rhetorices partem ad vnum genus elatae orationis accommodare voluit, nihil est, quod ei hoc nomine vitio verti possit. Nam et amico prorsus satisfecit, et ad vsum communem multa protulit, quae vniuerse et breuiter praecipientes omittere debent. Non negandum est sane, multis in locis praeceptionem eius parum differre a communi ratione rhetorum de vniuersa elocutione agentium. Sed hoc vitium est hominis constantis, quippe natum ex illo, de quo supra vidimus §. XVII. E plerisque autem locis patet, eum instituti fuisse memorem. Speciminis causa vnum caput tangam de verborum delectu, sect. 30. Ibi praecipit hoc, eligenda esse verba *κύρια*, i. e. *rebus maxime conuenientia*, vt quae consuetudine hominum optime loquentium in vsum sint introducta. Paullo post, §. 2, eodem sensu commemorat *καλὰ ὀνόματα*, vbi proinde rectius vertas *conuenientia verborum*, quam *pulchritudo*. Atque etiam *κάλλος* §. 1. potius est *virilis dignitas e iusto rei modo nata*, quam, quae proprie dicitur, *pulchritudo*. Quoniam vero de eloquendis rebus magnis agitur, eadem verba dicuntur *μεγαλοπρεπῆ*. Sed in oratione magnifica non omnia possunt esse aeque elata: imo fere necesse est, nonnulla occurrere minoris momenti. Addit ergo auctor: *ὁ μέντοι γε ὄγκος*

αὐτῶν (sc. *τῶν ὀνομάτων*) *οὐ πάντῃ χρειώδης* etc. Vult igitur verba eligi neque magnificentiora, quam pro rebus, neque infra earum dignitatem abiecta. Nam sententia magnifica non eget verbis splendidissimis, vt iis quasi altius extollatur: ipsa se potius sua extollit dignitate et virtute. Homericam paulo ante laudauimus sententiam verbis simplicissimis enuntiatam. Pariter nec sublime illud Moysis, *fiat lux, et facta est*, nec illud Horatii, *si fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinae*, a verbis quidquam adsciti splendoris habet. Rectius ergo praecipit hic rhetor, quam alii, velut Demetrius Phalereus, licet de plerisque rebus sano iudicio statuens. Is de sublimi dictione hoc tradit §. 77: *Τὴν δὲ λέξιν ἐν τῷ χαρακτῆρι τούτῳ περιττὴν εἶναι δεῖ καὶ ἐξηλλαγμένην, καὶ ἀσυνήθη μᾶλλον· οὕτω γὰρ ἕξει τὸν ὄγκον. Ἡ δὲ κυρία καὶ συνήθης σαφὴς μὲν ἀεὶ, τῇ δὲ καὶ εὐκαταφρόνητος.* Quod ita vertas: *Elocutionem hoc in dicendi genere oportet esse splendidam et a communi vsu remotam, ac potius insolentem: ita enim iustam dignitatem decusque habebit. Quae autem propriis verbis et vsitatis constat, semper quidem perspicua est, sed hanc ob causam etiam levior habetur.* Exemplis etiam deinceps hoc praeceptum illustrat. Vniuerse sic praecipi certe non conuenit. Vt talia probentur, res oportet etiam sint nouae et inusitatae, ac prorsus insolentes.

Iam cum totum *περὶ ὕψους* librum pro facultate mea ex omni parte spectatum diiudicauerim, rationesque iudiciis factis adiunxerim, plus vtilitatis lectoribus attulisse videor, quam si encomium auctoris scripsissem summa compositum arte, splendidissimisque verbis exornatum. In

promtu enim posui largam de rebus maximis iudicandi materiam. Laudaui ex animi sententia, quae laude videbantur digna: nec silentio transmisi, quae displicebant. Quodsi quis horum omnium rationes subducere summamque facere voluerit, etsi multis dissenserit in locis, tamen magnas auctori videbit superare laudes. His laudibus vt quam plurimi assentiant, et Graecae litteraturae et verae eloquentiae nomine optandum est.

DE ANAGLYPHO

IN FRONTE LONGINI

AEREA TABELLA EXSCRIPTO

EPISTOLA

AD

IO. AVG. GOTTL. WEIGELIVM

DATA A

C. A. BOETTIGERO.

C. A. BOETTIGERVS

S. P. D.

IO. AVG. GOTTL. WEIGELIO.

Magnum profecto laetitiae fructum mihi attulerunt literae, quibus significabas, Te consilia agitare de noua Longini editione adornanda. Est enim, qui adhuc Longini nomen fronti inscriptum prae se tulit, *de sublimitate dicendi* libellus in eorum omnino numerum referendus, de quibus *Reizium*, Virum immortalis memoriae, olim disserentem audire memini, esse auctores quosdam Graecos et Latinos, qui propter singularem praestantiam singulis decenniis bis certe recoquendi et Sosiorum pumice expoliendi sint. Accepi igitur magna cum voluptate, Te pro eo, quod omnes in Te situm esse norunt, bonarum literarum iuvandarum studio, conquisiuisse vndique, quae ad illustrandum emendandumque libellum istum facere viderentur, vetera et noua praesidia, eorumque promus condus vt esset et dispensator diligentissimus, precibus contendisse a Viro Doctissimo, in edendis optimis quibusque vtriusque sermonis scriptoribus magna cum laude versato, *Beniamino Weiskio.*

Scilicet iam dudum, mi Weigeli, nihil prius neque antiquius habuisti, quam vt luculentissimas antiquiorum recentiorumque temporum editiones eorum auctorum, quos classicos vulgo appellant, vbique terrarum mira sagacitate indagatas et coëmtas in bibliothecam Tuam congereres, non eo consilio, vt, tanquam excetra aut mala bestia, thesauris Tuis incubares, aliosque a fructu illorum sibilis et minis depelleres, sed vt Lipsiae, in illo totius Europae mercatu celeberrimo, beata eorum quoque librorum venalis prostaret copia, quos in tabernis librariis, quales hodie esse solent, si quaeras, frustra sis. Itaque catalogum iam cum amatoribus harum deliciarum communicasti, bonae frugis plenissimum et sollertiae, qua vteris in hic copiis contrahendis distrahendisque, testem locupletissimum, in quo perlustrando si saliuam lectoribus Tuis interdum motam esse intellexeris, Tu gaudebis in sinu, sed qui, coena dubia apposita, Tantalos sese esse sentient, ringentur sane et stomachabuntur acerrime.

Sed bonum factum! Multo acrior animum Tuum pupugit laudis cupido. Vidisti, posse nonnullos detrahere de laude Tua, quam Tibi diligentiori mercis librariae dispensatione et procuratione pepereras. Te non laudis, sed lucri cupiditate accensum ista facere; Te, quae numo addicta sint, insano pretio flagellare; scire Te vti foro, et cum pulcherrime calleas, quid pretii vnicuique libro statuendum sit, cura Tua effici, vt boni libri salubri pretio iam non sint parabiles, et si qui occurrant, quos diu desiderauerint viri eruditi, interioris notae, cohibendas illis esse manus, propterea quod

Vnicus heu fundo numus suspiret in imo.

Sic clamant, sic calumniantur, qui Tibi male cupiunt. Enimuero calumniatores illi nesciunt, aut nescire se simulant, ingentes Tibi ipsi sumtus impendendos esse, vt in literarum bonarum vtilitatem nunc rarissimos libros, qui ex his terris dudum euanuerunt, in Germaniam retrahas, nunc praestantissima ac splendidissima opera, quae exterae multumque dissitae regiones nostris temporibus in lucem publicam emittunt, Lipsiae doctis hominibus, quorum in manus Tua vnius opera perueniunt, venalia exponas. Sed, quod longe maioris momenti est, librarii mercatus rationibus adiutus reperisti, quo et totum illud calumniae genus a Te depelleres et rem literariam in vniuersum augeres constabiliresque. Ipse scilicet auctores nonnullos, quos cum maxime desiderari et studiose requiri a doctis hominibus intelligeres, sumtibus Tuis denuo iussisti typis exscribi, additis, quibus splendescere possint, ornamentis nouis ab editorum eruditione et varia lectione profectis. Sic nuper admodum Michaelis Maittairii librum de linguae Graecae dialectis *Sturzii* nostri curis secundis egregie perpolitum et collocupletatum iterum prodire iussisti, adiecto mox insigni de dialecto Macedonica supplemento, itidem e Sturzii, Viri Eruditissimi, penu depromto. Sic in animo Tibi esse, Dionis Cassii, post magni Fabricii et Reimari curas plane iacentis, et Euripidis desideratissimas editiones instruere, non solum fando accepimus, sed cognouimus etiam e literis amicissimi Matthiae, qui in Euripide recensendo iam strenue desudat, mox, absoluto opere, omnium, qui in his sapere videntur, feret suffragia.

Atque ita Longini quoque post aliorum et Mori, Toupiique curas recentissimas nouam edi-

tionem magnopere desiderari cum intelligerés, nec operae nec impensae Tibi parcendum esse statuisti, quin editorem et ab ingenii subtilitate et ab eruditionis copia instructissimum, cui haec prouincia Longiniana tuto demandari posset, adipiscerere. Cessit feliciter, quod tanta cura et liberalitate capessiuisti, negotium. Egisti enim cum Weiskio, Viro in hoc genere exercitatissimo, vt hanc curam sibi imponi pateretur. Quod cum haud difficulter impetrasses, suppeditasti benigne omnia, quae ad emendandum exornandumque auctorem illum vim aliquam habere posse intelligeres. Quibus praesidiis et adiumentis sane non poenitendis quo pacto vsus sit Vir industrius, iudicent, quos selectos in hac causa indices agnoscit Germania.

Quid, quod ne sic quidem officio Tuo Te plane satisfecisse ratus es. Quaesiuisti igitur adventitium aliquod graphices et picturae linearis lenocinium, titulo libri nitide appingendum, quo semper capti et delectati sunt quicquid est hominum venustiorum. Non puto in reprehensionem incurrere posse hoc elegantiae studium liberale admodum et elegantissimo scriptore dignissimum. Quidni enim his quoque illecebris, ab omni fuco meretricio alienissimis, decus concilietur et commendatio libris ad seueriorem doctrinae rationem compositis, dummodo et prodesse velint et delectare adscititia eiusmodi artis chalcographicae ornamenta. Quod quidem facillime nos consequi posse existimamus, si ex innumeris artis antiquae, quae aetatem tulerunt, monumentis seligamus ea, quae praeter natiuas Veneres, omnibus eiusmodi operibus suopte iam ingenio insitas, habeant reconditiorem aliquam et interiorem doctrinae suavitatem, qua contemplanda sensus pulchri et ho-

nesti exacuatur, studium antiquae suppellectilis et sedulo conquirendae et recte intelligendae incendatur, fastidiumque harum quotidianarum formarum, quas nostrae aetatis belli, quos vocant, homines exosculantur, magis magisque creetur*).

Quid multa? Cum egisses mecum per literas, indicarem Tibi figuram aliquam ex antiquitate figurata ductam, minoris moduli, quae a chalcographo tabellae aeneae insculpta tituloque Longini Tui indita prima fronte statim alliceret lectores; facere non potui, quin precibus tam honestis obtemperandum esse ratus, monstrarem figuras operis anaglyphi, quod exstat in thesauris operum antiquorum, quae nunc Lutetiae Parisiorum seruantur. Tu, quod in Opere statim indicando facile repereras, tradidisti *Schnorrio* nostro, pictori Lipsiensi, multis nominibus mihi quoque carissimo, qui diligenter elaboraret in eo, vt accurate transscripto et honor suus constaret et veritas.

Superest, vt in lectorum gratiam, qui forte has nugas esse aliquid putent, paucis exponam, vnde profectum, quid significet hoc qualecunque, quod aere expressum videmus in fronte libri, Monumentum. In villa suburbana, quam antiquis artis operibus vndique conquisitis et coëmtis

---

*) Habemus exemplum *Heynii*, viri in hoc genere facile principis, qui in parergis chalcographicis, Tibullo, Virgilio, Homero adiectis, ex ingenti copia, quae suppeteret, ea selegit, quae vel lucis aliquid affunderent compluribus auctorum illorum locis, vel certe ab vniuerso libri, quem ornarent, argumento parum abhorrerent. Sed addenda est commoda et succincta explicatio, vt, quid sibi velit figura aere exscripta, vnde petita huc peruenerit, dilucide pateat. Inficeta autem, ne dicam inepta, est ratio librariorum titulis librorum suorum ornamenta nescio quae assuentium. Tralatitium hoc et vsu propagatum ab iis temporibus, quibus librarii voluminibus, quae calamo exscripsissent, flexuosas appingerent literarum ambages, foliis arborum, pampinorum inprimis innexis, vnde nomen vineolarum (*Vignettes*).

magnifice instruxerat aulae pontificiae purpuratus Alexander Albani, Vir Incomparabilis, cuius in sinu et complexibus fuit Winkelmannus noster, exstiterunt ea tempestate, qua Roma nondum exulare iussa erat Româ, quatuor marmorearum tabularum fragmenta, Graeco artificio caelata, quae vulgo feminarum Apollini sacrificantium nomine ferebantur, mira similitudine ita inter se coniuncta, vt primo obtutu statim intelligeres, in eodem omnia versari argumento, ad idem fere exemplar ab eodem, nisi egregie fallimur, artifice diligenter expressa*). Translata ista cum plerisque aliis Lutetiam Parisiorum, Musei Napoleonei decora futura, et digna habita sunt, quae in opere, quod fratrum Piranesiorum sumtu tabellis aereis instruxit Pirolus, pictor Romanus, commentario illustrauit primo Schweighaeuserus filius, dein Petitus Radelius, oculis subiicerentur lectorum pictura lineari informata**), tantisper dum ad ipsa arche-

*) In catalogo vniuersae supellectilis antiquariae, quae in villa nobilissima, cum ornamentis suis nondum exuta esset, continebatur, cui titulus: *Indicazione antiquaria per la villa suburbana dell' eccellentissima casa Albani* (Rom. 1785.) quatuor anaglypha commemorantur huius argumenti n. 423. 451. 454. et 457.

**) *Musée Napoléon* Tom. IV. pl. 7—10. p. 29. seqq. In opere praeclaro, quod elegantissimus, idemque eruditissimus harum formarum spectator *Georgius Zoega* inde ab initio anni superioris voluminibus per singulos menses deinceps edendis cum ingenti plausu eruditorum totius Europae emittere coepit, inscripto titulo: *Li Bassirelievi antichi di Roma*, vndecim prioribus voluminibus, quae, cum haec scriberemus, essent in manibus, haec anaglypha nondum attigerat interpres horum monumentorum sagacissimus. Quotquot adhuc prodierunt, Villae Albanae consecrata sunt omnia. Non dubitamus, illa quoque in splendidissimo opere delineata esse et illustrata. Sed dolemus, nos, cum haec ad examen reuocaremus, fructu illorum defraudatos fuisse. Caeterum luctuosissimus, cum coronis huic opellae imponenda esset, ad aures nostras accidit nuntius, Zoegam, quo nec candidiorem nec doctiorem vnquam amplexi sumus, acerbo fato functum opus illud, quod viginti annorum lucubrationibus et laboribus assiduis instruxerat,

typa, in amplioribus olim atriis dedicanda, aditu prohiberetur influens spectatorum turba. Adhuc enim a nemine, qui Musei perlustrandi causa illuc accessit, oculis vsurpata esse feruntur. Selegimus ex illis quatuor, quod primo loco ponitur ab editoribus Francogallicis (*tab.* VII.), sed dolemus, in angustius spatium ab artifice Lipsiensi redigendam fuisse picturam Parisiensem, quod figuras maiusculas tituli angustiae non caperent. Ad eundem tamen modulum iam redactum esse vnum ex his anaglyphis intelleximus e comparatione tabellae aere exscriptae in versione Etrusca magni operis Winkelmanniani, in qua Mediolanenses editores primum, dein Romanus editor, *Carolus Fea*, anaglyphum eiusmodi paruae tabellae insculpi curarunt *).

In area templi Apollinis transigitur, quicquid hoc loco nobis ob oculos positum cernimus. Argumento est signum Apollinis Lycii (nam est deus arcitenens) cippo seu columellae impositum, secundum antiquissimum priscae Graeciae morem, quo singulis statuis aediculae et cellae nondum dedicatae essent. Figura alata (Victoriolam esse prima fronte statim deprehendes) vinum e vasculo, quod simpuuium per me appelles licet, altius sublato in pateram, quam sustinet figura alia exadversum posita, infundit. Id sacrificii genus, quod

---

vix in illa parte, quae Villae Albanae thesauros complecteretur, absoluere potuisse. Sic intercepta est messis in herba. Lugete Veneres, plangite Musae!

*) *Storia delle Arti del Disegno* Tom. II. p. 162. *ed. Fea.* Multa ibi nitidius et distinctius expressa videas, quam in opere Piranesiorum sumtibus edito, in quo procudendo complura oscitanter et praepostere facta esse, dolent omnes, qui grandi argento sese emunctos esse, sero intelligunt.

libationem appellant, hic peragi, quis dubitet? Figura exaduersum collocata citharam prae se fert, formae maiusculae, elegantiorem. Digitis, non plectro, fides tangere videtur, quas si in pictura frustra desideres, noli laborare. Veterum artificum hoc fuit, in his, quae adscititia esse putarent et a quolibet intelligi posse, exprimendis esse negligentiores. Nam citharae tam eleganti fides quoque intentas esse oportere, per se intelligitur. Totum ponere, hoc opus, hic labor illis. Hodie in contrariam fere partem peccant artifices. Tempus terunt in leuissimis additamentis elimandis perpoliendisque, at infelix operis summa. Sed vt ad figuram nostram reuertamur, citharoedum esse clamant omnia, totus figurae habitus et scenicum choragium, tunica ad pedes demissa, pallium ex humeris defluens et ad muliebrem munditiem compositum, capillis comtis et muliebriter exornatis, quibus omnibus cultum citharoedicum apud veteres contineri, quis nescit? Adstant post tergum duae mulieres, pariter sacris operatae, magnifice et cultu fere regio exornatae. Facem tenet prior, sceptrum posterior. Prope illam in extrema marmoris ora tripus conspicitur, solemne victoriae in certamine musico reportatae praemium, columnae, vt mos fuit, in dedicatione impositum. Atque haec quidem cernere est etiam in tabella a nobis in fronte huius libri proposita. Adiecta est in caelatura marmoris, quale exhibent imagines in opere Winkelmanniano et Museo Napoleoneo aere expressae, cella templi columnis ordine Corinthio suffulti, imbricibus et tegulis mutuo sese excipientibus intecti et in zophoro certamen curule exhibentis. Sed clausus et interceptus est aditus templi pariete intergerino, quo aream et

porticus circumiacentes separari et secerni ab aede satis apparet. Atque in area illa seu περιβόλῳ sacra haec administrari vnicuique, qui aciem huc intendat, vel ex eo apparet, quod Victoriae et citharoedo interposita cernitur ara parua, rotunda, saltationem seu pompam Bacchicam, quantum e tympanistria ibi conspicua coniicere licet, exsculptam praeferens. Θυμελικὴν hanc quoque esse et ad rem scenicam spectare, satis patet. Caeterum rem sacram in area templi Apollinis fieri, vix est, quod dubitemus.

Quae cum ita sint, illud iam anquiramus oportet, quidnam significare voluerit hoc sacrificio vel libatione potius in area Apollinis oblata artifex? Argumentum huius marmoris magna obscuritate laborare, nec facile extricari posse, ingenue fatetur *Carolus Fea*, qui magna sollertia et dexteritate illustrauit plurima, in Explicationibus (*Spiegazioni delle Tavole in Rame* T. III. p. 442.). Sed rem totam vno verbo aperuit sagacissimus eorum, quae negotia facessunt antiquitatum interpretibus reliquis, indagator *Ennius Quirinus Viscontius*, cuius sententiam paucis refert, qui fere ex hoc solo tripode sapit, *Petitus Radelius* in illustrationibus Francogallico sermone scriptis (*Musée Napoléon* T. IV. p. 29.). Auctore igitur Viscontio marmor oculis nostris subiectum monumentum est choragicum post victoriam in certamine musico reportatam a victore dedicatum. Citharoedum fuisse, qui cantando et psallendo vicisset, res ipsa indicat. Praemium victoriae tripus fuit, iam ἀναθηματικὸς factus et inter Apollinis donaria columnae impositus. A victore dedicatum esse, manifestatur imagine deae Victoriae, cuius in administranda libatione opera luculentum victori perhi-

bet testimonium. Enimuero victor parum contentus tam insigni honore, se ipsum Apollinis Musagetae et Citharoedi imagine effingi iussit, additis duabus feminis sacerdotibus, in quibus si quis Dianam, sororem, et Latonam, matrem Apollinis, expressas esse diuinet ad amplificandam victoris iactabundi gloriam, nae is non multum aberrabit a vero. Haec est sententia Viscontii, tribus verbis tantum commemorata a Radelio, quippe quam peculiari dissertatione, si otium suppetat post Iconologiam, opus eius recentissimum, absolutam, vberius se expositurum esse profitebatur summus antiquarius. Cui sententiae si quis calculum suum adiicere tanquam longius arcessitae dubitet, vix tamen aliter rem expediet; sudabit, aestuabit multum, nec veri similiorem reperiet. Nam qui et hac et superiori aetate obiter illud attigerunt antiquarii laudatissimi, parum profecerunt et exemplo suo, nodum hic esse vindice dignum, comprobarunt*). Satius igitur erit vesti-

*) Duos e pluribus, quibus testimonium denunciare possemus, commemorasse sufficiat, viros in hoc genere praestantissimos. Habemus marmor anaglyphum seu fragmentum potius truncatum in villa Albana olim visum, quod primum edidit *Winkelmannus* in *Monumenti inediti* n. 23. Periit figura ad pedes vsque defracta, sed restituta a recentiore artifice, monstratore Winkelmanno, et in Bacchi formam redacta. Incolumes manserunt figurae duae, Victoria ad cippum collocata et e gutturnio libationem inuergens paterae, quam dextra sustinet virgo in Dianae habitum composita, sinistra facem proceram gestans. Canis venaticus, arrectis auribus ad pedes assidens, Dianam esse docet venatricem pariter et *δᾳδοῦχον*. Varia comminiscitur ad sensum marmoris mutili, sed duabus tamen figuris adhuc exstantibus facile dignoscendi, inuestigandum. (p. 27. seqq.) Mentionem iniicit consimilium marmorum in eadem villa propositorum: „Diana vi tiene una lunga face, come in altri bassirelievi della medesima villa.“ Ibidem diserte commemorat marmor aliud, in quo Victoria exstet libationem fundens in pateram Musae, cui comes adstet Diana. Musam ergo habet, quem Apollinem citharoedum esse statuimus. Nam de hoc ipso, quod cum maxime pertracta-

gia premere illius viri, qui et ingenio et vsu praepollet, et quae ad firmandam sententiam illius nobis facere visa sunt, paulo copiosius edisserere.

Itaque, vt ab hoc incipiamus, illud extra omnem positum esse videtur controuersiam, non Neronem tantum, de quo loquuntur et historiae et numi (Sueton. Ner. c. 25. *Morellii* Thes. Numism. Imperat. T. XIV, 19. cum nota Morellii) monumentaque vetera, sed diu ante Neronem in vniuersa Graecia omnes fere citharoedos, qui quidem excellerent in arte sua et victoriis in certaminibus musicis inclaruissent, adeo sese venditasse et extulisse animos, vt ipsi deo, qui praesidere putabatur istis certaminibus, sese aequipararent et in monumentis, memoriam artis suae celebraturis, parum immortalitati suae consultum esse putarent, nisi habitu cultuque deum referrent et quasi personati prodirent Apollines. Nam quod factitarunt, cum in pulpito vel scena illis canendum esset, vt sese Apollini quam maxime similes esse studerent, idem licere sibi in simulacris et monumentis in honorem suum positis, induxerunt in animum. Nonne putemus, Arionem illum,

---

mus, monumento sermonem esse, caret dubio. Egregie hallucinatur vir, doctrinae et lectionis copia saepe ad alia omnia abreptus. Nam quae Victoria est, Cererem esse putat; qui citharoedus esse debet, Musam nobis effingit. Atqui mentionem quoque huius monumenti nuper iniecit *Hirtius*, antiquarius Berolinas, in opere ad iuuanda haec studia pulchre excogitato, apte composito (*Mythologisches Bilderbuch* p. 92.). Quam nos Victoriam esse censemus, libationem e gutto inuergentem, Heben esse autumat. Scilicet et in hac imagine et in aliis, in quibus Victoriola libationem offert, Heben nectaris ministram subodoratus est vir sagacissimus. Enimuero Heben *alatam* ego nuspiam reperi, nec reperiri posse puto. Num enim deae, perpetuae Olympi inquilinae, cum rebus humanis, *quo deuolet*, intercedit commercium? Caeterum tres reliquas figuras huius monumenti in alio libelli istius mythologici loco (p. 29.) de Latona, Diana et Apolline recte interpretatus est Vir eruditissimus.

in omni historia decantatissimum, qualem ob oculos nobis ponit Ouidius II. Fast. 103.

— capit ille coronam,
Quae possit crines, Phoebe, decere tuos.
Induerat Tyrio bis tinctam murice pallam.
Reddidit icta suos pollice chorda sonos.

ipsam Apollinis sibi circumposuisse speciem? Si quis dubitat, oculos coniiciat in pulcherrimam nobilissimamque Apollinis citharoedi statuam, quae in villa Cassii olim effossa Musei Pio-Clementini insigne ornamentum fuit, nunc Parisiis ostenditur *). Neronem hic exhiberi, purpuratam Apollinis citharoedi simiam, post alios, in eandem sententiam delatos, monstrauit acutissimus statuarum illarum interpres Viscontius, numo Apolloniatarum, qui rem conficit, apposite allato **). Iam comparet mihi aliquis cum hac statua elegantissima nobilissimam picturam ab auctore (M. Antonium Gniphonem fuisse probabili satis coniectura efficere studuit *Schützius*, Philologus celeberrimus) ad Herennium (IV, 47. p. 168. *ed. Schützii*) adumbratam: *Citharoedus cum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea, coloribus variis intexta, et cum corona aurea magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam,*

---

*) *Museo Pio-Clementino* T. I. tav. XVI. *Musée Napoléon* T. I. pl. 21. cui gemina germana est imago Apollinis Musagetae, quam e Volpati pergulis emtam Holmiam migrare iussit Gustavus III. Rex Suecorum. v. *Guattani Monum. inedit. per l'anno* 1784. *Giugno* Tav. III. et qui impensis regiis eandem aere exscribi iussit, *Fridenhemius* in statuis Musei regis Sueciae.

**) Adi sis *Viscontium* in commentario ad Mus. Pio-Clementin. T. I. p. 30. et p. 96. *Ez. Spanhem.* ad Iuliani Caesares p. 59. ed. Paris. et *Eckhelium* D. N. V. T. VI. p. 275. seq.

*auro et ebore distinctam.**) Atque hinc factum esse intelligimus, vt, si qui occurrant in gemmis et marmoribus caelatis habitu citharoedico exor-

*) In figura Apollinis citharoedi seu Musagetae tria in primis obseruanda sunt, capillorum ornatus, vestis talaris cum chlamyde ad pedes vsque demissa et baltheus latior, cui lyram innixam fuisse vel appensam, e variis priscae artis monumentis conjicere possumus. Iam quod ad capillos attinet, corona laurea, quam in capite Apollinis Musagetae plerumque conspicimus, in marmore nostro desideratur. Sed taenia tamen vel diademate, quo ἀποθέωσιν significari tralatitium est, caput figurae, quam Apollinem esse dicimus in marmore nostro, cinctum esse apparet. Nec desunt cincinni, intonsam dei comam mirifice exornantes et ad humeros a capite demissi, quod egregie illustrat locum in Floridis Apuleii p. 342. *edit. Elmenh.* Sermo ibi est de citharoedico habitu, cuius effeminatam mollitiem illi exprobrat Marsyas: *iam primum*, inquit, *crines eius praemulsis antiis et promulsis caproneis anteuentuli et propenduli.* En tibi apud auctorem rariorum vocabulorum aucupem curiosissimum verum nomen, quo cincinnos dependentes ante aures insignire solitae sunt Romanae mulierculae: *antiae* sunt. Alterum vestitus est, quem magnificum, auro pictum et purpureum, ad talos vsque defluentem a tragoedis transiisse ad citharoedos, assutis, gliscente luxuria, variis laciniis, inter omnes constat. Loca, post Cerdam ad Virg. VI. Aen. 646. diligenter enotarunt Broekhusius ad Tibullum et Passeratius ad Propertium. Conferenda tamen in primis Luciani narratio de Euangelo Tarentino adv. indoctum c. 8. s. T. III. p. 107. sq. et Apuleii verba de Apolline et Bathyllo in *Floridis* p. 342. 350. *Elmenh.* Sed magna lis fuit inde a Ferrario et Rubenio, duumuiris rei vestiariae, quaenam *palla* sit appellata in hoc habitu citharoedico. Diuersam illam fuisse a communi palla, quae matronarum et virginum amictui inseruiret, perite iam obseruauit *Christius* in prolusione academica *de Musarum imaginibus* p. 5. Acute haec quoque distinxit et enucleauit *Viscontius* in docta nota ad *Mus. Pio-Clement.* T. I. p. 31. c. Res eo redit, pallam proprie appellatam esse tunicam talarem, ὀρθοςάδιον Graecis dictam, quam inauratam fuisse in cultu citharoedico apparet ex auctore ad Herennium, iam supra laudato; sed parum accurate loquutos esse poetas Latinos, qui amiculum superius, vno verbo chlamydem pariter ad talos vsque demissam, pallam quoque appellarent. In nostra quoque figura et pallam seu tunicam stolatam et chlamydem ποδήρη conspici, res ipsa docet. Vnum addam, non chlamydi, sed tunicae isti stolatae additam fuisse ingentem illam laciniam, qua pulpita verrerent citharoedi, *syrma* appellatam voce ab histrionibus tragicis ad cantores in pulpitis translata. — Tertium est *cingulum Graecanicum*, vt appellat Apuleius in *Floridis* p. 351. Huic innitebatur cithara *baltheo*, qui ab humeris dependeret, *apta*, verba sunt Apuleii. Adde, qui haec quoque docte illustrauit, *Viscontium* l. l. p. 32.

nati, saepe dubius haereas, Apollinem ipsum an citharoedum tantum vestitu Apollinis Musagetae excultum conspicias. In statuis et signis maioribus facilius iudicium feras ex oris lineamentis, quae ad dignitatem dei composita sint, an humanam tantum prae se ferant speciem, si vel modicam tibi comparaueris harum formarum intelligentiam, nullo negotio dignoscas. Sed in pusillis figuris, quae in marmoribus caelatis et minoris adeo moduli monumentis exstare consentaneum est, vix aliter, quam diligenti earum rerum, quas *πάρεργα* appellare solemus, consideratione res ad liquidum perduci poterit*). Sic Apollinem, sed personatum, hoc loco exhiberi, optime, si singula perpendas, intelliges e tribus figuris illi appositis. Primum Victoriola, Ioui inde a Phidiae nobilissimo simulacro saepe comes addita (adi sis, nisi graue est, *Völkelium* in dissertatione de

*) Dummodo capita figuris suis constent, et quae hodie humeris illarum imposita videas, genuina sint et ab artificis manu profecta. Sed dici non potest, quantum fraudis iam priscis temporibus in capitibus statuarum surdo discrimine permutandis (Plin. XXXV. s. 2.) commissum sit. Nam quem praeterit famosum illud *μεταῤῥυθμίζειν*, vel e Rhodiaca Dionis Chrysostomi satis notum et a magno Suetonii interprete ad Tib. c. 53 docte illustratum. Iam cogitet aliquis recentiorum temporum in instaurandis statuis innumeras statuariorum, si spes dolosi nummi affulserit, nihil non molientium imposturas. Cogitet Cauaceppii alicuius vel Ienkinsii officinam in detruncatis admutilatisque statuis interpolandis quotidie operatam. Quis hodie tuto affirmare ausit, tale caput tali statuae ab initio aptum et copulatum fuisse? Sed de his mox acutissime disserentem audiemus magnum *Viscontium* in praeclarissimo opere, quod iam sub prelis sudat, Iconologiae suae. Sic, vt a deuerticulo reuertamur, duae statuae, quae Potsdampii olim visae nunc Lutetiam commigrarunt, vulgo ad Lycomedis familiam relatae, sed a *Levezowio* nostro ad Apollinis citharoedi speciem retractae (adi sis dissertationem bonae frugis plenissimam: *Ueber die Familie des Lycomedes* Taf. I. et VI. p. 45. seqq.) citharoedine tantum fuerint, an Dei ipsius simulacra, e capitibus illarum si diiudicare velis, nae magnopere laborabis et in tenebris tibi micandum esse intelliges.

templo et statua Iouis Olympii theotisce scripta p. 153. et quae de diis *Νικηφόροις* disputat *Zoega Bassirilievi* T. I. p. 144.) et procedente tempore perpetua victoriarum cuiuslibet generis in priscae artis operibus ministra, hic, vbi libationem affundit, non mortalem esse hominem, cui ministret, sed supra humanum fastigium longe elatum, aperte declarat *). Dein, quae praesto sunt Apollini pedissequae, vel, si vilius hoc vocabulum tibi sordescat, adstites, si accuratius intuearis, non mortales esse feminas, sed Apollini cognatas, vix est, quod dubites. Nec est, quod in iis definiendis multum labores. Dea taedifera, quod supra iam monitum, Diana *δᾳδοῦχος* est. Remotiorem, sceptro decoram eburneo, amiculo primoribus digitis molliter sublato delicias facientem **), Latonam statim interpretaberis. Cuius

*) Effigiem Victoriae eodem plane habitu et gestu, qui in marmore nostro occurrunt, habemus in celeberrimo anaglypho, olim Farnesiano, dein Albano, consecrationem Herculis referente, a Blanchinio, Montefalconio, Donio, ad postremum etiam a Muratorio in Inscriptt. Thesauro Tom. I. p. LX. aere expresso. In inferiore parte nobilissimi marmoris Admetam cernimus, Eurysthei filiam, Herculi consecrato libatione oblata, sacra facientem. In pateram Admetae vinum infundit e gutto Victoria (vinum, non offas mola salsa adspersas, quas in simili figura paterae inesse male iudicat *Zoega Bassirilievi* Tom. I. p. 73). Tanta autem inter illam Farnesianam et nostram Victoriam similitudo intercedit, vt appareat, figuram istam Victoriae, quae libationem *εὐχαριστικὴν* administrat, fuisse ad normam quandam perpetuam compositam (*ein stehender Typus*). Nec oblitus est hoc monere *Ed. Corsinius* in dissertatione doctissima de Quiete Herculis. Paulum differt Victoria in numo Neronis citharoedi, in cuius postica parte Victoria offertur, sed palmam tantum, non libationem administrans. Videatur *Eckhelius* Doctrin. Num. Vet. Tom. VI. p. 276. Sed sunt sexcenta alia, vbi Victoria libationem offert *diis*. Sic, quod ad manus est, Victoria deae sedenti et pateram porrigenti libationem offert in pictura vasculi Graeci in *Vasculis Tischbeinii* Tom. IV. pl. 16.

**) Saepissime hunc gestum occurrere in antiquis dearum imaginibus norunt, qui haec tractarunt, et exempla congerere nihil

enim aures suauius permulceantur diuino Apollinis cantu, quam matris et sororis*)? Et fuerunt haud dubie plures statuarum inter se connexarum συζυγίαι (*Gruppen*), in quibus mater et soror Apollini cantanti operam dantes effingerentur. Talis, ni fallor, fuit statuarum nobilissimarum complexus in Octauiae porticu Philisci Rhodii, quem commemorat Plinius XXXVI. s. 4, 10. *Apollo, Latona et Diana et Musae nouem***).

---

attinet. Varias ob causas hunc gestum ab artificibus expressum esse, vero consentaneum est. In ara rotunda (*àra tonda*) Musei Capitolini Tom. IV. tab. 56. cernimus Dianam post Apollinem collocatam eodem fere figurae habitu, quo in nostro marmore occurrit. Facem longam dextra, sinistra vestimenti laciniam leuat. Pariter in ara triangulari Borghesia, quam aere expressam dedit *Viscontius* ad finem *Musei Pio-Clementini* Tom. VI. (*tavola aggiunta B.*) et ad calcem *Musei Gabini* (*tavole aggiunte* a. b. c.) Gratia conspicitur, peplum leuans eodem modo, quo hic Latona, et quam primo loco in marmoribus anaglyphis Albanis posuit *Zoega* (*Bassirilievi* tav. I.) imaginem, Neptuni vxorem Amphitriten exhibet, quae eodem gestu vestis laciniam paululum super humeros alleuat.

*) Adde, quod multum faciat ad dignitatem augendam hoc dearum satellitium. Postulat hoc decori ratio, vt spectatores adsint, id quod diligenter obseruarunt veteres artifices. Sic vasculorum pictores semper appinxerunt figuris primariis personas quasdam mutas seu mera δορυφορήματα, quibus spectatorum seu chori partes tribuerent. Hinc intelligitur etiam, quam saepe operam suam luserint interpretes male seduli, qui in figuris istis appositiis docte illustrandis rerum suarum satagerent. Atque hoc ipsum in memoriam nobis redigit marmor anaglyphum a *Winkelmanno* in *Monumentt. inedit.* n. 50. promulgatum, sed miro errore de Orpheo et Danaidibus explicatum. Libatio enim et ibi offertur Apollini cantanti a duabus feminis, quarum altera pateram, altera guttum prae se fert. Vna sufficere poterat. Sed duabus opus est, vt honor suus constet decoro.

**) Verba Plinii obscuritate quadam laborant. In vulgatis editionibus sic se habent: *Ad Octauiae porticum Apollo Philisci Rhodii in delubro suo. Item Latona et Diana et Musae nouem et alter Apollo nudus.* Haec, si quis parum attendat animum, facile ita intelligi possent, ac si Apollo tantum in delubro collocatus fuisset, reliquae vero statuae plane segregatae fuissent et diversae. Sed vna eademque fuit statuarum series. Hoc liquido apparet vel ex eo, quod additur: alter Apollo *nudus*. Ergo vestitus fuit prior. Atqui vestitus est Musagetes.

Par Latonae et Dianae cum Apolline contubernium in templo Apollinis Palatini. Testis idoneus in hanc rem est Propertius in praeclara elegia, in qua dedicationem Apollinis Palatini celebrat et, quibus signis munus illud splendidissimum effulserit, ordine commemorat (II, 23. 15.):

Deinde inter matrem deus ipse, interque sororem
Pythius in longa carmina veste sonat.

Ex quo loco recte colligimus, appositas fuisse signo Apollinis Palatini, quem Actii Apollinis instar stolatum fuisse e numo Commodi pulchre docuit *Eckhelius* D. N. V. Tom. VII. p. 124. (cf. *Spanhem.* ad Callim. in Apoll. 33.) Dianam et Latonam eodem forsan habitu et vestitu, quem Graecus artifex expressit in marmore nostro. Quodsi argutari vellemus, coniectura haud improbabili ducti illud quoque affirmaremus, citharoedum, qui Apollinis personam sibi induerit in hoc marmore, deabus, quas more solemni sibi apponi iusserit, mulieres consanguinitate sibi proximas exprimi iussisse ab artifice. Sed frigerent profecto. Sufficit tenere, Apollini citharoedo has deas comites additas fuisse et παρέδρους (fugit haec παρεδρία Arnaldum in libello doctissimo, sed primas rei lineas tantum complexo). Adiiciendae igitur fuerunt hic quoque, vt ordine procederent omnia nec sibi ipse deesse videretur, qui tam magnifice sese offerret, citharoedus vacuum verticem, vt cum Venusino poeta loquamur, plus nimio tollens. Nam fuit gloriolae cupidissima et iactans sese immodice gens ista citharoedorum et cantorum, quam in Hermogene Tigellio graphice depinxit Horatius.

Enimuero audio hic, qui dicant, grauem impietatis dicam impingi potuisse, quicunque tan-

dem ille fuerit, qui tali monumento victoriam suam in certamine musico partam nobilitari et ad posteros propagari voluerit, propterea quod deum se, dearum satellitio et ministerio stipatum, efformari iusserit. Atqui haec aliter iudicauerunt veteres. Nam vt silentio praetermittam scenica spectacula, in pompis sacris et anniuersariis conuentibus non statuas tantum et imagines deorum deductas esse in thensis et ferculis, sed sacerdotes etiam aliosque, qui sacra ista procurarent, personam sibi imposuisse deorum dearumque, qua stupentis vel adorantis popelli oculos in se defigerent, et coniectura probabili inducti affirmare et exemplis, quae passim occurrunt apud auctores antiquos, demonstrare possumus *). Non est igi-

*) Luculenter hoc monstrari poterit e loco Xenophontis Ephesii de Anthia in pompa Dianae Ephesiae ad simulationem Dianae venatricis magnifice exornata I, 2. p. 4. *edit. Locellae.* Idem dilucide patet e pompa Isiaca, quam graphice depingit Apuleius Metam. libr. XI. vbi sacerdotes hiantis populi oculos miris praestigiis praestrinxisse et deorum dearumque speciem sibi affinxisse copiose narrat. Hinc saepe fraus facta, subornatis, qui deos praesentes se simularent. Sic statim nobis succurrit Phya, qua Pisistratus in recuperanda tyrannide vsus est, in habitum Mineruae formata, *Παλλαδικοῖς ὅπλοις κεκοσμημένη*, verba sunt Polyaeni I, 21. p. 44. *Masvic.* cf. *Valcken.* ad Herod. p. 28, 29. Nec desunt monumenta artis antiquae, quae, nisi aduocata in partes hac sacerdotum simulatione, recte explicari nequeunt. Testis est sacrificium Dionysiacum, in quo Mercurius et Diana sacrificantium ritu, vt h. l. Diana et Latona, adstantes arae proponuntur in elegantissimo anaglypho, quod aere expressum vides in *Musée Napoléon* T. II. pl. 23. vbi digna est, quae perpendatur et ad alia monumenta explicanda transferatur, obseruatio *Viscontii* in commentario p. 53. Huc referenda sunt Bacchica lectisternia in vasculis Graecis, in quibus deos accumbere vides et epulari. Sed initiati personam illorum sustinebant. Sic nitidissimam picturam in vasculo, in quo Liberum cum Libera accumbentem, Herculem assidentem conspicis in pulcherrimo opere, *Peintures des vases antiques*, quod Lutetiae Parisiorum menstruis voluminibus particulatim cum maxime editur, *Part.* VII. tab. XXXIV. scite de mimo eiusmodi in mysteriis Bacchicis a mystis agitari solito explicat *Millinus*, spectator harum deliciarum elegantissimus doctissimusque p. 75. sq.

tur, quod miremur, citharoedum, vt est paulo ventosior cantorum natio hodie quoque (Farinellium tibi finge vel alium eiusdem farinae homuncionem), magnifice de arte sua sentientem, existimasse tantam sibi cum artis suae praeside intercedere similitudinem, vt, qui Apollinem faceret, se ipsum fecisse putandus esset. Et dandum est aliquid vniuersae rationi, quam symbolicam appellare consueuimus, in antiquae artis operibus vbique conspicuae.

Ergo simplex totius marmoris, quod parua tabella exscriptum vides in fronte libri, sensus hic est: artifex, qui pulcherrime sciret fidibus, cum tripodem, praemium victoriae in certamine musico partae *), vt mos fuit, diis, in quorum ludis commissa forent certamina, rite dedicasset, quod sine libatione ad aram oblata fieri vix potuit, voluit eius rei memoriam exstare in marmore caelato. Statuarius vel iussu victoris, vel ad maiorem rei per se satis communi auctoritatem conciliandam, deos ipsos in medium vocauit, hac tamen lege, vt, quorsum tenderet ista amplificatio, quilibet statim intelligeret.

---

*) Quis nescit *tripodas, praemia fortium Graiorum* (Horat. IV. od. 8.) antiquissimis temporibus gymnasticorum etiam et curulium certaminum praemia fuisse? *Ἆθλον ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ* appellat Pausanias VII, 4. p. 249. *Fac.* Sed otium nobis fecit in hoc argumento Spanhemius, qui et in Callimachum et in praeclaro opere de praestantia numismatum copiose de his disseruit. Procedente tempore tripodes, qui proponerentur in ludis Pythiis, ad deos Musagetas, Apollinem et Bacchum, spectarunt, cantoribus atque poetis in certaminibus musicis et scenicis distribuendi. Athenis tribus, quae choris vicerat, tripoda dedicauit, vt vel e Simonidis epigrammate 58. et 76. Tom. I. p. 137. 141. *Analect.* satis constat. Et platea Athenis hinc nomen inuenit *Τρίποδες*. v. Pausan. I, 20. p. 71. Nec desunt monumenta, in quibus dedicationes tripodum nobis ob oculos ponuntur, quo recte referri poterit marmor Farnesianum, Herculis apotheosin referens, apud *Bimardum* in *Muratorii Inscriptt.* Tom. I. p. 60.

Dignum profecto est marmor nostrum, quod accuratius examinetur, hoc etiam nomine, quod tota sculpturae ratio, si vestimenta spectes et plicas mirum in modum acuminatas, durior et rigidior esse videatur, vt prorsus referenda sit ad antiquissimam Graecorum artificum rationem, de qua loquitur Cicero in loco nobilissimo Bruti c. 18.*) Et prostant adhuc passim in gazophylaciis antiquariis, Museorum nomine vulgo veniunt, eiusmodi opera artis antiquissimae a mollitie et perfectione sequentium temporum multum abhorrentia, quo pertinet etiam, quam iure mirantur omnes, ara formae triangularis in Augusteo Dresdensi cum historia tripodis ab Hercule rapti. Sed parum congruunt cum rudiore prisci aeui simplicitate reliqua, templi inprimis, quod omissum fuit in tabella nostra, architectura, seculum redolens longe recentius. Atqui scite haec iam inter se conciliavit *Winkelmannus* **), spectatissimus harum elegantiarum arbiter, in historia artis antiquae huius ipsius marmoris exemplo vsus, vt doceret, recentiores artifices seruasse interdum in priscis operibus imitandis duritiem et *τὸν πῖνον* religione quadam ductos vel ad maiorem operibus suis dignitatem comparandam, sed quae accessiones fierent et *πάρεργα*, ad sui seculi palatum attemperasse. Et exstitit procul dubio insigne aliquod artis antiquae opus ***), libationis a citharoedo victore ob-

*) Adi, si tanti est, libellum vernaculo sermone scriptum, in quo primas lineas archaeologiae duximus: *Andeutungen zur Archaeologie* p. 56. seqq.

**) *Storia delle Arti* VIII. 1. 19. Tom. II. p. 100. *ed. Fea*, quem contulisse iuuabit etiam in nota p. 104.

***) Recte hoc efficitur e multitudine marmorum plane eiusdem argumenti et ad idem archetypum facti. Quatuor eiusdem generis in villa Albana spectatorum oculis olim patuisse, iam supra mo-

latae exemplar pulcherrimum, ad cuius imitationem ita se componerent posteriores artifices, vt ab illo deflectere et Veneres artis postmodo natas sequi, nefas haberent. Atque huc fere redeunt omnia, quae de ingenio quodam austeriore in artis operibus apud antiquos conspiciendo (*vom alten Kirchen-stil*) hodie disputari coepta sunt.

Haec cum legeris, Weigeli amicissime, quaeres forsitan, quis fructus ex hoc marmore ad Longinum Tuum, liceat enim adhuc hoc nomine compellare, quamquam bene scio, litem iam huic nomini moueri grauissimam, vel ad nos ipsos redundare possit? Aequum postulas. Nolim enim in nos dici, quod Cicero ait ad Atticum (XIII, 32.), nos velle *πομπεῦσαι τοῖς προσώποις*, i. e. magnis personis inducendis libro exiguo lenocinari et ornamenta quaerere adscititia. Citharoedus quidem, victoria nobilitatus, sed in gloria aucupanda immodicus, Apollinem se Musagetam fingi in comitatu dearum splendidissimo voluit. Quid hoc ad me? inquit Longinus noster. *Τί γὰρ ἐμοὶ καὶ τοῖς μακροῖς αὐλοῖς;* Audio, o bone, sed nonne sensus Tibi quoque, quomodocunque tandem appelleris, sublimior et vere *μουσικώτατος?* Nonne Tibi quoque praesto est eadem dea, quae eximiis fauet hominum conatibus et successu illos exhilarat laetissimo, Victoria? Nam in Te quoque cadit, quod ipse non sine miro sublimitatis

---

nitum est. Valet igitur hic quoque, quod cum in aliis scriptis, tum in commentatione doctissima ad duo opera tessellata, recens effossa, monuit *Viscontius, Osservazioni su due mosaichi antichi* (Parmae 1788.) p. 49. notam esse certissimam archetypi alicuius in antiquitate valde nobilitati, si in plura incidamus monumenta, idem argumentum eodem modo tractantia. Nam quae manifesta in iis reperiuntur imitationis vestigia, clamant, exstitisse olim opus excellentissimi artificis, quod certatim exprimerent recentiores.

sensu obseruasti de magnis omnis literaturae heroibus, Homero, Platone, Demosthene (π. ὑ. s. XXXVI.), hos scriptores, quamquam a vitiis plane non immunes, omnes tamen vltra mortalem conditionem euectos esse. Voluit *ἰσόθεος* fingi citharoedus ille, cum laudis studiosior Apollinem se fingi iuberet, in hoc culpandus, quod leuiori arti ingens statueret pretium. Tu, cum de sublimitate dissereres, et praestantissimis, qui in ea excelluerunt, scriptoribus palmam deferres, ipse ad excelsa quaeuis erexisti animum et de sublimitate sublimius loquutus es quam vllus alius, qui quidem aetatem tulerit, dicendi magister *). Iure meritoque igitur Tibi quoque Victoria diuinos fundit liquores et in Te quoque competit nobilissima, quam in heroas illos dixisti, sententia: *Ὁ πᾶς αὐτοῖς αἰὼν καὶ βίος — φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια καὶ ἄχρι νῦν ἀναφαίρετα φυλάττει καὶ ἔοικε τηρήσειν,*

Ἔς᾽ ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ.

Nulla enim vnquam aetate, dum literis honor suus constabit, Tua obliterabitur memoria. Nunquam non elegantissimorum hominum manibus teretur libellus Tuus vere aureus. Quid multa? Deorum immortalitatem consequutus es.

Quod vt maiore cum voluptate et fructu lectorum iam fiat, fecisti sedulo, mi Weigeli, et enixe elaborasti in eo, vt, quantum in Te esset, politior tersiorque prodiret scriptor cultissimus. Itaque successus augurabimur huic quoque incoepto exoptatissimos, et quod bonae scaeuae causa veteres praemittebant omni negotio, cui se accingerent, formulam *σὺν θεῷ*, hac quoque imagun-

---

*) Vide sis *Morum* in notis ad s. XXXV. p. 201. ed. Mori.

cula ad antiquum marmor expressa et fronti praefixa significatum esse putabimus. Fausto igitur, quod superest, omine prosequimur librum Sosiorum pumice mundum et iam e nidulo suo euolare cupientem:

I bone, quo virtus tua te vocat, i pede fausto!

Quod si qui sunt, qui haec vetera *ἕωλα* esse clamitent et ad palatum suum facere negent, noua verborum sententiarumque portenta, quibus perstrepunt cathedrae Philosophorum quorundam et suo et alieno otio abundantium, vnice amplectantur exosculenturque, valeant, vescantur glandibus suis, et sibi quoque dictum putent Longini nostri verbum: *Χαιρέτω ἕκαστος, οἷς ἥδεται.* Dabam Dresdae prid. Calend. April. MDCCCIX.

Cum iam in eo essem, vt plagulas has calamo exscriptas mitterem ad typographum, perculit me luctuosissimus de morte immatura Weiskii nostri nuntius. Ergo defraudauit illum Fati inuidia fructu operae Longino suo impensae dulcissimo. Profligatum vidit librum, non penitus absolutum, quamquam editoris officio iam penitus perfunctus se pensum suum perfecisse gloriari potuit ante obitum. Plura de meritis *τοῦ μακαρίτου* loquuturo dolor impedimento est subito ingrauescens. Non illaudatus tamen abibis, doctissime *Weiski!* Strenue, quem fortuna tibi dederat, cursum peregisti. S. T. T. L.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΥΨΟΥΣ

SECT. I.

Τὸ μὲν τοῦ Καικιλίου συγγραμμάτιον, ὃ περὶ ὕψους συνετάξατο, ἀνασκοπουμένοις ἡμῖν, ὡς οἶσθα, κοινῇ, Ποστούμιε Τερεντιανὲ φίλτατε, ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως, καὶ ἥκιστα τῶν καιρίων ἐφαπτόμενον, οὐ πολλήν τε ὠφέλειαν, ἧς μάλιστα δεῖ στοχάζεσθαι τὸν γράφοντα, περιποιοῦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Εἶτ᾽ ἐπὶ πάσης τεχνολογίας δυοῖν ἀπαιτουμένων, προτέρου μὲν, τοῦ δεῖξαι, τί τὸ ὑποκείμενον, δευτέρου δὲ τῇ τάξει, τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου, πῶς ἂν ἡμῖν αὐτὸ τοῦτο καὶ δι᾽ ὧν τινων μεθόδων κτητὸν γένοιτο· ὅμως ὁ Καικίλιος, ποῖον μέν τι ὑπάρχει τὸ ὑψηλὸν, διὰ μυρίων ὅσων ὡς ἀγνοοῦσι πειρᾶται δεικνύναι, τὸ δὲ, δι᾽ ὅτου τρόπου τὰς ἑαυτῶν φύσεις προάγειν ἰσχύοιμεν ἂν εἰς ποσὴν μεγέθους ἐπίδοσιν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ὡς οὐκ
2 ἀναγκαῖον παρέλιπεν. Πλὴν ἴσως τουτονὶ μὲν τὸν ἄνδρα οὐχ οὕτως αἰτιᾶσθαι τῶν ἐκλελειμμένων, ὡς αὐτῆς τῆς ἐπινοίας καὶ σπουδῆς ἄξιον ἐπαινεῖν. Ἐπεὶ δ᾽ ἐνεκελεύσω καὶ ἡμᾶς τι

SECT. I.

Caecilii de sublimitate liber, quem, vt nosti,
Terentiane, coniunctim examinauimus, nec
satisfacere propositae rei visus nobis est, nec
opportuna attingere, nec multam conciliare
lectoribus vtilitatem, quae tamen in primis a
scriptore spectanda est. Cum praeterea om-
nis de arte aliqua disputatio duo postulet,
prius, vt explicetur, qua de re agatur, po-
sterius ordine, sed vi prius, quonam modo
quibusue artibus illa res in possessionem
nostram venire possit: tamen Caecilius, ex-
plicata prolixius, tamquam apud ignorantes,
sublimitatis natura, nescio quo pacto illud quasi
non necessarium omisit, qua ratione ingenium
ad certum vsque magnitudinis gradum eue-
here possimus. Sed fortasse non tam accusan- 2
dus est, quoniam aliquid praeteriit, quam lau-
dandus, quod in huius argumenti cogitatio-
nem venit, idque tractandum suscepit. Cum

περὶ ὕψους πάντως εἰς σὴν ὑπομνηματίσασθαι χάριν, φέρε, εἴ τι δὴ δοκοῦμεν ἀνδράσι πολιτικοῖς τεθεωρηκέναι χρήσιμον, ἐπισκεψώμεθα. Αὐτὸς δ' ἡμῖν, ἑταῖρε, τὰ ἐπὶ μέρους, ὡς πέφυκε καὶ καθήκει, συνεπικρινεῖς ἀληθέστατα· εὖ γὰρ δὴ ὁ ἀποφηνάμενος, τί θεοῖς ὅμοιον ἔχομεν, „εὐεργεσίαν," εἶπε, „καὶ ἀλήθειαν."
3 Γράφων δὲ πρὸς σὲ, φίλτατε, τὸν παιδείας ἐπιστήμονα, σχεδὸν ἀπήλλαγμαι καὶ τοῦ διὰ πλειόνων προϋποτίθεσθαι, ὡς ἀκρότης καὶ ἐξοχή τις λόγων ἐστὶ τὰ ὕψη, καὶ ποιητῶν τε οἱ μέγιστοι καὶ συγγραφέων οὐκ ἄλλοθεν, ἢ ἐνθένδε ποθεν, ἐπρώτευσαν, καὶ ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον
4 εὐκλείαις τὸν αἰῶνα. Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' εἰς ἔκστασιν ἄγει τὰ ὑπερφυᾶ· πάντη δέ γε σὺν ἐκπλήξει τοῦ πιθανοῦ καὶ τοῦ πρὸς χάριν ἀεὶ κρατεῖ τὸ θαυμάσιον· εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν ὡς τὰ πολλὰ ἐφ' ἡμῖν· ταῦτα δὲ, δυναστείαν καὶ βίαν ἄμαχον προσφέροντα, παντὸς ἐπάνω τοῦ ἀκροωμένου καθίσταται. Καὶ τὴν μὲν ἐμπειρίαν τῆς εὑρέσεως, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων τάξιν καὶ οἰκονομίαν, οὐκ ἐξ ἑνὸς, οὐδ' ἐκ δυοῖν, ἐκ δὲ τοῦ ὅλου τῶν λόγων ὕφους μόλις ἐκφαινομένην ὁρῶμεν· ὕψος δέ που καιρίως ἐξενεχθὲν τά τε πράγματα δίκην σκηπτοῦ πάντα διεφόρησεν,

autem vtique volueris et me aliquid tua causa
de sublimitate commentari, videamus, si forte
ad ea cogitando deuenerimus, quae oratoribus
prodesse possint. Tu vero, amice, vt soles
et fas est, mecum haec per partes ex animi
sententia diiudicabis: nam praeclare is, qui,
quidnam diis simile haberemus, ostendere vo-
luit, *Beneficientiam*, inquit, *et veracitatem.*
Sed quoniam ad te scribo, amice, hoc est, ad 3
virum doctum, liberatus propemodum sum ne-
cessitate pluribus docendi, sublimitatem sum-
mam esse orationis virtutem, ideoque principes
poetas et scriptores hanc praesertim ob cau-
sam primos habitos esse, suaeque gloriae tem-
poris diuturnitatem adiunxisse. Neque enim 4
persuadet auditoribus, sed obstupefacit, vt om-
nino, quae admirabilitatem habent, obstupe-
faciendo plus efficiunt, quam persuasio et
venustas, cum persuasio vt plurimum in no-
stra potestate sit, sublimitas vero inuicta vi
animum petat, omni auditore potentior. Ad
haec inueniendi solertia, rerumque ordo ac
dispositio, ex vno alteroue loco plane non, e
tota oratione aegre intelliguntur; sed subli-
mitas, si loco emicuerit, et disiicit omnia
ritu fulminis, et magnam oratoris vim illico

καὶ τὴν τοῦ ῥήτορος εὐθὺς ἀθρόαν ἐνεδείξατο δύναμιν. Ταῦτα γὰρ οἶμαι καὶ τὰ παραπλήσια, Τερεντιανὲ ἥδιςε, κἂν αὐτὸς ἐκ πείρας ὑφηγήσαιο.

SECT. II.

Ἡμῖν δὲ ἐκεῖνο διαπορητέον ἐν ἀρχῇ, εἰ ἔςιν ὕψους τις ἢ βάθους τέχνη, ἐπεί τινες ὅλως οἴονται διηπατῆσθαι τοὺς τὰ τοιαῦτα ἄγοντας εἰς τεχνικὰ παραγγέλματα. Γεννᾶται γὰρ, φησὶ, τὰ μεγαλοφυῆ, καὶ οὐ διδακτὰ παραγίνεται, καὶ μία τέχνη πρὸς αὐτὰ, τὸ πεφυκέναι· χείρω τε τὰ φυσικὰ ἔργα, ὡς οἴονται, καὶ τῷ παντὶ δειλότερα καθίςαται, ταῖς τεχνολογίαις κατασκελετευόμενα.
2 Ἐγὼ δὲ ἐλεγχθήσεσθαι τοῦθ' ἑτέρως ἔχον φημὶ, εἰ ἐπισκέψαιτό τις, ὅτι ἡ φύσις, ὥσπερ τὰ πολλὰ ἐν τοῖς παθητικοῖς καὶ διηρμένοις αὐτόνομον, οὕτως οὐκ εἰκαῖόν τι κἀκ παντὸς ἀμέθοδον εἶναι φιλεῖ· καὶ ὅτι αὕτη μὲν πρῶτόν τι καὶ ἀρχέτυπον γενέσεως ςοιχεῖον ἐπὶ πάντων ὑφέςηκεν, τὰς δὲ ποσότητας καὶ τὸν ἐφ' ἑκάςου καιρὸν, ἔτι δὲ τὴν ἀπλανεςάτην ἄσκησίν τε καὶ χρῆσιν, ἱκανὴ παρορίσαι καὶ συνενεγκεῖν ἡ μέθοδος· καὶ ὡς ἐπικινδυνότερα αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν, δίχα ἐπιςήμης ἀςήρικτα καὶ ἀνερμάτιςα ἐαθέντα οὕτω τὰ μεγάλα, ἐπὶ μόνῃ

demonstrat. Verum haec, Terentiane, vel te ipsum vsu edoctum explicare posse arbitrer.

SECT. II.

Sed primum omnium quaerendum est, num
quaedam sit sublimitatis aut granditatis disci-
plina, cum non nulli omnino errare putent
eos, a quibus talia in artis formam redigantur.
Nasci enim nobiscum altos sensus volunt, non
docendo demum accedere; naturalem faculta-
tem vnam esse in hoc genere artem, et bona
naturae, praeceptis attenuata, corrumpi ac plane
vilescere. Aio vero, contrarium intelligi posse, 2
si quis cogitet, naturam, vt plurimum quidem
in mentis commotione et elatione liberam, ta-
men non plane temerariam aut nulli prorsus
legi adstrictam esse: ipsam porro in omni ge-
nere principium esse et exemplar gignendi;
sed disciplinam eo valere, vt definiri possit,
quousque progrediendum, quidue in singulis
opportunum sit, quoad item exercitatio et vsus
periculo careat: denique magnitudinem ingenii
per se, incertam illam sine arte et instabilem,
periculo maiori expositam esse, si quis eam
ruere et sine admonitione audacter ferri patia-

τῇ φορᾷ καὶ ἀμαθεῖ τόλμῃ λειπόμενα. Δεῖ γὰρ αὐτοῖς, ὡς κέντρου πολλάκις, οὕτω δὴ καὶ
3 χαλινοῦ. Ὅπερ γὰρ ὁ Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀποφαίνεται βίου, μέγιστον μὲν εἶναι τῶν ἀγαθῶν τὸ εὐτυχεῖν, δεύτερον δὲ, καὶ οὐκ ἔλαττον, τὸ εὖ βουλεύεσθαι, ὅπερ οἷς ἂν μὴ παρῇ, συναναιρεῖ πάντως καὶ θάτερον, τοῦτ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν λόγων εἴποιμεν, ὡς ἡ μὲν φύσις τὴν τῆς εὐτυχίας τάξιν ἐπέχει, ἡ τέχνη δὲ τὴν τῆς εὐβουλίας. Τὸ δὲ κυριώτατόν τε, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναί τινα τῶν ἐν λόγοις ἐπὶ μόνῃ τῇ φύσει, οὐκ ἄλλοθεν ἡμᾶς ἢ παρὰ τῆς τέχνης ἐκμαθεῖν δεῖ. Εἰ ταῦθ', ὡς ἔφην, ἐπιλογίσαιτο καθ' ἑαυτὰ ὁ τοῖς χρηστομαθοῦσιν ἐπιτιμῶν, οὐκ ἂν ἔτι, μοὶ δοκεῖ, περιττὴν καὶ ἄχρηστον τὴν ἐπὶ τῶν προκειμένων ἡγήσαιτο θεωρίαν.

SECT. III.

* * * * „καὶ καμίνου σχῶσι μάκιστον σέλας.
Εἰ γάρ τιν' ἑστιοῦχον ὄψομαι μόνον,
Μίαν παρείρας πλεκτάνην χειμάῤῥοον,
Στέγην πυρώσω, καὶ κατανθρακώσομαι·
Νῦν δ' οὐ κέκραγά πω τὸ γενναῖον μέλος."

Οὐ τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ παρατράγῳδα, αἱ πλεκτάναι, καὶ τὸ πρὸς οὐρανὸν ἐξεμεῖν, καὶ τὸ τὸν Βορέαν αὐλητὴν ποιεῖν, καὶ τὰ ἄλλα ἑξῆς·

Bor. u. Oreithyia ... cf. Welcker ... III 1502 ... Denkm. III 176

tur. Eget enim natura saepe numero vt stimulo, ita et freno. Nam quod Demosthenes 3
dixit, *maximum in vita bonum esse, potiri votis; alterum ab hoc, neque minus tamen, prudenter capere consilium*, (quo sublato et alterum concidit) idem de oratione vsurpare licet, ingenium felicitatis locum obtinere, artem consilii. Illud ipsum denique, quod quidem praecipuum est, quaedam in dicendo et scribendo vni ingenio concedenda esse, nemo aliunde didicerit, quam ex arte. Quae si reputent, qui literarum studiosis artis studium exprobrant, non amplius, opinor, inutilem censuerint et superuacuam hanc de sublimitate disputationem.

SECT. III.

* * * * *et cohibuerint magnum foci splendorem. Si quem enim aedium dominum tantum videro, rapidum rete plectam, domum incendam et in cineres mutabo. Nunc nondum insonuit generosus cantus meus.* Haec iam non tragica sunt, sed *παρατράγῳδα, retia, euomere ad caelum, boreas tibicen*, et cetera deinceps: sunt enim dictione inquinata, et imaginibus

τεθόλωται γὰρ τῇ φράσει, καὶ τεθορύβηται ταῖς φαντασίαις μᾶλλον, ἢ δεδείνωται, κἂν ἕκαστον αὐτῶν πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς, ἐκ τοῦ φοβεροῦ κατ' ὀλίγον ὑπονοστεῖ πρὸς τὸ εὐκαταφρόνητον. Ὅπου δ' ἐν τραγῳδίᾳ, πράγματι ὀγκηρῷ φύσει καὶ ἐπιδεχομένῳ στόμφον, ὅμως τὸ παρὰ μέλος οἰδεῖν ἀσύγγνωστον, σχολῇ γ' ἄν,

2 οἶμαι, λόγοις ἀληθινοῖς ἁρμόσειεν. Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται, γράφοντος, „Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεύς,“ καί, „Γύπες ἔμψυχοι τάφοι“ καί τινα τῶν Καλλισθένους, ὄντα οὐχ ὑψηλά, ἀλλὰ μετέωρα· καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ Κλειτάρχου· φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνήρ, καὶ φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα, σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ. Τά γε μὴν Ἀμφικράτους τοιαῦτα, καὶ Ἡγησίου, καὶ Μάτριδος· πολλαχοῦ γὰρ ἐνθουσιᾶν ἑαυτοῖς δοκοῦντες, οὐ βακχεύουσιν,

3 ἀλλὰ παίζουσιν. Ὅλως δ' ἔοικεν εἶναι τὸ οἰδεῖν ἐν τοῖς μάλιστα δυσφυλακτότατον. Φύσει γὰρ ἅπαντες οἱ μεγέθους ἐφιέμενοι, φεύγοντες ἀσθενείας καὶ ξηρότητος κατάγνωσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπὶ τοῦθ' ὑποφέρονται, πειθόμενοι τῷ, „Μεγάλων ἀπολισθαίνειν ὅμως εὐγενὲς ἁμάρτημα.“

4 Κακοὶ δὲ ὄγκοι, καὶ ἐπὶ σωμάτων καὶ λόγων, οἱ χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις, καὶ μήποτε περιϊστάντες ἡμᾶς εἰς τοὐναντίον· οὐδὲν γάρ, φασί, ξηρό-

obruta potius, quam ad percellendum horrenda,
singulisque examinatis, contemtum propemo-
dum fit, quod metuendum videbatur. Quod
si in tragoedia, quae natura sua ad tumorem
propendet verborumque strepitum capit, ta-
men venia indignus est nimius tumor, nullo
certe modo locum habet, cum verum argu-
mentum tractatur. Itaque et illa Gorgiae Leon- 2
tini ridentur, *Xerxen Persarum Iouem* appel-
lantis, et *vultures sepulcra viua;* quaedam
etiam Callisthenis, non sublimia, sed cum inani
specie elata; ac multo magis Clitarchi, scri-
ptoris vilissimi, qui, vt est apud Sophoclem,
*paruam quidem tibiam, sed sine capistro in-
flat.* Similiter Amphicrates, Hegesias, Matris,
cum sibi deo pleni videntur, saepe non diuino
adflatu loquuntur, sed pueriliter ludunt. Om- 3
nino tumor iis vitiis adnumerandus videtur,
quae difficillime cauentur. Nam quicumque
sublimitatis adpetentes sunt, ii nescio quo mo-
do, dum eneruatae et ieiunae orationis repre-
hensionem fugiunt, ad tumorem deferuntur,
freti illo: *Graue peccatum generosum pecca-
tum est.* Sed elatio corporis aeque ac oratio- 4
nis tum, cum inanis est et mera species, vi-
tiosa fit, ac nimirum contrarium vitium efficit:

τερον ὑδρωπικοῦ. Ἀλλὰ τὸ μὲν οἰδοῦν ὑπεραίρειν βούλεται τὰ ὕψη, τὸ δὲ μειρακιῶδες ἄντικρυς ὑπεναντίον τοῖς μεγέθεσι· ταπεινὸν γὰρ ἐξ ὅλου καὶ μικρόψυχον, καὶ τῷ ὄντι κακὸν ἀγεννέστατον. Τί ποτ᾽ οὖν τὸ μειρακιῶδές ἐστιν; Ἦ δῆλον, ὡς σχολαστικὴ νόησις, ὑπὸ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα. Ὀλισθαίνουσι δ᾽ εἰς τοῦτο τὸ γένος ὀρεγόμενοι μὲν τοῦ περιττοῦ καὶ πεποιημένου, καὶ μάλιστα τοῦ ἡδέος, ἐποκέλλοντες δὲ εἰς ῥωπικὸν καὶ κακόζηλον. Τούτῳ παράκειται τρίτον τι κακίας εἶδος ἐν τοῖς παθητικοῖς, ὅπερ ὁ Θεόδωρος παρένθυρσον ἐκάλει. Ἔστι δὲ πάθος ἄκαιρον καὶ κενὸν, ἔνθα μὴ δεῖ πάθους· ἢ ἄμετρον, ἔνθα μετρίου δεῖ. Πολλὰ γὰρ, ὥσπερ ἐκ μέθης, τινὲς εἰς τὰ μηκέτι τοῦ πράγματος, ἴδια ἑαυτῶν καὶ σχολικὰ παραφέρονται πάθη· εἶτα πρὸς οὐδὲν πεπονθότας ἀκροατὰς ἀσχημονοῦσιν, εἰκότως, ἐξεστηκότες πρὸς οὐκ ἐξεστηκότας. Πλὴν περὶ μὲν τῶν παθητικῶν ἄλλος ἡμῖν ἀπόκειται τόπος.

SECT. IV.

Θατέρου δὲ, ὧν εἴπομεν, λέγω δὲ τοῦ ψυχροῦ, πλήρης ὁ Τίμαιος, ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα ἱκανὸς, καὶ πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος οὐκ ἄφορος, πολυΐστωρ, ἐπινοητικός· πλὴν ἀλλοτρίων μὲν

nihil enim, vt aiunt, *hydropico aridius est.* Enimuero tumor (saltem) superare vult sublimitatem; puerilis autem adfectatio ei plane contraria est, omnino illa humilis ac parui animi signum, et vere ignobile vitium. Quam ergo dicemus puerilem adfectationem? Nempe sententiam declamatoriam, quae propter malam scriptoris sedulitatem in frigus desinit. Prolabuntur autem in hoc vitium, qui, dum eximiam, politam inprimisque suauem esse orationem volunt, operoso ornatui adhaerescunt et peruerso imitandi studio. Finitimum his est tertium quoddam commotae orationis vitium, (parenthyrsum Theodorus appellare solebat) quod inani et alieno tempore concitata atque immoderata commotione animi constat. Saepe enim, velut ebrii, non nulli suo ipsorum affectu et declamatorio abripiuntur, non eo, quem res gignit, ideoque auditoribus tranquillis merito risum debent, cum apud sanos insaniant. Sed de commota oratione dicere in alium locum differemus.

SECT. IV.

Altero vitio, quod indicauimus, siue frigore, plenus est Timaeus, vir ceteroqui peritus (scribendi), interdum etiam satis sublimis, tum

ἐλεγκτικώτατος ἁμαρτημάτων, ἀνεπαίσθητος
δὲ ἰδίων, ὑπὸ δὲ ἔρωτος τοῦ ξένας νοήσεις ἀεὶ
κινεῖν πολλάκις ἐκπίπτων εἰς τὸ παιδαριωδέ-
2 στατον. Παραθήσομαι δὲ τ' ἀνδρὸς ἓν ἢ δύο,
ἐπειδὴ τὰ πλείω προέλαβεν ὁ Καικίλιος. Ἐπαι-
νῶν Ἀλέξανδρον τὸν μέγαν, „Ὃς τὴν Ἀσίαν
ὅλην," φησὶν, „ἐν ἐλάττοσι παρέλαβεν ἔτεσιν,
ἢ ὅσοις τὸν ὑπὲρ τοῦ πρὸς Πέρσας πολέμου παν-
ηγυρικὸν λόγον Ἰσοκράτης ἔγραψεν." Θαυμα-
στή γε τοῦ Μακεδόνος ἡ πρὸς τὸν σοφιστὴν σύγ-
κρισις· δῆλον γὰρ, ὦ Τίμαιε, ὡς οἱ Λακεδαι-
μόνιοι διὰ τοῦτο πολὺ τοῦ Ἰσοκράτους κατ' ἀν-
δρείαν ἐλείποντο, ἐπειδὴ οἱ μὲν τριάκοντα
ἔτεσι Μεσσήνην παρέλαβον, ὁ δὲ τὸν πανηγυ-
3 ρικὸν ἐν μόνοις δέκα συνετάξατο. Τοῖς δὲ Ἀθη-
ναίοις, ἁλοῦσι περὶ Σικελίαν, τίνα τρόπον ἐπι-
φωνεῖ; Ὅτι „εἰς τὸν Ἑρμῆν ἀσεβήσαντες, καὶ
περικόψαντες αὐτοῦ τὰ ἀγάλματα, διὰ τοῦτ'
ἔδωκαν δίκην· οὐχ ἥκιστα δι' ἕνα ἄνδρα, ὃς
ἀπὸ τοῦ παρανομηθέντος διὰ πατέρων ἦν, Ἑρ-
μοκράτην τὸν Ἕρμωνος." Ὥστε θαυμάζειν με,
Τερεντιανὲ ἥδιστε, πῶς οὐ καὶ εἰς Διονύσιον
γράφει τὸν τύραννον· „ἐπεὶ γὰρ εἰς τὸν Δία
καὶ τὸν Ἡρακλέα δυσσεβὴς ἐγένετο, διὰ τοῦτ'
αὐτὸν Δίων καὶ Ἡρακλείδης τῆς τυραννίδος
4 ἀφείλοντο." Τί δεῖ περὶ Τιμαίου λέγειν, ὅπου

multarum literarum, et ingeniosus; sed vt alie-
na peccata cupide reprehendit, ita ad sua
coecus est, ac prae studio nouarum sententia-
rum saepe in puerilem adfectationem incidit.
Ego vero, cum Caecilius pleraque iam occu- 2
parit, vno alteroue exemplo vtar. Laudaturus
Alexandrum Magnum, *Qui*, inquit, *totam
Asiam paucioribus annis sibi subiecit, quam
Isocrates suasoriam orationem de bello contra
Persas gerendo scripsit.* Mira vero Alexandri
et oratoris comparatio: ita enim, Timaee, vi-
des, Lacedaemonios multo imbecilliores Iso-
crate fuisse, cum illi Messenen triginta annis
subegerint, hic orationem decem tantum annis
scripserit. De Atheniensibus porro, ad Sici- 3
liam victis, quid iudicat? Impietatis quidem
aduersus Mercurium (Ἑρμῆν) statuarumque
eius mutilatarum poenam eos dedisse, in pri-
mis tamen propter Hermocratem Hermonis
filium punitos esse, cuius genus paternum ad
Deum illum violatum referebatur. Itaque
miror, Terentiane, cur non de Dionysio et-
iam tyranno scripserit: Quoniam [enim] in
Iouem (Δία) et Herculem peccarat, Dion et
Heraclides eum tyrannide priuarunt. Sed 4
quid attinet de Timaeo dicere, cum Xeno-

γε καὶ οἱ ἥρωες ἐκεῖνοι, Ξενοφῶντα λέγω καὶ
Πλάτωνα, καίτοιγ' ἐκ τῆς Σωκράτες ὄντες πα-
λαίςρας, ὅμως διὰ τὰ ἔτως μικροχαρῆ ἑαυτῶν
ποτε ἐπιλανθάνονται; Ὁ μέν γε ἐν τῇ Λα-
κεδαιμονίων γράφει πολιτείᾳ· „Ἐκείνων γἔν
ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκέσαις, ἢ τῶν λιθίνων,
ἧττον δ' ἂν ὄμματα ςρέψαις, ἢ τῶν χαλκῶν,
αἰδημονεςέρες δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν
τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων.“ Ἀμφικρά-
τει, καὶ οὐ Ξενοφῶντι, ἔπρεπε, τὰς ἐν τοῖς ὀ-
φθαλμοῖς ἡμῶν κόρας λέγειν παρθένους αἰδήμο-
νας. Οἷον δὲ, Ἡράκλεις, τὸ τὰς ἁπάντων
ἑξῆς κόρας αἰσχυντηλὰς εἶναι πεπεῖσθαι, ὅπου
φασὶν, οὐδενὶ οὕτως ἐνσημαίνεσθαι τήν τινων
ἀναίδειαν, ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς! Ἰταμὸν,
5 „Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων,“ φησίν. Ὁ
μέν τοι Τίμαιος, ὡς φωρίου τινὸς ἐφαπτόμε-
νος, οὐδὲ τοῦτο Ξενοφῶντι τὸ ψυχρὸν κατέλιπεν.
Φησὶ γοῦν ἐπὶ τοῦ Ἀγαθοκλέους καὶ τὸ, „τὴν
ἀνεψιὰν, ἑτέρῳ δεδομένην, ἐκ τῶν ἀνακα-
λυπτηρίων ἁρπάσαντα ἀπελθεῖν· Ὃ τίς ἂν
ἐποίησεν, ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας
6 ἔχων.“ Τί δὲ ὁ τἄλλα θεῖος Πλάτων; Τὰς
δέλτους θέλων εἰπεῖν, „Γράψαντες,“ φησὶν, „ἐν
τοῖς ἱεροῖς θήσουσι κυπαριττίνας μνήμας.“ Καὶ
πάλιν· „Περὶ δὲ τειχῶν, ὦ Μέγιλλε, ἐγὼ ξυμ-

phon et Plato, praestantissimi illi scriptores,
quamquam e Socratis palaestra profecti, ta-
men propter studium eiusmodi minutiarum sui
non numquam obliuiscantur. Xenophon qui-
dem in de republica Lacedaemoniorum haec
habet: *Vocem Spartanorum aegrius, quam
lapidearum statuarum, audieris; oculos diffici-
lius aliorsum moueris, quam aenearum ima-
ginum, verecundioresque eos censueris ipsis
oculorum puellis.* Amphicratem vero, non
Xenophontem decebat, pupillas oculorum ap-
pellare puellas pudicas. Quid enim, per Deum,
si quis omnium omnino pupillas pudicas exi-
stimet, cum quorumdam impudentiam nulla
alia corporis parte magis significari dicant,
quam oculis? *Vino grauis*, (ita Homerus de
impudente) *et caninis oculis.* Timaeus vero, 5
quasi in expositam furto rem incidisset, ne
hoc quidem frigus Xenophonti reliquit. Nar-
rat ergo et hoc, Agathoclem, „qui cuipiam
consobrinam in matrimonium dederat, eam-
dem tertio a nuptiis die rursus rapuisse: *quod
quis fecisset quaeso, qui puellas in oculis ha-
beret, non meretrices?*" Quid, quod diuinus 6
alioqui Plato, cum legum tabulas dicere vel-
let, *scriptam*, inquit, *in cupressinis monumen-*

B

φεροίμην ἂν τῇ Σπάρτῃ, καθεύδειν ἐᾶν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα τὰ τείχη, καὶ μὴ ἐπανίστα-
7 σθαι.“ Καὶ τὸ Ἡροδότειον οὐ πόῤῥω, τὸ φάναι τὰς καλὰς γυναῖκας „ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν.“ Καί τοι γε ἔχει τινὰ παραμυθίαν, οἱ γὰρ παρ᾽ αὐτῷ ταυτὶ λέγοντες εἰσὶν οἱ βάρβαροι, καὶ ἐν μέθῃ· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκ τοιούτων προσώπων διὰ μικροψυχίαν καλὸν ἀσχημονεῖν πρὸς τὸν αἰῶνα.

SECT. V.

Ἅπαντα μέντοι τὰ οὕτως ἄσεμνα διὰ μίαν ἐμφύεται τοῖς λόγοις αἰτίαν, διὰ τὸ περὶ τὰς νοήσεις καινόσπουδον, περὶ ὃ δὴ μάλιστα κορυβαντιῶσιν οἱ νῦν· ἀφ᾽ ὧν γὰρ ἡμῖν τἀγαθά, σχεδὸν ἀπ᾽ αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ γίγνεσθαι φιλεῖ. Ὅθεν ἐπίφορον εἰς συνταγμάτων κατόρθωσιν τά τε κάλλη τῆς ἑρμηνείας, καὶ τὰ ὕψη, καὶ πρὸς τούτοις αἱ ἡδοναί· καὶ αὐτὰ ταῦτα, καθάπερ τῆς ἐπιτυχίας, οὕτως ἀρχαὶ καὶ ὑποθέσεις καὶ τῶν ἐναντίων καθίστανται. Τοιοῦτόν πως καὶ αἱ μεταβολαὶ καὶ αἱ ὑπερβολαί, καὶ τὰ πληθυντικά· δείξομεν δ᾽ ἐν τοῖς ἔπειτα τὸν κίνδυνον, ὃν ἔχειν ἐοίκασι. Διόπερ ἀναγκαῖον ἤδη διαπορεῖν καὶ ὑποτίθεσθαι, δι᾽ ὅτου τρόπου τὰς ἀνακεκραμένας κακίας τοῖς ὑψηλοῖς ἐκφεύγειν ἂν δυναίμεθα.

tis legem in templo reponunto. Tum alio lo-
co: *De muris, Megille, facile adsentiar Spar-
tanis, vt dormire eos humi cubantes patian-
tur, neque excitent.* Nec Herodoteum illud 7
procul a frigore abest, quod formosas mulie-
res *dolores oculorum* appellauit. Quod etsi
quamdam excusationem habet, cum a barbaris
et inter potum dicatur, tamen ne a talibus
quidem personis ducere occasionem, et poste-
ritatis risui se propter minutiarum studium ex-
ponere fas est.

SECT. V.

Omnis autem haec indignitas orationis ex vna causa oritur, e studio nouarum sententiarum, quo nostrae aetatis scriptores maxime insaniunt: virtutes enim et vitia orationis iisdem fere ex causis nasci solent. Sunt itaque ornatus elocutionis, sublimitas et suauitas adiumenta bene scribendi; sed vt his ipsis prosper scribendi successus debetur, ita contrariorum vitiorum initia sunt et fundamenta. Similiter hyperbole et pluralis numerus. Verum quantum periculi haec habeant, postea docebimus: in praesenti illud deliberandum atque constituendum est, quo pacto mista sublimitati vitia effugere possimus.

SECT. VI.

Ἔϛι δὲ, ὦ φίλος, εἴ τινα περιποιησαίμεθ' ἐν πρώτοις καθαρὰν τȣ̃ κατ' ἀλήθειαν ὕψȣς ἐπιϛήμην καὶ ἐπίκρισιν. Καίτοι τὸ πρᾶγμα δύϛληπτον· ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐϛι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα· ȣ̓ μὴν ἀλλ', ὡς εἰπεῖν ἐν παραγγέλματι, ἐντεῦθέν ποθεν ἴσως τὴν διάγνωσιν αὐτῶν ȣ̓κ ἀδύνατον πορίζεσθαι.

SECT. VII.

Εἰδέναι χρὴ, φίλτατε, διότι, καθάπερ κᾀν τῷ κοινῷ βίῳ ȣ̓δὲν ὑπάρχει μέγα, ὃ τὸ καταφρονεῖν ἐϛι μέγα, οἷον πλȣ̃τοι, τιμαὶ, δόξαι, τυραννίδες, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ἔχει πολὺ τὸ ἔξωθεν προϛραγῳδέμενον, ȣ̓κ ἂν τῷ γε φρονίμῳ δόξειεν ἀγαθὰ ὑπερβάλλοντα, ὧν αὐτὸ τὸ περιφρονεῖν ἀγαθὸν ȣ̓ μέτριον· (θαυμάζȣσι γȣ̃ν τῶν ἐχόντων αὐτὰ μᾶλλον τȣ̀ς δυναμένȣς ἔχειν, καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερορῶντας·) τῇδέ πȣ καὶ ἐπὶ τῶν διηρμένων ἐν ποιήμασι καὶ λόγοις ἐπισκεπτέον, μή τινα μεγέθȣς φαντασίαν ἔχοι τοιαύτην, ᾗ πολὺ πρόσκειται τὸ εἰκῇ προσαναπλαττόμενον, ἀναπτυσσόμενα δὲ ἄλλως εὑρίσκοιτο χαῦνα· ὧν τȣ̃ θαυμάζειν τὸ περιφρονεῖν εὐγενέϛερον. Φύσει γάρ πως ὑπὸ τἀληθȣ̃ς ὕψȣς ἐπαίρεταί τε ἡμῶν ἡ ψυχὴ, καὶ

SECT. VI.

Possumus vero, Terentiane, si primum omnium verae sublimitatis veram notionem recteque illius iudicandae facultatem nobis comparauerimus. Iam res quidem difficilis est, cum orationis iudicandae facultas diuturnae demum experientiae fructus sit; ex iis tamen, quae sequuntur, licebit fortasse eam sibi parare facultatem, quantum quidem effici praecipiendo potest.

SECT. VII.

Sciendum ergo est, Terentiane, quem ad modum nec in vita communi quidquam magnum sit, cuius contemtus magnitudinem animi prae se ferat, velut diuitiae, honores, gloria, imperia, et quaecumque alia multum externi splendoris habent, ita ne sapienti quidem in magnis bonis ea numeranda videri, quorum contemtus non mediocre bonum sit. Igitur, qui ista possidere quidem possunt, sed propter animi magnitudinem spernunt, maiore sunt in admiratione, quam qui possident. Simili fere modo de sublimitate carminum aliorumque librorum videndum est, num quid talem magnitudinis speciem habeat, cui multum temere affictum sit, quod, si examines, inane potius videatur: nam haec generosius contemnimus, quam miramur. Natura enim animus noster vera sublimitate attol- 2

γαῦρόν τι ἀνάστημα λαμβάνουσα πληροῦται χα-
ρᾶς καὶ μεγαλαυχίας, ὡς αὐτὴ γεννήσασα,
3 ὅπερ ἤκουσεν. Ὅταν ἐν ὑπ᾽ ἀνδρὸς ἔμφρονος,
καὶ ἐμπείρου λόγων, πολλάκις ἀκουόμενόν τι πρὸς
μεγαλοφροσύνην τὴν ψυχὴν μὴ συνδιατιθῇ,
μηδ᾽ ἐγκαταλείπῃ τῇ διανοίᾳ πλεῖον τοῦ λεγομέ-
νου τὸ ἀναθεωρούμενον, πίπτῃ δ᾽, ἂν τὸ συνε-
χὲς ἐπισκοπῇς, εἰς ἀπαύξησιν· οὐκ ἂν ἔτ᾽ ἀλη-
θὲς ὕψος εἴη, μέχρι μόνης τῆς ἀκοῆς σωζόμε-
νον. Τοῦτο γὰρ τῷ ὄντι μέγα, οὗ πολλὴ μὲν ἡ
ἀναθεώρησις, δύσκολος δὲ, μᾶλλον δ᾽ ἀδύνα-
τος ἡ κατεξανάστασις, ἰσχυρὰ δὲ ἡ μνήμη καὶ
4 δυσεξάλειπτος. Ὅλως δὲ καλὰ νόμιζε ὕψη καὶ
ἀληθινὰ, τὰ διαπαντὸς ἀρέσκοντα καὶ πᾶσιν.
Ὅταν γὰρ τοῖς ἀπὸ διαφόρων ἐπιτηδευμάτων,
βίων, ζήλων, ἡλικιῶν, λόγων, ἕν τι καὶ ταὐ-
τὸν ἅμα περὶ τῶν αὐτῶν ἅπασι δοκῇ, τόθ᾽ ἡ
ἐξ ἀσυμφώνων ὡς κρίσις καὶ συγκατάθεσις τὴν
ἐπὶ τῷ θαυμαζομένῳ πίστιν ἰσχυρὰν λαμβάνει
καὶ ἀναμφίλεκτον.

SECT. VIII.

Ἐπεὶ δὲ πέντε, ὡς ἂν εἴποι τις, πηγαί τινές εἰ-
σιν αἱ τῆς ὑψηγορίας γονιμώταται, (προϋπο-
κειμένης, ὥσπερ ἐδάφους τινὸς κοινοῦ ταῖς πέντε
ταύταις ἰδέαις, τῆς ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως, ἧς

litur, et, dum exsultans attollitur, gaudio et glo-
riatione repletur, quasi ipse protulisset, quae au-
dierat. Cum ergo aliquid, a viro intelligenti lite- 3
rarumque perito saepe lectum, tamen animum
nullo magnitudinis sensu afficit, nec ampliorem
cogitandi materiem ei relinquit, immo adeo diu-
tius spectando minuitur, non vera illa est subli-
mitas, quippe tantum inter legendum superstes.
Hoc enim vere magnum est, quod quo diutius
consideraueris, eo difficilius atque adeo plane
non dimittere ex animo possis, cuiusque inde-
lebilis et pertinax memoria sit. Omnino ve- 4
ram laudabilemque sublimitatem illam putabi-
mus, quae et semper et omnibus probatur.
Nam cum hominibus diuersorum institutorum,
vitae generum, studiorum, aetatum et lingua-
rum, vnum et idem de eadem re videtur, tum
in illo diuersorum conspirante adsensu cer-
tissime nobis constare potest, rem admiratione
dignam esse.

SECT. VIII.

Sed cum quinque fere veluti fontes maxime genuini sint sublimitatis, (debet tamen dicendi facultas, vt commune his quinque generibus fundamentum, iam adesse, quoniam sine ea plane

ὅλως χωρὶς ἐδὲν) πρῶτον μὲν καὶ κράτιςον, τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον, ὡς κἀν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος ὡρισάμεθα· δεύτερον δὲ, τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθεσιαςικὸν πάθος. Ἀλλ᾽ αἱ μὲν δύο αὗται τῦ ὕψες κατὰ τὸ πλέον αὐθιγενεῖς συςάσεις· αἱ λοιπαὶ δ᾽ ἤδη καὶ διὰ τέχνης, ἥ τε ποιὰ τῶν σχημάτων πλάσις, (δισσὰ δέ πε ταῦτα, τὰ μὲν νοήσεως, θάτερα δὲ λέξεως,) ἐπὶ δὲ τέτοις ἡ γενναῖα φράσις, (ἧς μέρη πάλιν ὀνομάτων τε ἐκλογὴ, καὶ ἡ τροπικὴ καὶ πεποιημένη λέξις·) πέμπτη δὲ μεγέθες αἰτία, καὶ συγκλείεσα τὰ πρὸ ἑαυτῆς ἅπαντα, ἡ ἐν ἀξιώματι καὶ διάρσει σύνθεσις. Φέρε δὴ, τὰ ἐμπεριεχόμενα καθ᾽ ἑκάςην ἰδέαν τέτων ἐπισκεψώμεθα, τοσῦτον προειπόντες, ὅτι τῶν πέντε μορίων ὁ Καικίλιος

2 ἕν τι παρέλιπεν, ὡς καὶ τὸ πάθος ἀμέλει. Ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὡς ἕν τι ταῦτ᾽ ἄμφω, τό τε ὕψος καὶ τὸ παθητικὸν, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ πάντῃ συνυπάρχειν τε ἀλλήλοις καὶ συμπεφυκέναι, διαμαρτάνει· καὶ γὰρ πάθη τινὰ διεςῶτα ὕψες καὶ ταπεινὰ εὑρίσκεται, καθάπερ οἶκτοι, λῦπαι, φόβοι· καὶ ἔμπαλιν πολλὰ ὕψη δίχα πάθες, ὡς πρὸς μυρίοις ἄλλοις καὶ τὰ περὶ τὲς Ἀλωάδας τῷ ποιητῇ παρατετολμημένα·

Ὄσσαν ἐπ᾽ Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν· αὐτὰρ ἐπ᾽ Ὄσσῃ

nihil efficitur) primum omnium idque praestantissimum est, *facile magnarum rerum notiones concipere posse*, vt in libro de Xenophonte docuimus: alterum, *vehementi atque concitato adfectu moueri.* Ac his quidem duobus modis effecta sublimitas maximam partem naturae debetur; reliqua artis sunt, *quaedam figurarum conformatio*, (quarum aliae verborum sunt, aliae sententiarum,) et praeterea *elocutio cum dignitate*, cuius partes sunt verborum delectus, et oratio translata et polita. Quinta denique sublimitatis causa, quae priores illas omnes complectitur, est *constructio orationis, cum dignitate et elatione.* Age igitur, videamus, quid vnoquoque genere contineatur. Hoc tamen praemittendum est, harum quinque causarum non nullas a Caecilio omissas esse, certe adfectum. Sed si 2
sublimitatem et commotam orationem vnum idemque esse putat, aut vtrumque vbique natura coniunctum, errat, quoniam humiles quidam adfectus sunt et a sublimitate abhorrentes, vt misericordia, tristitia, metus; multa e contrario sublimia sine adfectu, in his, praeter innumera alia, et hoc, quod de Aloidis Homerus audaciter dixit: *Ossam Olympo imponere volebant, Ossae Pelium siluosum, vt adscendi caelum posset:* et

Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν᾽ οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη·

καὶ τὸ τούτοις ἔτι μεῖζον ἐπιφερόμενον,

Καί νύ κεν ἐξετέλεσσαν.

3 Παρά γε μὴν τοῖς ῥήτορσι τὰ ἐγκώμια, καὶ τὰ πομπικὰ καὶ ἐπιδεικτικὰ, τὸν μὲν ὄγκον καὶ τὸ ὑψηλὸν ἐξ ἅπαντος περιέχει, πάθους δὲ χηρεύει κατὰ τὸ πλεῖστον· ὅθεν ἥκιστα τῶν ῥητόρων οἱ περιπαθεῖς ἐγκωμιαστικοὶ, ἢ ἔμπαλιν οἱ
4 ἐπαινετικοὶ περιπαθεῖς. Εἰ δ᾽ αὖ πάλιν ἐξ ὅλου μὴ ἐνόμισεν ὁ Καικίλιος τὸ ἐμπαθὲς τὰ ὕψη ποτὲ συντελεῖν, καὶ διὰ τοῦτ᾽ οὐχ ἡγήσατο μνήμης ἄξιον, πάνυ διηπάτηται. Θαῤῥῶν γὰρ ἀφορισαίμην ἂν, ὡς οὐδὲν οὕτως, ὡς τὸ γενναῖον πάθος, ἔνθα χρὴ, μεγαλήγορόν ἐστι, ὥσπερ ὑπὸ μανίας τινὸς καὶ πνεύματος ἐνθουσιαστικοῦ ἐκπνέον καὶ οἱονεὶ φοιβάζον τοὺς λόγους.

SECT. IX.

Οὐ μὴν ἀλλ᾽, ἐπεὶ τὴν κρατίστην μοῖραν ἐπέχει τῶν ἄλλων τὸ πρῶτον, λέγω δὲ τὸ μεγαλοφυὲς, χρὴ κἀνταῦθα, εἰ καὶ δωρητὸν τὸ πρᾶγμα μᾶλλον ἢ κτητὸν, ὅμως, καθ᾽ ὅσον οἷόν τε, τὰς ψυχὰς ἀνατρέφειν πρὸς τὰ μεγέθη, καὶ ὥσπερ ἐγκύμονας ἀεὶ ποιεῖν γενναίου παραστήματος.
2 Τίνα, φήσει, τρόπον; Γέγραφά που καὶ ἑτέρωθι, τὸ τοιοῦτον ὕψος μεγαλοφροσύνης ἀπήχη-

quod sequitur, idque multo maius: *Atque etiam perfecissent.* Praeterea orationes laudatoriae, 3
omninoque eae, quae ornatum et artem ostentant, omnis generis sublimitatem capiunt, etiamsi plerumque adfectu destituuntur. Vnde fit, vt oratores vehementes non magis ad laudandum apti sint, quam laudandi studiosiores
ad commouendum. Sin Caecilius omnino du- 4
bitauit, adfectum valere ad sublimitatem, eumque ideo praetermisit, falsus est. Equidem enim fidenter affirmem, nulla re, quam adfectu generoso, eoque loco suo vsurpato, sublimiorem fieri orationem: eam enim furore quodam et diuino spiritu adflat, et velut adflatis similem reddit.

SECT. IX.

Sed cum primum illud, felicitas ingenii, magna facile concipientis, principem omnium locum teneat, etiam in hoc genere animus, quamquam totum hoc dono potius accipitur, quam studio comparatur, quantum fieri potest, ad magnitudinem alendus est, vt velut grauidus semper sit generoso sensu. Sed, dixerit 2
aliquis, quonam modo? Iam alio loco docui,

μα. Ὅθεν καὶ φωνῆς δίχα θαυμάζεταί ποτε
ψιλὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ ἔννοια δι' αὐτὸ τὸ μεγαλό-
φρον, ὡς ἡ τοῦ Αἴαντος ἐν Νεκυίᾳ σιωπὴ μέγα
3 καὶ παντὸς ὑψηλότερον λόγου. Πρῶτον οὖν τὸ,
ἐξ οὗ γίνεται, προϋποτίθεσθαι πάντως ἀναγ-
καῖον, ὡς ἔχειν δεῖ τὸν ἀληθῆ ῥήτορα μὴ ταπει-
νὸν φρόνημα καὶ ἀγεννές. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε,
μικρὰ καὶ δουλοπρεπῆ φρονοῦντας καὶ ἐπιτη-
δεύοντας παρ' ὅλον τὸν βίον θαυμαστόν τι καὶ
τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐξενεγκεῖν ἄξιον· μεγάλοι δὲ
οἱ λόγοι τούτων, κατὰ τὸ εἰκὸς, ὧν ἂν ἐμβρι-
4 θεῖς ὦσιν αἱ ἔννοιαι. Ταύτῃ καὶ εἰς τοὺς μάλι-
ϛα φρονηματίας ἐμπίπτει τὰ ὑπερφυᾶ. Ὁ γὰρ
τῷ Παρμενίωνι φήσαντι, „ἐγὼ μὲν ἠρκέσθην,
* * * [εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην,“ „Κἀγὼ νὴ Δία“, εἰ-
πὼν, „εἰ Παρμενίων ἤμην,“ τὸ αὑτοῦ μεγαλό-
φρον δείκνυσιν· ὡς καὶ τὸ Ὁμήρου παρορίζει
μεγαλοφυὲς ἐν τῷ
Οὐρανῷ ἐϛήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει,]
τὸ ἐπ' οὐρανὸν ἀπὸ γῆς διάϛημα· καὶ τοῦτ' ἂν
εἴποι τις οὐ μᾶλλον τῆς Ἔριδος, ἢ Ὁμήρȣ μέ-
5 τρον. Ὧι ἀνόμοιόν γε τὸ Ἡσιόδειον ἐπὶ τῆς
Ἀχλύος, εἴγε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον·
„Τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον·“ ȣ̓ γὰρ δεινὸν ἐποί-
ησε τὸ εἴδωλον, ἀλλὰ μισητόν. Ὁ δὲ πῶς μεγε-
θύνει τὰ δαιμόνια;

hanc sublimitatem echo magnitudinis animi esse:
vnde interdum sententia ipsa per se, sine voce,
propter ipsam mentis altitudinem, admirabilis
est, vt Aiacis in Necya silentium, magnum il-
lud et omni oratione sublimius. Ante omnia 3
ergo sublimitatis causa necessario in animo fun-
damenti loco ponenda est: quippe perfectus ora-
tor non humili et illiberali animo esse debet.
Nullo enim modo, si quis pusillo sit animo et
seruili, omnemque vitam ad hos sensus instituat,
admirabile quid et per omnia tempora mansurum
gignere potest; sed eorum demum oratio gran-
dis est, qui magnos sensus habent. Ergo etiam 4
sublimitas in eos cadit, qui in primis altos su-
munt spiritus. Nam qui Parmenioni, dicenti:
Equidem acquiescerem, [*si Alexander essem*, re-
spondit, *et ego quidem, si Parmenio essem*, ma-
gnitudinem animi sui prodidit; sicut et in illo,
caput stabiliuit in coelo, et in terra graditur,
magnum Homeri ingenium metitur] totum inter-
vallum a terra ad caelum vsque, quam quis non
magis Eridis, quam Homeri mensuram dixerit.
Differt vero ab hoc Hesiodium illud de Tristitia, 5
(si quidem Scutum Herculis tribui ei potest) *E
naribus eius guttae destillabant*, neque enim
imaginem formidolosam, sed odio dignam red-

Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς ἀνὴρ ἴδεν ὀφθαλμοῖσιν,
Ἥμενος ἐν σκοπιῇ, λεύσσων ἐπὶ οἴνοπα πόντον·
Τόσσον ἐπιθρώσκουσι θεῶν ὑψηχέες ἵπποι.

Τὴν ὁρμὴν αὐτῶν κοσμικῷ διαστήματι καταμετρεῖ. Τίς οὖν οὐκ ἂν εἰκότως διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους ἐπιφθέγξαιτο, ὅτι, ἂν δὶς ἑξῆς ἐφορμήσωσιν οἱ τῶν θεῶν ἵπποι, οὐκέθ'
6 εὑρήσουσιν ἐν κόσμῳ τόπον; Ὑπερφυᾶ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς θεομαχίας φαντάσματα,

Ἀμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανὸς, Οὔλυμπός τε.
Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς,
Δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο, καὶ ἴαχε, μή οἱ ἔπειτα
Γαῖαν ἀναῤῥήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Οἰκία δὲ θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισι φανείη,
Σμερδαλέ', εὐρώεντα, τά τε στυγέουσι θεοί περ.

Ἐπιβλέπεις, ἑταῖρε, ὡς, ἀναῤῥηγνυμένης μὲν ἐκ βάθρων γῆς, αὐτοῦ δὲ γυμνουμένου ταρτάρου, ἀνατροπὴν δὲ ὅλου καὶ διάστασιν τοῦ κόσμου λαμβάνοντος, πάνθ' ἅμα, οὐρανὸς, ᾅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα, ἅμα τῇ τότε συμπολε-
7 μεῖ καὶ συγκινδυνεύει μάχῃ; Ἀλλὰ ταῦτα φοβερὰ μέν· πλὴν εἰ μὴ κατ' ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο, παντάπασιν ἄθεα, καὶ οὐ σώζοντα τὸ πρέπον. Ὅμηρος γάρ μοι δοκεῖ, παραδιδοὺς τραύματα θεῶν, στάσεις, τιμωρίας, δάκρυα, δεσμὰ, πάθη πάμφυρτα, τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν Ἰλια-

didit. Sed quonam modo Homerus magnitudinem deorum demonstrat? *Quantum prospectat per aerem, qui conuerso ad coeruleum pontum vultu in specula sedet, tantum saliunt dearum equi altisoni.* Mundi interuallo impetum eorum metitur. Quis ergo in tam immensa magnitudine non iure exclamet, si bis deinceps ruerint deorum equi, eos non amplius locum in mundo reperturos. Illac quoque magnae visiones sunt, 6
cum deos praeliantes describit, *Circa intonuit magnus aether, metuitque sub terra rex inferorum Pluto, et metuens e solio subsiluit, ac inclamauit, ne, rupta a Neptuno quassatore terra, posthaec domus eius horrenda, squalida, ipsisque diis inuisa, mortalibus et immortalibus pateret.* Viden' vero, Terentiane, vt, funditus scissa terra, ipso tartaro nudato, euerso et hiante toto mundo, omnia omnino, caelum, orcus, mortales, immortales, vna praelientur et periclitentur? Sed haec, quamquam obstupe- 7
faciunt, tamen, nisi interpretando aliorsum trahantur, et abhorrentia a deo sunt, et numini indecora. Ab Homero enim, vulnera, discordiam, ultionem, lacrimas, vincula, multiplicesque adfectus deorum narrante, homines, qui Troianarum rerum tempore vixerunt, quantum

κῶν ἀνθρώπους, ὅσον ἐπὶ τῇ δυνάμει, θεοὺς πεποιηκέναι, τοὺς θεοὺς δὲ ἀνθρώπους. Ἀλλ' ἡμῖν μὲν δυςδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν, ὁ θάνατος· τῶν θεῶν δ' οὐ τὴν φύσιν, ἀλλὰ
8 τὴν ἀτυχίαν ἐποίησεν αἰώνιον. Πολὺ δὲ τῶν περὶ τὴν θεομαχίαν ἀμείνω τὰ, ὅσα ἄχραντόν τι καὶ μέγα τὸ δαιμόνιον ὡς ἀληθῶς καὶ ἄκρατον παρίςησιν, οἷα (πολλοῖς δὲ πρὸ ἡμῶν ὁ τόπος ἐξείργαςαι) τὰ ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος,

- - - Τρέμε δ' οὔρεα μακρὰ καὶ ὕλη,
Καὶ κορυφαὶ, Τρώων τε πόλις καὶ νῆες Ἀχαιῶν
Ποσσὶν ὑπ' ἀθανάτοισι Ποσειδάωνος ἰόντος.
Βῆ δ' ἐλάαν ἐπὶ κύματ', ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτῷ
Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, ἐδ' ἠγνοίησεν ἄνακτα.
Γηθοσύνῃ δὲ θάλασσα διΐςατο, τοὶ δὲ πέτοντο.

9 Ταύτῃ καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ, ἐπειδὴ τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχώρησε, κἀξέφηνεν, εὐθὺς ἐν τῇ εἰςβολῇ γράψας τῶν νόμων· „Εἶπεν ὁ Θεὸς," φησί· τί; „Γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο· γενέσθω
10 γῆ, καὶ ἐγένετο." Οὐκ ὀχληρὸς ἂν ἴσως, ἑταῖρε, δόξαιμι, ἓν ἔτι τȣ̃ ποιητȣ̃ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων παραθέμενος, τοῦ μαθεῖν χάριν, ὡς εἰς τὰ ἡρωϊκὰ μεγέθη συνεμβαίνειν ἐθίζει. Ἀχλὺς ἄφνω καὶ νὺξ ἄπορος αὐτῷ τὴν τῶν Ἑλλη-

potuit, in deos arbitror mutatos, deosque in ho-
mines. Quid quod nobis miseris mors, malo-
rum portus, seruata est, cum deorum non na-
tura modo, sed miseria quoque iuxta illum
aeterna sit. Multo illa meliora quam pugna 8
deorum, quae vere magnum et purum numen
describunt, vt illa de Neptuno, in quo loco
multi ante me versati sunt: *Tremuere alti mon-*
tes, et silua, et iuga, et Troum urbs, et naues
Graecorum, sub pedibus diuinis incedentis
Neptuni. Eo per fluctus vecto, subtus balae-
nae vndique e specubus prosiluere, rege agni-
to, laetabundumque mare discessit. Sed equi
volabant. Ergo et Iudaeorum legislator, non 9
contemnendus scriptor, cum numinis poten-
tiam animo digne complexus esset, eam etiam
statim in initio legum his verbis demonstrauit.
Dixit Deus, inquit. Quid? *Fiat lux, et facta*
est. Fiat terra, et facta est. Non fortasse 10
molestus tibi videar, Terentiane, si vnum Ho-
meri locum ex eo genere, quo homines tractat,
adponam, vt intelligas, quo modo comitari
heroas ad magna facta soleat. Caligine repen-

νων ἐπέχει μάχην· ἔνθα δὴ ὁ Αἴας ἀμηχανῶν,

Ζεῦ πάτερ, φησὶν, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν,
Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·
Ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον.

Ἔςιν ὡς ἀληθῶς τὸ πάθος Αἴαντος· οὐ γὰρ ζῆν εὔχεται, (ἦν γὰρ τὸ αἴτημα τοῦ ἥρωος ταπεινότερον) ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν ἀπράκτῳ σκότει τὴν ἀνδρίαν εἰς οὐδὲν γενναῖον εἶχε διαθέσθαι, διὰ ταῦτ' ἀγανακτῶν, ὅτι πρὸς τὴν μάχην ἀργεῖ, φῶς ὅτι τάχιςα αἰτεῖται, ὡς πάντως τῆς ἀρετῆς εὑρήσων ἐντάφιον ἄξιον, κἂν αὐτῷ Ζεὺς ἀντι-
11 τάττηται. Ἀλλὰ γὰρ Ὅμηρος μὲν ἐνθάδε ἔριος συνεμπνεῖ τοῖς ἀγῶσιν, καὶ οὐκ ἄλλό τι αὐτὸς πέπονθεν, ἢ

Μαίνεται, ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος, ἢ ὀλοὸν πῦρ
Οὔρεσι μαίνηται βαθέης ἐνὶ τάρφεσιν ὕλης·
Ἀφλοισμὸς δὲ περὶ ςόμα γίνεται·

δείκνυσι δ' ὅμως διὰ τῆς Ὀδυσσείας, (καὶ γὰρ ταῦτα πολλῶν ἕνεκα προςεπιθεωρητέον,) ὅτι μεγάλης φύσεως ὑποφερομένης ἤδη ἴδιόν ἐςιν
12 ἐν γήρᾳ τὸ φιλόμυθον. Δῆλος γὰρ ἐκ πολλῶν τε ἄλλων συντεθεικὼς ταύτην δευτέραν τὴν ὑπόθεσιν, ἀτὰρ δὴ κἀκ τοῦ λείψανα τῶν Ἰλιακῶν παθημάτων διὰ τῆς Ὀδυσσείας, ὡς ἐπεισόδιά τινα τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου, προςεπειςφέρειν,

tina et inexplicabili nocte praelium Graecorum
occupante, Aiax, omni gerendae rei adiumento
destitutus, *Iupiter pater*, inquit, *at tu libera*
Graecos caligine, redde serenitatem, fac clare
oculis cernamus. Reddita vero luce, vel in-
terime me. Vere hic est adfectus Aiacis: ne-
que enim vitam optat, nam inferior heroe fo-
ret petitio; sed cum in caligine inexplicabili
non posset fortitudinem in illustri facinore
collocare, indignatus in conflictu otio suo, lu-
men quam celerrimum optat, quippe vtique
dignum virtute ornamentum funebre repertu-
rus, si vel Iupiter ei resistat. Iam etsi Ho- 11
merus in his impetum et vehementiam certa-
minum suo spiritu adiuuat, nec aliter adficitur,
quam qui sic furit, *vt cum Mars furit, ha-*
stam vibrans, aut edax ignis in monte densis-
que siluis, et cum os spumat: tamen in Odys-
sea (est vero hic quoque locus multis de cau-
sis exponendus) indicat, ingenio magno decre-
scenti proprium esse in senectute studium ser-
mocinandi. Nam et aliunde discimus, secun- 12
dum esse hoc eius carmen, et vero etiam e

καὶ νὴ Δί᾽ ἐκ τοῦ τὰς ὀλοφύρσεις καὶ τοὺς οἴκτους, ὡς πάλαι που προεγνωσμένους τοῖς ἥρωσιν, ἐνταῦθα προσαποδιδόναι. Οὐ γὰρ ἄλλ᾽, ἢ τῆς Ἰλιάδος ἐπίλογός ἐστιν ἡ Ὀδύσσεια·

Ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται ἀρήϊος, ἔνθα δ᾽ Ἀχιλλεύς,
Ἔνθα δὲ Πάτροκλος, θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος·
Ἔνθα δ᾽ ἐμὸς φίλος υἱός.

13 *Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας, οἶμαι, τῆς μὲν Ἰλιάδος, γραφομένης ἐν ἀκμῇ πνεύματος, ὅλον τὸ σωμάτιον δραματικὸν ὑπεστήσατο καὶ ἐναγώνιον· τῆς δὲ Ὀδυσσείας τὸ πλέον διηγηματικόν, ὅπερ ἴδιον γήρως. Ὅθεν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ παρεικάσαι τις ἂν καταδυομένῳ τὸν Ὅμηρον ἡλίῳ, οὗ δίχα τῆς σφοδρότητος παραμένει τὸ μέγεθος. Οὐ γὰρ ἔτι τοῖς Ἰλιακοῖς ἐκείνοις ποιήμασιν ἶσον ἐνταῦθα σώζει τὸν τόνον, οὐδ᾽ ἐξωμαλισμένα τὰ ὕψη καὶ ἰζήματα μηδαμοῦ λαμβάνοντα, οὐδὲ τὴν πρόχυσιν ὁμοίαν τῶν ἐπαλλήλων παθῶν, οὐδὲ τὸ ἀγχίστροφον καὶ πολιτικόν, καὶ ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας φαντασίαις καταπεπυκνωμένον· ἀλλ᾽, οἷον ὑποχωροῦντος εἰς ἑαυτὸν ὠκεανοῦ καὶ περὶ τὰ ἴδια μέτρα ἐρημουμένου, τὸ λοιπὸν φαίνονται τοῦ μεγέθους ἀμπώτιδες*
14 *κἀν τοῖς μυθώδεσι καὶ ἀπίστοις πλάνοις. Λέγων δὲ ταῦτ᾽ οὐκ ἐπιλέλησμαι τῶν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ χειμώνων, καὶ τῶν περὶ τὸν Κύκλωπα, καί τι-*

reliquiis Troianorum casuum, quae tamquam adiectae narrationes de Troiano bello in Odysseam illatae sunt, ex ipsis denique lugubribus orationibus et commiserationibus, quas velut olim destinatas heroibus nunc exsoluit. Neque enim nisi Iliados epilogus Odyssea est: *Illic bellicosus Aiax cubat, hic Achilles, illic Patroclus, diuinam aequans sapientiam, hic filius meus.* Hac ipsa de causa Iliada, scriptam illam vigente adhuc spiritu, totam sic instituisse videtur, vt plena motu esset et actione; Odysseam vero, vt plus sermonum haberet, id quod senectuti proprium est. Quare eum in Odyssea similem quis occidenti soli dixerit, cui, quamquam sine vi, magnitudo tamen relicta est. Non enim idem hic est, quod Iliados, robur, non aequalis vbique eminentia sine vlla depressione, non distributi pari modo alii super alios adfectus, non repentina mobilitas, non oratoria vis, verisque visionibus densata oratio; sed vt recedentis Oceani et ad litora sua decrescentis, ita magnitudinis refluxus apparet, et quaedam per incredibiles fabulas ober-

νων ἄλλων· ἀλλὰ γῆρας διηγοῦμαι, γῆρας δ' ὅμως Ὁμήρου. Πλὴν ἐν ἅπασι τούτοις ἑξῆς τοῦ πρακτικοῦ κρατεῖ τὸ μυθικόν· παρεξέβην δ' εἰς ταῦθ', ὡς ἔφην, ἵνα δείξαιμι, ὡς εἰς λῆρον ἐνίοτε ῥᾷςον κατὰ τὴν ἀπακμὴν τὰ μεγαλοφυῆ παρατρέπεται, οἷα τὰ περὶ τὸν ἀσκὸν, καὶ τοὺς ἐκ Κίρκης συοφορβουμένους, οὓς ὁ Ζώϊλος ἔφη χοιρίδια κλαίοντα, καὶ τὸν ὑπὸ τῶν πελειάδων ὡς νεοσσὸν παρατρεφόμενον Δία, καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ ναυαγίου δέχ' ἡμέρας ἄσιτον, τά τε περὶ τὴν μνηςηροφονίαν ἀπίθανα. Τί γὰρ ἂν ἄλλο φήσαιμεν ταῦτα, ἢ τῷ ὄντι τοῦ Διὸς ἐνύπνια; Δευτέρου δὲ ἕνεκα προσιςορείσθω τὰ κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν, ὅπως ᾖ σοι γνώριμον, ὡς ἡ ἀπακμὴ τοῦ πάθους ἐν τοῖς μεγάλοις συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς εἰς ἦθος ἐκλύεται. Τοιαῦτα γάρ που τὰ περὶ τὴν τοῦ Ὀδυσσέως ἠθικῶς αὐτῷ βιολογούμενα οἰκίαν, οἱονεὶ κωμῳδία τίς ἐςιν ἠθολογουμένη.

SECT. X.

Φέρε νῦν, εἴ τι καὶ ἕτερον ἔχοιμεν, ὑψηλοὺς ποιεῖν τοὺς λόγους δυνάμενον, ἐπισκεψώμεθα. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ πᾶσι τοῖς πράγμασι φύσει συνεδρεύει τινὰ μόρια, ταῖς ὕλαις συνυπάρχοντα, ἐξ ἀνάγκης γένοιτ' ἂν ἡμῖν ὕψους αἴτιον, τὸ

ratio. Quae quidem cum dico, non obliuiscor 14
Odysseae tempestates, narrationem de Cyclope, et alia quaedam; sed de senectute, verum Homeri senectute loquor. Vincit autem in his omnibus deinceps actionem studium sermocinandi. Ad haec vero, vt iam dixi, ideo digressus sum, vt docerem, facile interdum decrescente magnitudine ingenium ad loquacitatem prolabi, vt cum de vtre loquitur, de iis, qui in aedibus Circes vt bestiae tractati sunt, quos Zoilus porcellos lacrimantes adpellare solebat, de Ioue, a columbis tanquam pullo nutrito, de Vlysse, in naufragio per decem dies impranso, et de incredibilibus illis in caede procorum. Quo enim nomine verius haec adpellemus, quam Iouis somnia? Sed 15
hanc quoque ob causam Odyssea cognoscenda est, vt tibi adpareat, adfectum magnorum scriptorum, cum imminutus sit, laxatum in moratam orationem desinere: nam quae de aedibus Vlyssis, vt in vita communi, morata oratione dicuntur, comoediae, vitae vsum et mores imitanti, similia sunt.

SECT. X.

Iam videamus, si quod aliud sit sublimitatis adiumentum. Nimirum, cum quaelibet res na-

τῶν ἐμφερομένων ἐκλέγειν ἀεὶ τὰ καιριώτατα, καὶ ταῦτα τῇ πρὸς ἄλληλα ἐπισυνθέσει καθάπερ ἕν τι σῶμα ποιεῖν δύνασθαι· τὸ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ τὸν ἀκροατὴν τῶν λημμάτων, τὸ δὲ τῇ πυκνώσει τῶν ἐκλελεγμένων προσάγεται. Οἷον ἡ Σαπφὼ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἐρωτικαῖς μανίαις παθήματα ἐκ τῶν παρεπομένων καὶ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑκάστοτε λαμβάνει. Ποῦ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται; ὅτε τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ καὶ ἐκλέξαι καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι.

2 Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
Ἔμμεν᾽ ὠνὴρ, ὅςις ἐναντίος τοι
Ἰζάνει, καὶ πλασίον ἆδυ φωνεύ-
σας ὑπακέει
Καὶ γελώσας ἱμερόεν. Τό μοι ᾽μὰν
Καρδίαν ἐν ςήθεσιν ἐπτόασεν.
Ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέως με φωνᾶς
Οὐδὲν ἔτ᾽ εἴκει·
Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα ἔαγε· λεπτὸν δ᾽
Αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν·
Ὀππάτεσσιν δ᾽ ἐδὲν ὅρημ᾽, ἐπιῤῥόμ-
βεῦσι δ᾽ ἀκουέ·
Καδδ᾽ ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἀγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας
Ἐμμί· τεθνάκην δ᾽ ὀλίγω ᾽πιδεύσην
Φαίνομαι ἄπνους.

tura quaedam habeat, necessariis eius partibus
adiuncta, vtique sublimitas efficitur, si ex iis,
quae in illa re scriptori se offerunt, opportu-
nissima quaeque eligantur, iisque in vnum
coagmentandis corpus quoddam efficiatur. Nam
illud delectu adiunctorum, hoc delectorum
copulatione lectorem adlicit. Sappho quidem
ea, quae insano amore commotis accidunt,
semper ex adiunctis et ipsa natura repetit; sed
hanc facultatem tum demum demonstrat, cum
eminentissima quaeuis et altissima scienter de-
ligit et copulat. *Ille mihi diis similis videtur,* 2
qui ad te conuersus sedet, teque propinquus
dulce loquentem audit, dulce ridentem. Haec
meum pectus perculerunt: vt enim te vidi, vox
haeret, fracta est lingua, tenuis ignis cutim
subiit, oculis nihil cerno, tinniunt aures, ma-
nat sudor frigidus, tota contremisco, herba
pallidior sum, et exanimis propemodum mo-
rior. Sed omnia audenda, cum pauperem - -
Nonne miraris, animum, corpus, aures, lin- 3
guam, oculos, colorem, omnia denique mem-
bra, tamquam aliena, dilabentia in eumdem

Ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένητα —

3 Οὐ θαυμάζεις, ὡς ὑπ' αὐτὸ τὴν ψυχὴν, τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς, τὴν γλῶσσαν, τὰς ὄψεις, τὴν χρόαν, πάνθ', ὡς ἀλλότρια, διοιχόμενα ἐπιζητεῖ, καὶ καθ' ὑπεναντιώσεις ἅμα ψύχεται, καίεται, ἀλογιςεῖ, φρονεῖ; ἢ γὰρ φοβεῖται, ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν· ἵνα μὴ ἕν τι περὶ αὐτὴν πάθος φαίνηται, παθῶν δὲ σύνοδος. Πάντα μὲν τὰ τοιαῦτα γίνεται περὶ τοὺς ἐρῶντας· ἡ λῆψις δ', ὡς ἔφην, τῶν ἄκρων, καὶ ἡ εἰς ταὐτὸ συναίρεσις ἀπειργάσατο τὴν ἐξοχήν· ὅνπερ, οἶμαι, καὶ ἐπὶ τῶν χειμώνων τρόπον ὁ ποιητὴς ἐκλαμβάνει τῶν παρακολουθούντων τὰ
4 χαλεπώτατα. Ὁ μὲν γὰρ τὰ Ἀριμάσπεια ποιήσας ἐκεῖνα οἴεται δεινά·

Θαῦμ' ἡμῖν καὶ τῦτο μέγα φρεσὶν ἡμετέρῃσιν.
Ἄνδρες ὕδωρ ναίϩσιν ἀπὸ χθονὸς ἐν πελάγεσσι·
Δύςηνοί τινές εἰσιν, ἔχϩσι γὰρ ἔργα πονηρὰ,
Ὄμματ' ἐν ἄςροισι, ψυχὴν δ' ἐν πόντῳ ἔχϩσιν.
Ἦπϩ πολλὰ θεοῖσι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἔχοντες
Εὔχονται σπλάγχνοισι κακῶς ἀναβαλλομένοισι.

παντὶ μὴν, οἶμαι, δῆλον, ὡς πλέον ἄνθος ἔχει
5 τὰ λεγόμενα ἢ δέος. Ὁ δὲ Ὅμηρος πῶς; ἓν γὰρ ἀπὸ πολλῶν λεγέσθω·

Ἐν δ' ἔπεσ', ὡς ὅτε κῦμα θοῇ ἐν νηῒ πέσῃσι,

locum colligi? Tum, si contraria species, fri-
get, vritur; insana est, rursus sana; aut enim
metuit, aut prope mortua est, ne vnus tantum
adfectus adpareat, sed adfectuum concursus.
Et quamquam haec omnia amantibus accidunt,
delectus tamen eminentium, vt dixi, et coag-
mentatio effecit sublimitatem. Simili modo Ho-
merus, cum tempestates describit, grauissima
seligere videtur. Nam Arimaspiorum auctor 4
illa quidem putat horrenda: *Et hoc perquam
mirum nobis visum est. Homines procul a
continente mare inhabitant. O miseros illos!
molestam enim vitam viuunt: oculos ad sidera
tollunt, animum vero in ponto habent. Certe
sublatis manibus ad deos immisericordes pre-
cantur, sed hi misere differunt preces:* omni-
bus tamen adparet, plus pigmenti inesse,
quam horroris. Homerus autem quomodo? 5
Vnum ex multis ponam. *Ruit in hostes, ut
cum fluctus vehemens, arduus, vi venti au-
ctus, in nauem celerem irruit, eaque tota
spumis occulitur, cum venti horrendus flatus
circa malum insonat, et nautae metuentes*

Λάβρον, ὑπαὶ νεφέων ἀνεμοτρεφές· ἡ δέ τε πᾶσα
Ἄχνη ὑπεκρύφθη, ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης
Ἱςίῳ ἐμβρέμεται, τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται
Δειδιότες· τυτθὸν γὰρ ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται.

6 Ἐπεχείρησε καὶ ὁ Ἄρατος τὸ αὐτὸ τοῦτο μετενεγκεῖν,

— ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει·

πλὴν μικρὸν αὐτὸ καὶ γλαφυρὸν ἐποίησεν ἀντὶ φοβεροῦ· ἔτι δὲ παρώρισε τὸν κίνδυνον, εἰπὼν, Ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει. Οὐκοῦν ἀπείργει. Ὁ δὲ ποιητὴς οὐκ εἰς ἅπαξ παρορίζει τὸ δεινὸν, ἀλλὰ τοὺς ἀεὶ καὶ μονονουχὶ κατὰ πᾶν κῦμα πολλάκις ἀπολλυμένους εἰκονογραφεῖ. Καὶ μὴν τὰς προθέσεις, ἀσυνθέτους οὔσας, συναναγκάσας παρὰ φύσιν, καὶ εἰς ἀλλήλας συμβιασάμενος, „Ὑπὲκ θανάτοιο," τῷ μὲν συνεμπίπτοντι πάθει τὸ ἔπος ὁμοίως ἐβασάνισεν· τῇ δὲ τοῦ ἔπους συνθλίψει τὸ πάθος ἄκρως ἀπεπλάσατο, καὶ μονονοὐκ ἐνετύπωσε τῇ λέξει τοῦ κινδύνου τὸ ἰδίωμα, „Ὑπὲκ θανάτοιο φέρον-
7 ται." Οὐκ ἄλλως ὁ Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου, καὶ ἐπὶ τῇ προςαγγελίᾳ ὁ Δημοσθένης· „Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν," φησίν· ἀλλὰ τὰς ἐξοχὰς, ὡς εἴποι τις, ἀριςίνδην ἐκκαθήραντες ἐπισυνέθηκαν, οὐδὲν φλοιῶδες, ἢ ἄσεμνον; ἢ σχολικὸν ἐγκατατάττοντες διὰ μέσου. Λυμαί-

tremunt: aegre enim morti eripiuntur. Etiam 6
Aratus haec in carmen suum transferre conatus est, *Exiguum lignum arcet orcum;* sed, quod metuendum esse debebat, id iam paruum est et pictum. Tum terminos posuit periculo, cum dixit, *Lignum arcet orcum.* Ergo lignum distinet orcum. Homerus vero non semel adesse periculi finem dicit, sed eos, qui sine fine et cuiusque fere fluctus impetu saepe pereunt, describit. Rursus cum particulas ὑπ᾽ ἐκ, quae componi nequeunt, contra linguae naturam per vim coniunxerit, ὑπὲκ θανάτοιο, verbum ad imitationem ingruentis calamitatis torsit, ac tali componendi violentia casum timendum plane effinxit, naturamque periculi verbo propemodum impressit, ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται. Similiter Archilochus de naufragio, et 7
Demosthenes de nuncio allato: *Aduesperascebat* — Sed, resectis inutilibus, eminentissima delectu facto copulauerunt, nihil autem vile aut indignum aut declamatorium adsperserunt. Haec enim totum locum corrumpunt, vt complementa, quae (aedificiis) magnitudinem con-

νεται γὰρ ταῦτα τὸ ὅλον, ὡσανεὶ ψήγματα ἢ ἀραιώματα, ἐμποιοῦντα μεγέθη συνοικονομέμενα, τῇ τε πρὸς ἄλληλα σχέσει συντετειχισμένα.

SECT. XI.

Σύνεδρός ἐςι ταῖς προεκκειμέναις ἀρετὴ καὶ ἣν καλοῦσιν αὔξησιν, ὅταν, δεχομένων τῶν πραγμάτων καὶ ἀγώνων κατὰ περιόδους ἀρχάς τε πολλὰς καὶ ἀναπαύλας, ἕτερα ἑτέροις ἐπεισκυκλούμενα μεγέθη συνεχῶς ἐπεισάγηται κατ'
2 ἐπίβασιν. Τοῦτο δὲ εἴτε διὰ τοπηγορίαν, εἴτε δείνωσιν, ἢ πραγμάτων ἢ κατασκευῶν ἐπίῤῥωσιν, εἴτ' ἐποικονομίαν ἔργων ἢ παθῶν (μυρίαι γὰρ ἰδέαι τῶν αὐξήσεων) γίνοιντο· χρὴ γινώσκειν ὅμως τὸν ῥήτορα, ὡς οὐδὲν ἂν τούτων καθ' αὑτὸ συςαίη χωρὶς ὕψους τέλειον, πλὴν εἰ μὴ ἐν οἴκτοις ἄρα νὴ Δία, ἢ ἐν εὐτελισμοῖς· τῶν δ' ἄλλων αὐξητικῶν ὅτου περ ἂν τὸ ὑψηλὸν ἀφέλῃς, ὡς ψυχὴν ἐξαιρήσεις σώματος· εὐθὺς γὰρ ἀτονεῖ καὶ κενοῦται τὸ ἔμπρακτον
3 αὐτῶν, μὴ τοῖς ὕψεσι συνεπιῤῥωννύμενον. Ἧι μέντοι διαφέρει τοῦ ἀρτίως εἰρημένου τὰ νῦν παραγγελλόμενα, (περιγραφὴ γάρ τις ἦν ἐκεῖνο τῶν ἄκρων λημμάτων, καὶ εἰς ἑνότητα σύνταξις,) καὶ τίνι καθόλου τῶν αὐξήσεων παραλλάττει τὰ ὕψη, τῆς σαφηνείας αὐτῆς ἕνεκα συντόμως διοριςέον.

glutinatam ita inferunt, vt non nisi coniuncta cohaereant.

SECT. XI.

Cum virtutibus orationis hactenus expositis ea etiam cohaeret, quam exaggerationem dicunt, cum aliis atque aliis deinceps cumulandis (habet enim quaelibet res et causa multa loca, vbi incipere et quiescere per interualla licet) progrediendo magnitudo efficitur. Hoc siue 2
loco communi tractando, siue vehementer disputando, siue rebus aut argumentis muniendis, siue factis et adfectibus in classes distribuendis fiat, (sunt enim permulta exaggerationis genera) nosse tamen oratorem oportet, nihil horum per se sine sublimitate perfectum esse, praeterquam in commiseratione rerumque extenuatione. Ceteris autem augendae rei generibus si detraxeris sublimitatem, veluti vitam corpore exemeris. Nam eorum vehementia, nulla sublimitate roborata, laxatur merumque tumorem relinquit. Quo autem modo, 3
quae nunc dicentur, a superioribus differant, (agebatur enim illo loco de eminentium delectu, et in vnum corpus coagmentatione) et quid omnino sublimitas ab exaggeratione distet, perspicuitatis causa breuiter definiam.

SECT. XII.

Ὁ μὲν οὖν τῶν τεχνογράφων ὅρος ἐμοίγ' οὐκ ἀρεςός. Αὔξησίς ἐςι, φασὶ, λόγος, μέγεθος περιτιθεὶς τοῖς ὑποκειμένοις· δύναται γὰρ ἀμέλει καὶ ὕψους, καὶ πάθους, καὶ τρόπων εἶναι κοινὸς οὗτος ὁ ὅρος, ἐπειδὴ κἀκεῖνα τῷ λόγῳ περιτίθησι ποιόν τι μέγεθος. Ἐμοὶ δὲ φαίνεται ταῦτα ἀλλήλων παραλλάττειν, ᾗ κεῖται τὸ μὲν ὕψος ἐν διάρματι, ἡ δ' αὔξησις καὶ ἐν πλήθει· διόπερ ἐκεῖνο μὲν κἂν νοήματι ἑνὶ πολλάκις, ἡ δὲ πάντως μετὰ ποσότητος καὶ
2 περιουσίας τινὸς ὑφίςαται. Καὶ ἔςιν ἡ αὔξησις, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, συμπλήρωσις ἀπὸ πάντων τῶν ἐμφερομένων τοῖς πράγμασι μορίων καὶ τόπων, ἰσχυροποιοῦσα τῇ ἐπιμονῇ τὸ κατεσκευασμένον· ταύτῃ τῆς πίςεως διεςῶσα, ὅτι ἡ μὲν τὸ ζητούμενον ἀποδεί[κνυσιν] - - -
3 πλουσιώτατα, καθάπερ τι πέλαγος, εἰς ἀναπεπταμένον κέχυται πολλαχῇ μέγεθος. Ὅθεν, οἶμαι, κατὰ λόγον ὁ μὲν ῥήτωρ, ἅτε παθητικώτερος, πολὺ τὸ διάπυρον ἔχει καὶ θυμικῶς ἐκφλεγόμενον· ὁ δὲ, καθεςὼς ἐν ὄγκῳ καὶ μεγαλοπρεπεῖ σεμνότητι, οὐκ ἔψυκται μὲν, ἀλλ'
4 οὐχ οὕτως ἐπέςραπται. Οὐ κατ' ἄλλα δέ τινα ἢ ταῦτα, ἐμοὶ δοκεῖ, φίλτατε Τερεντιανὲ, (λέγω δὲ, εἰ καὶ ἡμῖν ὡς Ἕλλησιν ἐφεῖταί τι

SECT. XII.

Mihi quidem definitio, rhetoribus vsitata, non probatur. Exaggerationem enim adpellant orationem, quae propositae rei magnitudinem adiungat: quae quidem definitio et sublimitati, et adfectui, et translatis verbis communis esse potest, quoniam et haec suo modo orationi magnitudinem adiungunt. Mihi vero differre videntur, quoad sublimitas posita est in celsitudine, exaggeratio etiam in multitudine: quare illa non numquam vna sententia tenetur, haec non nisi multitudine aliqua et vbertate. Est 2
ergo, si definitione vti velis, exaggeratio expleta omnium rei adiunctarum partium collectio, immorando roborans id, quod iam argumentis firmatum est: distatque sic ab argumentis, quod haec propositam rem docendo demonstrant - - - -

vberrime, vt mare in immensum spatium vs- 3
quequaque diffusum. Iure igitur, vt mihi videtur, orator, procliuis ille ad adfectus, calore plenus est et animose exardescit; hic vero, vbi sublimis est et cum dignitate magnus, non friget quidem, sed non aeque celer ac mobilis videtur. Nec vlla alia de cau- 4
sa, Terentiane, quantum ego video, (dicam

γινώσκειν,) καὶ ὁ Κικέρων τοῦ Δημοσθένους ἐν τοῖς μεγέθεσι παραλλάττει. Ὁ μὲν γὰρ ἐν ὕψει τὸ πλέον ἀποτόμῳ, ὁ δὲ Κικέρων ἐν χύσει. Καὶ ὁ μὲν ἡμέτερος διὰ τὸ μετὰ βίας ἕκαςα, ἔτι δὲ τάχους, ῥώμης, δεινότητος, οἷον καίειν τε ἅμα καὶ διαρπάζειν, σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ᾽ ἂν ἢ κεραυνῷ· ὁ δὲ Κικέρων ὡς ἀμφιλαφής τις ἐμπρησμὸς, οἶμαι, πάντη νέμεται καὶ ἀνειλεῖται, πολὺ ἔχων καὶ ἐπίμονον ἀεὶ τὸ καῖον, καὶ διακληρονομούμενον ἄλλοτ᾽ ἀλλοίως ἐν αὐτῷ καὶ κατὰ διαδοχὰς ἀνατρεφόμενον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον
5 *ἐπικρίνοιτε. Καιρὸς δὲ τοῦ Δημοσθενικοῦ μὲν ὕψους καὶ ὑπερτεταμένου ἔν τε ταῖς δεινώσεσι καὶ τοῖς σφοδροῖς πάθεσι, καὶ ἔνθα δεῖ τὸν ἀκροατὴν τὸ σύνολον ἐκπλῆξαι· τῆς δὲ χύσεως, ὅπου χρὴ καταντλῆσαι. Τοπηγορίαις τε γὰρ, καὶ ἐπιλόγοις κατὰ τὸ πλέον, καὶ παραβάσεσι, καὶ τοῖς φραςικοῖς ἅπασι καὶ ἐπιδεικτικοῖς, ἱςορίαις τε καὶ φυσιολογίαις, καὶ οὐκ ὀλίγοις ἄλλοις μέρεσιν ἁρμόδιος.*

SECT. XIII.

Ὅτι μέντοι ὁ Πλάτων, (ἐπάνειμι γὰρ,) τοιούτῳ τινὶ χεύματι ἀψοφητὶ ῥέων, οὐδὲν ἧττον μεγεθύνεται, ἀνεγνωκὼς τὰ ἐν τῇ Πολιτείᾳ, [τὸν

vero ea lege, si nobis Graecis iudicare vestra
concessum est) Demosthenis et Ciceronis ma-
gnitudo differt. Ille enim plerumque in edi-
to et praerupto loco cernitur, cum Cicero
circumcirca late diffundatur. Noster ille, quo-
niam cum vi, celeritate, robore, vehementia,
eodem tempore et vrit et dissipat omnia, ful-
mini similis videatur; hic vt late fusum incen-
dium vbique depascens prouoluitur, multum
et diu vrit, in eodem loco huc illuc diuidi-
tur, et subinde crescit. Sed haec vos melius.
Demosthenicae autem celsitudini tum locus 5
esse videtur, cum vis addenda est rebus, et
animo valde commoto dicitur, aut omnino au-
ditor obstupefaciendus est; Ciceronianae vero
latitudini, cum subinde rerum multitudine ob-
rui debet: communibus enim locis, peroratio-
nibus plerisque, digressionibus, omnibusque
iis locis, qui copiose et cum ornatu tractantur,
narrationibus denique et disputationibus de re-
rum natura, multisque aliis generibus accom-
modata est.

SECT. XIII.

Platonem igitur, (redeundum enim est,) ita fuso dicendi genere placide profluentem, ta-

τύπον] οὐκ ἀγνοεῖς. „Οἱ ἄρα φρονήσεως," φησὶ, „καὶ ἀρετῆς ἄπειροι, εὐωχίαις δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις ἀεὶ ξυνόντες, κάτω, ὡς ἔοικε, φέρονται, καὶ ταύτῃ πλανῶνται διὰ βίου. Πρὸς δὲ τὸ ἀληθὲς ἄνω οὔτ' ἀνέβλεψαν πώποτε, οὔτ' ἀνηνέχθησαν, οὐδὲ βεβαίου τε καὶ καθαρᾶς ἡδονῆς ἐγεύσαντο· ἀλλὰ βοσκημάτων δίκην, κάτω ἀεὶ βλέποντες, καὶ κεκυφότες εἰς γῆν καὶ εἰς τραπέζας, βόσκονται χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες, καὶ ἕνεκα τῆς τούτων πλεονεξίας λακτίζοντες καὶ κυρίττοντες ἀλλήλους σιδηροῖς κέρασι καὶ ὁπλαῖς ἀποκτιννύουσι

2 δι' ἀπληςίαν." Ἐνδείκνυται δ' ἡμῖν οὗτος ὁ ἀνὴρ, εἰ βουλοίμεθα μὴ κατολιγωρεῖν, ὡς καὶ ἄλλη τις παρὰ τὰ εἰρημένα ὁδὸς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τείνει. Ποία δὲ καὶ τίς αὕτη; Ἡ τῶν ἔμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μίμησίς τε καὶ ζήλωσις. Καὶ τούτου γε, φίλτατε, ἀπρὶξ ἐχώμεθα τοῦ σκοποῦ. Πολλοὶ γὰρ ἀλλοτρίῳ θεοφοροῦνται πνεύματι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν καὶ τὴν Πυθίαν λόγος ἔχει, τρίποδι πλησιάζουσαν, (ἔνθα ῥῆγμά ἐςι, γῆς ἀναπνεῖν, ὥς φασιν, ἀτμὸν ἔνθεον) αὐτόθεν ἐγκύμονα τῆς δαιμονίου καθιςαμένην δυνάμεως, παραυτίκα χρησμῳδεῖν κατ' ἐπίπνοιαν. Οὕτως ἀπὸ τῆς τῶν ἀρχαίων μεγαλοφυΐας εἰς τὰς τῶν ζη-

men sublimem esse, ignorare non potes, quoniam in libris de republica haec legisti. *Qui*, inquit, *sapientia et virtute destituti conuiuia et alias huiusmodi res frequentant, deorsum ferri, ideoque per omnem vitam errare videntur. Verum enim nec suspexerunt vmquam, nec ad illud se erexerunt, nec stabilem puramque voluptatem degustarunt; sed bestiarum ritu despectantes, proni ad terram et epulas, in satietate et coitu pastum quaerunt, vtque aliis superiores in hoc genere sint, calcibus se inuicem et ferreis cornibus petunt, vngulisque interficiunt, acti inexplebili cupiditate.* Osten- 2
dit vero nobis hic scriptor, modo eum non contemnamus, alia insuper via veniri ad sublimitatem posse. Sed quaenam illa? Nempe magnorum scriptorum ac poetarum, qui ante nos fuerunt, imitatio. Ac firmiter quidem scopus ille propositus nobis esse debet. Nam multi alieno numine eodem modo agitantur, quo Pythiam fama tenet, tripodi adpropinquantem, (vbi terrae hiatus est, qui diuinum exhalare fumum dicitur) grauidam vi diuina, illico oracula diuinitus fundere. Sic ergo e veterum magnis ingeniis, velut e sacris antris, in imitatorum mentes effluuia quaedam infe-

λούντων ἐκείνους ψυχὰς, ὡς ἀπὸ ἱερῶν ςομίων,
ἀπόῤῥοιαί τινες φέρονται, ὑφ᾽ ὧν ἐπιπνεόμε-
νοι, καὶ οἱ μὴ λίαν φοιβαςικοὶ, τῷ ἑτέρων
3 συνενθουσιῶσι μεγέθει. Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμη-
ρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον,
ὅ τε Ἀρχίλοχος, πάντων δὲ τούτων μάλιςα ὁ
Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ ἐκείνου νάματος
εἰς αὑτὸν μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευ-
σάμενος. Καὶ ἴσως ἡμῖν ἀποδείξεων ἔδει, εἰ
μὴ τὰ ἐπ᾽ εἴδους καὶ οἱ περὶ Ἀμμώνιον ἐκλέ-
4 ξαντες ἀνέγραψαν. Ἔςι δ᾽ οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶ-
γμα, ἀλλ᾽ ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν, ἢ πλασμάτων,
ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις. Καὶ οὐδ᾽ ἂν
ἐπακμάσαι μοι δοκεῖ τηλικαῦτά τινα τοῖς τῆς
φιλοσοφίας δόγμασι, καὶ εἰς ποιητικὰς ὕλας
πολλαχοῦ συνεμβῆναι καὶ φράσεις, εἰ μὴ περὶ
πρωτείων νὴ Δία παντὶ θυμῷ πρὸς Ὅμηρον,
ὡς ἀνταγωνιςὴς νέος πρὸς ἤδη τεθαυμασμένον,
ἴσως μὲν φιλονεικότερον καὶ οἱονεὶ διαδορατι-
ζόμενος, οὐκ ἀνωφελῶς δ᾽ ὅμως, διηριςεύετο·
„Ἀγαθὴ“ γὰρ, κατὰ τὸν Ἡσίοδον, „ἔρις ἥδε
βροτοῖσι.“ Καὶ τῷ ὄντι καλὸς οὗτος καὶ ἀξιο-
νικώτατος εὐκλείας ἀγών τε καὶ ςέφανος, ἐν
ᾧ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι τῶν προγενεςέρων οὐκ
ἄδοξον.

runtur, quibus illi etiam, qui per se non
facile calescunt, aliena magnitudine adflati
agitantur. Num solus Herodotus Homerum 3
aemulatus est? Imo multo ante Stesichorus
et Archilochus, sed omnium maxime Plato,
qui ex illo Homerico flumine innumera in
se deriuauit. Iam argumentis forte opus erat,
nisi exempla per classes delecta scripto con-
signasset Ammonius. Neque vero hoc fur- 4
tum est, sed expressa formarum aut effigie-
rum aut operum pulcrorum similitudo. Non
enim Plato philosophiae placitis talia adsper-
sisset, aut materiae et dictioni poeticae sae-
pius se immersisset, nisi, tamquam recens
aduersarius cum veterano et spectato, ita cum
Homero de principatu omni vi certasset, con-
tentiosius fortasse ac velut armata manu, sed
non sine fructu. *Fructuosa enim*, iuxta He-
siodum, *haec contentio mortalibus est.* Ac
profecto illud de laude certamen ac prae-
mium praeclarum et eximium est, cum vin-
ci adeo a maioribus non inglorium videatur.

SECT. XIV.

Οὐκοῦν καὶ ἡμᾶς, ἡνίκ' ἂν διαπονῶμεν ὑψηγορίας τι καὶ μεγαλοφροσύνης δεόμενον, καλὸν ἀναπλάττεσθαι ταῖς ψυχαῖς, πῶς ἄν, εἰ τύχοι, ταὐτὸ τοῦθ' Ὅμηρος εἶπεν, πῶς δ' ἂν Πλάτων ἢ Δημοσθένης ὕψωσαν, ἢ ἐν ἱςορίᾳ Θουκυδίδης. Προςπίπτοντα γὰρ ἡμῖν κατὰ ζῆλον ἐκεῖνα τὰ πρόσωπα, καὶ οἷον διαπρέποντα, τὰς ψυχὰς ἀνοίσει πως πρὸς τὰ ἀνειδωλοποιούμενα μέτρα· ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ κἀκεῖνο τῇ διανοίᾳ προςυπογράφοιμεν, πῶς ἂν τόδε τι ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον παρὼν Ὅμηρος ἤκουσεν, ἢ Δημοσθένης, ἢ πῶς ἂν ἐπὶ τούτῳ διετέθησάν. Τῷ γὰρ ὄντι μέγα τὸ ἀγώνισμα, τοιοῦτον ὑποτίθεσθαι τῶν ἰδίων λόγων δικαςήριον καὶ θέατρον, καὶ ἐν τηλικούτοις ἥρωσι, κριταῖς τε καὶ μάρτυσιν, ὑπέχειν τῶν γραφο-
3 μένων εὐθύνας πεπαῖχθαι. Πλέον δὲ τούτων παρορμητικὸν, εἰ προςτιθείης, πῶς ἂν ἐμοῦ ταῦτα γράψαντος ὁ μετ' ἐμὲ πᾶς ἀκούσειεν αἰών; Εἰ δέ τις αὐτόθεν φοβοῖτο, μὴ τȣ̃ ἰδίȣ βίȣ καὶ χρόνου οὐ φθέγξαιτό τι ὑπερήμερον, ἀνάγκη καὶ τὰ συλλαμβανόμενα ὑπὸ τῆς τȣ́του ψυχῆς, ἀτελῆ καὶ τυφλὰ ὥσπερ ἀμβλοῦσθαι, πρὸς τὸν τῆς ὑςεροφημίας ὅλως μὴ τελεσφορούμενα χρόνον.

SECT. XIV.

Quoties ergó aliquid elaboramus, in quo su-
blimitate opus sit et magnitudine animi,
prodest animo fingere, quo modo Homerum
forte, aut Platonem, aut Demosthenem, aut
in historico genere Thucydidem haec dictu-
rum fuisse putemus. Si enim aemulari cu-
pientibus nobis tales tamque velut eminentes
species obuersentur, eleuabunt fere animum
ad illos vsque terminos, quos sibi cogitando
efformarat. Sed multo efficacius erit, et hoc 2
mente depingere: Quo animo ea, quae a me
dicuntur, Homerus et Demosthenes, si ades-
sent, audituri videntur? Quo sensu adfici de-
bere videntur? Vere enim graue certamen est,
hos scriptionis suae iudices aut spectatores
sibi fingere, et cogitare, apud tam insignes
viros, iudices eosdem et testes, scriptorum
rationem reddendam esse. Magis etiam te 3
impellet, si addideris, quo animo scripta haec
tua lecturi sint posteri. Quod si quis, his ita
cogitatis, metuat, ne non dixerit, quod vitam
ipsius et aetatem superaturum videatur, necesse
est, foetum hunc ingenii, immaturum et coecum,
tamquam abortu elisum ac plane imperfectum
esse, vt durare ad posteritatis famam nequeat.

SECT. XV.

Ὄγκου, καὶ μεγαληγορίας, καὶ ἀγῶνος ἐπὶ τούτοις, ὦ νεανία, καὶ αἱ φαντασίαι παρασκευαστικώταται· οὕτω γοῦν εἰδωλοποιΐας αὐτὰς ἔνιοι λέγουσι. Καλεῖται μὲν γὰρ κοινῶς φαντασία πᾶν ἐννόημα, λόγου γεννητικὸν, ὁπωσοῦν παριστάμενον· ἰδίως δ' ἐπὶ τούτων κεκράτηκε τοὔνομα, ὅταν, ἃ λέγῃς, ὑπ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ πάθους βλέπειν δοκῇς, καὶ ὑπ' ὄψιν τιθῇς
2 τοῖς ἀκούουσιν. Ὡς δ' ἕτερόν τι ἡ ῥητορικὴ φαντασία βούλεται, καὶ ἕτερον ἡ παρὰ ποιηταῖς, οὐκ ἂν λάθοι σε, οὐδ' ὅτι τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν ἐνάργεια, τῆς δ' ἐν λόγοις ἔκπληξις, ἀμφότεραι δ' ὅμως τοῦτ' ἐπιζητοῦσι τὸ συγκεκινημένον.

Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι
Τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας·
Αὗται γὰρ, αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.

Καὶ

Οἴ μοι, κτανεῖ με· ποῖ φύγω;

Ἐνταῦθ' ὁ ποιητὴς αὐτὸς εἶδεν ἐριννύας· ὃ δὲ ἐφαντάσθη, μικροῦ δεῖν θεάσασθαι καὶ τοὺς
3 ἀκούοντας ἠνάγκασεν. Ἔστι μὲν οὖν φιλοπονώτατος ὁ Εὐριπίδης, δύο ταυτὶ πάθη, μανίας τε καὶ ἔρωτας, ἐκτραγῳδῆσαι, κἀν τούτοις, ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τισιν ἑτέροις, ἐπιτυχέστατος· οὐ μὴν

SECT. XV.

Etiam phantasiae (sic enim non nulli adpellant imaginum efformationem) granditatis, sublimitatis atque vehementiae, cum his coniunctae, causae sunt. Communi quidem nomine phantasia dicitur, quidquid ita est in mente, vt in verba erumpere possit, vndecumque venerit; sed haesit iam vocabulum in iis, quae sic dicuntur, vt diuino furore et adfectu agitatus videre ea videare, et auditoribus ob oculos ponas. Neque tamen ignorare potes, Terentiane, 2
oratoriam et poeticam phantasiam differre, illamque ideo vsurpari, vt percellat; hanc, vt perspicuam rem reddat; vtramque tamen postulare animi commotionem. *Mater, rogo te, ne mihi sanguinolentas et serpentiferas virgines immittas: hae enim, hae adsiliunt ad me.* Rursus: *Heu mihi! Occidet me. Quo fugiam?* Hîc poeta ipse vidit furias; quod autem videre sibi visus est, id auditores quoque propemodum videre coegit. Nempe Euripides multum 3
in eo elaborare solet, vt duos hos adfectus, furorem et amorem, grauissime describat, et mea

ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπιτίθεσθαι φαντασίαις οὐκ ἄτολμος. Ἥκιςά γέ τοι μεγαλοφυὴς ὤν, ὅμως τὴν αὐτὸς αὐτοῦ φύσιν ἐν πολλοῖς γενέσθαι τραγικὴν προσηνάγκασε, καὶ παρ᾽ ἕκαςα ἐπὶ τῶν μεγεθῶν, ὡς ὁ ποιητὴς,

Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχίον ἀμφοτέρωθεν
Μαςίεται, ἑὲ δ᾽ αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.

ex cler Phae. p. 7 Anm. 2. 4 Τῷ γῦν Φαέθοντι παραδιδὺς τὰς ἡνίας ὁ Ἥλιος,

Ἔλα δὲ, μήτε Λιβυκὸν αἰθέρ᾽ εἰςβαλών·
Κρᾶσιν γὰρ ὑγρὰν οὐκ ἔχων, ἁψῖδα σὴν
Κάτω διήσει —

φησίν. Εἶθ᾽ ἑξῆς,

Ἴει δ᾽, ἐφ᾽ ἑπτὰ Πλειάδων ἔχων δρόμον.
Τοσαῦτ᾽ ἀκέσας εἶτ᾽ ἔμαρψεν ἡνίας·
Κρέσας δὲ πλευρὰν πτεροφόρων ὀχημάτων
Μεθῆκεν· αἱ δ᾽ ἔπταντ᾽ ἐπ᾽ αἰθέρος πτυχάς.
Πατὴρ δ᾽ ὄπισθε νῶτα Σειρίε βεβὼς
Ἵππευε, παῖδα νουθετῶν· Ἐκεῖσ᾽ ἔλα,
Τῇδε ςρέφ᾽ ἅρμα, τῇδε. —

Ἆρ᾽ οὐκ ἂν εἴποις, ὅτι ἡ ψυχὴ τοῦ γράφοντος συνεπιβαίνει τοῦ ἅρματος, καὶ συγκινδυνεύεσα τοῖς ἵπποις συνεπτέρωται; Οὐ γὰρ ἂν, εἰ μὴ τοῖς οὐρανίοις ἐκείνοις ἔργοις ἰσοδρομοῦσα ἐφέρετο, τοιαῦτ᾽ ἄν ποτε ἐφαντάσθη. Ὅμοια καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Κασσάνδρας αὐτῷ,

Ἀλλ᾽, ὦ φίλιπποι Τρῶες —

quidem opinione longe felicius in his, quam
in ceteris, versatur; tamen alias etiam phanta-
sias tractandas sumit. Quamquam vero non
celsos habuit sensus, saepe tamen ingenium
suum, vt vehementius esset, coegit, et in ma-
gnitudine tractanda semper, *vtrimque*, vt est
apud Homerum, *latera et femur cauda fla-
gellat, seque ipsum ad pugnam irritat.* Ita- 4
que Sol, cum Phaethonti habenas tradit, *Age,*
inquit, *currum, sed Libycum aethera non
tange: nullo enim humore temperatus, cur-
rum tuum deorsum euntem transmittet.* Paulo
post: *Ad septem Pleiadas cursum tene. His
auditis prehendit habenas, pulsatoque aligeri
currus latere, dimisit equos. Volant illi per
conuexa coeli. Post eum parens, tergo Sirii
vectus, equitabat, adhortans filium: Illuc age,
hac, hac flecte currum.* Nonne ergo animum
poetae vna adscendere currum, vna pericli-
tantem cum equis volare dixeris? Neque enim,
nisi coelestis illius cursus comes fuisset, talia
concipere animo potuisset. Similis est apud
eum de Cassandra locus: *Sed, equis gauden-*

5 Τῦ δ' Αἰσχύλυ φαντασίαις ἐπιτολμῶντος ἡρωϊκωτάταις, (ὥσπερ καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας παρ' αὐτῷ,

Ἄνδρες, φησὶν, ἑπτὰ, θούριοι λοχαγέται,
Ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος,
Καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείυ φόνου,
Ἄρην τ', Ἐνυὼ, καὶ φιλαίματον Φόβον
Ὁρκωμότησαν,

τὸν ἴδιον αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους δίχα οἴκτυ συνομνύμενοι θάνατον), ἐνίοτε μέντοι ἀκατεργάςους καὶ οἱονεὶ πωκοειδεῖς τὰς ἐννοίας καὶ ἀμαλάκτους φέροντος, ὅμως ἑαυτὸν ὁ Εὐριπίδης κἀκείνοις ὑπὸ φιλοτιμίας τοῖς κινδύνοις προς-
6 βιβάζει. Καὶ παρὰ μὲν Αἰσχύλῳ παραδόξως τὰ τοῦ Λυκούργου βασίλεια κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Διονύσου θεοφορεῖται,

Ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει ςέγη·

ὁ δ' Εὐριπίδης τὸ αὐτὸ τοῦθ' ἑτέρως ἐφηδύνας ἐξεφώνησε,

Πᾶν δὲ ξυνεβάκχευσ' ὄρος.

7 Ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου, καὶ ἑαυτὸν μετὰ διοσημείας τινὸς θάπτοντος, πεφάνταςαι, καὶ, κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τ' Ἀχιλλέως, προφαινομένου τοῖς ἀναγομένοις ὑπὲρ τοῦ τάφου· ἣν οὐκ οἶδ' εἴ τις ὄψιν ἐναργέςερον εἰδωλοποίησε

tes Troiani — Etiamsi porro Aeschylus he- 5
roibus dignissimas phantasias tractare audet
(quale illud est de septem heroibus ad The-
bas: *Septem viri, fortes duces, caeso in ni-
grum scutum tauro, manu victimae sanguinem
tangentes, per Martem, Bellonam et cruen-
tum Pauorem coniurarunt:* qui sine misera-
tione suam ipsi mortem iureiurando paciscun-
tur) interdum vero nondum tractatas et velut
impexas atque rudes sententias profert: tamen
Euripides laboriosus se in illa quoque peri-
cula immittit. Regia Lycurgi apud Aeschy- 6
lum Baccho aduentante adflata deo dicitur, id-
que inusitato modo: *Furit domus, baccha-
tur tectum:* sed hoc idem Euripides aliter et
mollius dixit: *Totus mons vna bacchabatur.*
Etiam Sophocles, cum de moriente Oedi- 7
po, seque ipsum inter tempestatem sepelien-
te, et in descriptione profectionis Graeco-
rum de Achille loquitur, cuius species abe-
untibus super sepulcro offerebatur, perfe-
ctam concepit imaginem, a nemine fortas-
se clarius repraesentatam, quam a Simonide.

Σιμωνίδου· πάντα δ' ἀμήχανον παρατίθεσθαι.
8 Οὐ μὴν ἀλλὰ τὰ μὲν παρὰ τοῖς ποιηταῖς μυθικωτέραν ἔχει τὴν ὑπερέκπτωσιν, ὡς ἔφην, καὶ πάντῃ τὸ πιςὸν ὑπεραίρουσαν· τῆς δὲ ῥητορικῆς φαντασίας κάλλιςον ἀεὶ τὸ ἔμπρακτον καὶ ἐνάληθες. Δειναὶ δὲ καὶ ἔκφυλοι αἱ παραβάσεις, ἡνίκ' ἂν ᾖ ποιητικὸν τοῦ λόγου καὶ μυθῶδες τὸ πλάσμα, καὶ εἰς πᾶν προεκπίπτον τὸ ἀδύνατον· ὡς ἤδη νὴ Δία καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δεινοὶ ῥήτορες, καθάπερ οἱ τραγῳδοὶ, βλέπουσιν ἐριννύας, καὶ οὐδὲ ἐκεῖνο μαθεῖν οἱ γενναῖοι δύνανται, ὅτι ὁ λέγων Ὀρέςης,

Μέθες, μί' οὖσα τῶν ἐμῶν ἐριννύων·
Μέσον μ' ὀχμάζεις, ὡς βάλῃς εἰς τάρταρον,

9 φαντάζεται ταῦθ', ὅτι μαίνεται. Τί οὖν ἡ ῥητορικὴ φαντασία δύναται; Πολλὰ μὲν ἴσως καὶ ἄλλα τοῖς λόγοις ἐναγώνια καὶ ἐμπαθῆ προσεισφέρειν· κατακιρναμένη μέντοι ταῖς πραγματικαῖς ἐπιχειρήσεσιν, οὐ πείθει τὸν ἀκροατὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ δουλοῦται. Καὶ μὴν εἴ τις, φησὶν, αὐτίκα δὴ μάλα κραυγῆς ἀκούσειε πρὸ τῶν δικαςηρίων, εἶτ' εἴποι τις, ὡς ἀνέῳκται τὸ δεσμωτήριον, οἱ δὲ δεσμῶται φεύγουσιν, οὐδεὶς οὕτως, οὔτε γέρων οὔτε νέος, ὀλίγωρός ἐςιν, ὃς οὐχὶ βοηθήσει, καθ' ὅσον δύναται· εἰ δὲ δὴ τις εἴποι παρελθὼν, ὡς ὁ τούτους ἀφεὶς οὗτός

Sed infinitum foret, omnia recensere. Enim- 8
vero poeticae visiones, vt dixi, maiorem habent et fabulis concessam licentiam, quae omnino fidem excedit; sed rhetoricarum maxima est commendatio a vehementia et veritate. Improbandae autem et alienae sunt (huiusmodi) digressiones, si genus dicendi poeticum et fictio fabulosa sit, et ad ea vsque progrediatur, quae fieri nequeunt, quemadmodum, qui nostra aetate dicendo excellunt, tamquam tragici poetae, furias vident, in quo egregii illi non intelligunt, si quando Orestes dicat: *Mitte me o tu, quae vna es mearum furiarum! Medium me prehendis, vt in orcum deiicias:* ei hanc
speciem vt insano obuenire. Quaenam ergo 9
est rhetoricae phantasiae vis? Fortasse et alio multiplici modo orationem vehementem et concitatam reddit; sed mixta argumentationibus rhetoricis non persuadet solum auditoribus, verum obedire eos etiam cogit. Dicit aliquo loco Demosthenes: *Iam si quis ipso hoc horae momento ante locum iudicii clamorem exaudiret, tum vero quidam nunciaret, effracto carcere fugere captiuos, nemo nec iuuenis, nec senex, ita socors mihi videtur, quin pro viribus auxilio currat. Sed si quis eos a Timo-*

ἐςιν, οὐδὲ λόγου τυχὼν παραυτίκ᾽ ἂν ἀπόλοιτο.
10 Ὥς νὴ Δία καὶ ὁ Ὑπερίδης κατηγορούμενος,
ἐπειδὴ τοὺς δούλους μετὰ τὴν ἧτταν ἐλευθέρȣς
ἐψηφίσατο, Τοῦτο τὸ ψήφισμα, εἶπεν, οὐχ ὁ
ῥήτωρ ἔγραψεν, ἀλλ᾽ ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη.
Ἅμα γὰρ τῷ τῷ πραγματικῷ ἐπιχειρεῖν ὁ ῥή-
τωρ πεφάνταςαι· διὸ καὶ τὸν τοῦ πείθειν ὅρον
11 ὑπερβέβηκε τῷ λήμματι. Φύσει δέ πως ἐν τοῖς
τοιούτοις ἅπασιν ἀεὶ τοῦ κρείττονος ἀκούομεν·
ὅθεν ἀπὸ τοῦ ἀποδεικτικοῦ περιελκόμεθα εἰς
τὸ κατὰ φαντασίαν ἐκπληκτικὸν, ᾧ τὸ πρα-
γματικὸν ἐγκρύπτεται περιλαμπόμενον. Καὶ
τοῦτ᾽ οὐκ ἀπεικότως πάσχομεν· δυοῖν γὰρ συν-
ταττομένων ὑφ᾽ ἓν, ἀεὶ τὸ κρεῖττον εἰς ἑαυτὸ
12 τὴν θατέρου δύναμιν περισπᾷ. Τοσαῦτα περὶ
τῶν κατὰ τὰς νοήσεις ὑψηλῶν, καὶ ὑπὸ μεγα-
λοφροσύνης, ἢ μιμήσεως, ἢ φαντασίας ἀπο-
γεννωμένων ἀρκέσει.

SECT. XVI.

Αὐτόθι μέντοι καὶ ὁ περὶ σχημάτων ἐφεξῆς
τέτακται τόπος· καὶ γὰρ ταῦτ᾽, ἂν ὃν δεῖ σκευ-
άζηται τρόπον, ὡς ἔφην, οὐκ ἂν ἡ τυχοῦσα
μεγέθους εἴη μερίς. Οὐ μὴν ἀλλ᾽, ἐπεὶ τὸ πάν-
τα διακριβοῦν πολὺ ἔργον ἐν τῷ παρόντι, μᾶλ-
λον δ᾽ ἀπεριόριςον, ὀλίγα τῶν, ὅσα μεγαληγο-

crate carcere dimissos diceret, haud dubie in-
dicta causa statim damnaretur. Eodem modo 10
Hyperides, qui clade accepta seruos decreto
liberos esse iusserat, in ius vocatus, *Hoc de-*
cretum, inquit, *non orator scripsit, sed proe-*
lium ad Chaeroneam. Nam dum rem argu-
mentando tractat orator, visione vsus est, li-
mitesque persuasionis additamento hoc exces-
sit. Sed in omnibus huiusmodi locis natura 11
fere duce id, quod maiorem vim habet, at-
tendimus, ideoque ab argumentis ad visiones
animum percellentes abstrahimur, quarum splen-
dore argumentatio obscuratur. Nec mirum,
cum, duobus coniunctis, semper id, quod for-
tius est, alterius vim ad se rapiat. Haec de 12
sublimitate notionum, quam animi altitudo,
aut imitatio, aut phantasiae gignunt, dixisse
sufficiat.

SECT. XVI.

Dicendum est deinceps de figuris, quae et ipsae, si recte vsurpentur, non parua, vt dixi, pars sublimitatis sunt. Cum autem omnes in praesenti accurate persequi longum foret, atque adeo infinitum, paucas tantum, quae quidem sublimitatem orationis efficiunt,

ρίας ἀποτελεςικὰ, τοῦ πιςώσασθαι τὸ προκεί-
2 μενον ἕνεκα καὶ δὴ διέξιμεν. Ἀπόδειξιν ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τῶν πεπολιτευμένων εἰςφέρει· τίς δ' ἦν ἡ κατὰ φύσιν χρῆσις αὐτῆς; „Οὐχ ἡμάρτετε, ὦ τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνα ἀράμενοι· ἔχετε δὲ οἰκεῖα τούτου παραδείγματα· οὐδὲ γὰρ οἱ ἐν Μαραθῶνι ἥμαρτον, οὐδ' οἱ ἐν Σαλαμῖνι, οὐδ' οἱ ἐν Πλαταιαῖς." Ἀλλ' ἐπειδὴ, καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ καὶ οἱονεὶ φοιβόληπτος γενόμενος, τὸν κατὰ τῶν ἀριςέων τῆς Ἑλλάδος ὅρκον ἐξεφώνησεν, „Οὐκ ἔςιν, ὅπως ἡμάρτετε, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας," φαίνεται δι' ἑνὸς τοῦ ὀμοτικοῦ σχήματος, ὅπερ ἐνθάδε ἀποςροφὴν ἐγὼ καλῶ, τοὺς μὲν προγόνους ἀποθεώσας, ὅτι δεῖ τοὺς οὕτως ἀποθανόντας ὡς θεοὺς ὀμνύναι παριςάνων, τοῖς δὲ κρίνουσι τὸ τῶν ἐκεῖ προκινδυνευσάντων ἐντιθεὶς φρόνημα, τὴν δὲ τῆς ἀποδείξεως φύσιν μεθεςακὼς εἰς ὑπερβάλλον ὕψος καὶ βάθος, καὶ ξένων καὶ ὑπερφυῶν ὅρκων ἀξιοπιςίαν, καὶ ἅμα παιώνιόν τινα καὶ ἀλεξιφάρμακον εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων καθιεὶς λόγον, ὡς κουφιζομένους ὑπὸ τῶν ἐγκωμίων μηδὲν ἔλαττον τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Φίλιππον, ἢ ἐπὶ τοῖς κατὰ Μαραθῶνα καὶ Σαλαμῖνα νικητηρίοις, παρί-

percurremus, vt id, quod supra propositum est, confirmetur. Demosthenes, cum suam in republica rationem defendit, argumento secundum naturam sic vti debebat: Non peccastis vos, qui pro libertate Graecorum certamen suscepistis; habetis potius domestica exempla: neque enim, qui ad Marathona aut Salamina aut Plataeas pugnauere, peccarunt. Sed cum, velut repente deo adflatus et Phoebo plenus, illud iusiurandum per principes Graecos protulerit: *Non potuit fieri, vt peccaretis, per illos iuro, qui ad Marathona ceterorum nomine pugnarunt:* videtur vna hac figura, quam ego hic apostrophen adpello, maiores in deorum numerum referre, (per eos enim, qui sic occubuerint, vt per deos iurandum esse docet) iudices ad studium eorum, qui pugnarant, incendere, demonstrationis loco vti sublimitate et adfectu, ac plane inusitato iureiurando fidem rei facere, simul auditorum animis medelam orationis adhibere, atque ita monere, vt laudibus recreati animum propter proelium cum Philippo commissum non magis despondendum putent, quam propter Marathoniam et Salaminiam victoriam. His omnibus, et figurae quidem beneficio, abreptos

ςασθαι φρονεῖν· οἷς πᾶσι τοὺς ἀκροατὰς διὰ
3 τοῦ σχηματισμοῦ συναρπάσας ᾤχετο. Καίτοι παρὰ τῷ Εὐπόλιδι τοῦ ὅρκου τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι,

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Ἔςι δὲ οὐ τὸ ὁπωσοῦν τινὰ ὀμόσαι μέγα, τὸ δὲ ποῦ, καὶ πῶς, καὶ ἐφ' ὧν καιρῶν, καὶ τίνος ἕνεκα. Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οὐδέν ἐς' εἰ μὴ ὅρκος, καὶ πρὸς εὐτυχοῦντας ἔτι καὶ οὐ δεομένους παρηγορίας τοὺς Ἀθηναίους· ἔτι δ' οὐχὶ τοὺς ἄνδρας ἀπαθανατίσας ὁ ποιητὴς ὤμοσεν, ἵνα τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τοῖς ἀκούσσιν ἐντέκῃ λόγον ἄξιον, ἀλλ' ἀπὸ τῶν προκινδυνευσάντων ἐπὶ τὸ ἄψυχον ἀπεπλανήθη, τὴν μάχην. Παρὰ δὲ τῷ Δημοσθένει πεπραγμάτευται πρὸς ἡττημένους ὁ ὅρκος, ὡς μὴ Χαιρώνειαν ἔτ' Ἀθηναίοις ἀτύχημα φαίνεσθαι. Καὶ ταὐτὸν, ὡς ἔφην, ἅμα ἀπόδειξίς ἐςι τοῦ μηδὲν ἡμαρτηκέναι, παράδειγμα, ὅρκων πίςις, ἐγκώμιον, προτροπή.
4 Κἀπειδήπερ ὑπήντα τῷ ῥήτορι, „Λέγεις ἧτταν πολιτευσάμενος, εἶτα νίκας ὀμνύεις,“ διὰ ταῦθ' ἑξῆς κανονίζει, καὶ δι' ἀσφαλείας ἄγει καὶ ὀνόματα, διδάσκων, ὅτι κἀν βακχεύμασι νήφειν ἀναγκαῖον· „Τοὺς προκινδυνεύσαντας,“ φησὶν, „ἐν Μαραθῶνι τῶν προγόνων, καὶ τοὺς Σαλα-

auditores secum aufert. Ac semina quidem huius 3 iurisiurandi apud Eupolidem esse perhibent, apud quem aliquis, *Nemo eorum*, inquit, *per mea ad Marathonem facta iuro, impune animum meum contristabit.* Sed non quodlibet iusiurandum sublime est; illud potius videndum, vbi, quomodo, quo tempore, et qua de causa quis iuret. Apud Eupolidem ergo nil nisi iusiurandum occurrit, idque coram iis Atheniensibus, qui felices adhuc erant, nec consolatione egebant. Neque vero ita iurauit, vt hominibus diuinitatem tribueret, dignaque virtute illa cogitatione auditores repleret; sed a pugnantibus ad rem inanimatam, hoc est, ad proelium deflexit. Demosthenes 4 vero apud victos sic vtitur iureiurando, vt ne Chaeronea Atheniensibus amplius clades videatur. Igitur eadem opera, vt dixi, et demonstrat, nihil peccatum esse, et exemplo, fide iurisiurandi, laude et cohortatione defungitur. Sed quoniam ei illud occurrebat: *Loqueris de clade, quae te rempublicam administrante accepta est, et postea per victorias iuras:* normam in posterum scriptoribus constituit, et vel vocabula caute vsurpat, eoque docet, etiam in vehementissima animi commotione sobrios nos esse oportere. Nam, qui ad Marathona *pu-*

μῖνι καὶ τοὺς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχήσαντας, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους." Οὐδαμοῦ „νικήσαντας" εἶπεν, ἀλλὰ πάντη τὸ τȣ̃ τέλους διακέκλοφεν ὄνομα, ἐπειδήπερ ἦν εὐτυχὲς, καὶ τοῖς κατὰ Χαιρώνειαν ὑπεναντίον. Διόπερ καὶ τὸν ἀκροατὴν φθάνων εὐθὺς ὑποφέρει· „Οὓς ἅπαντας ἔθαψε δημοσίᾳ," φησὶν, „ἡ πόλις, Αἰσχίνη, ȣ̓ τȣ̀ς κατορθώσαντας μόνȣς."

SECT. XVII.

Οὐκ ἄξιον δ' ἐπὶ τούτȣ τοῦ τόπου παραλιπεῖν ἕν τι τῶν ἡμῖν τεθεωρημένων, φίλτατε, (ἔςαι δὲ πάνυ σύντομον), ὅτι φύσει πως συμμαχεῖ τε τῷ ὕψει τὰ σχήματα, καὶ πάλιν ἀντισυμμαχεῖται θαυμαςῶς ὑπ' αὐτοῦ. Πῇ δὲ καὶ πῶς, ἐγὼ φράσω. Ὕποπτόν ἐςιν ἰδίως τὸ διὰ σχημάτων πανȣργεῖν, καὶ προςβάλλον ὑπόνοιαν ἐνέδρας, ἐπιβουλῆς, παραλογισμοῦ· καὶ ταῦθ', ὅταν ᾖ πρὸς κριτὴν κύριον ὁ λόγος, μάλιςα δὲ πρὸς τυράννους, βασιλέας, ἡγεμόνας ἐν ὑπεροχαῖς· ἀγανακτεῖ γὰρ εὐθὺς, εἰ ὡς παῖς ἄφρων ὑπὸ τεχνίτου ῥήτορος σχηματίοις κατασοφίζεται, καὶ εἰς καταφρόνησιν ἑαυτοῦ λαμβάνων τὸν παραλογισμὸν, ἐνίοτε μὲν ἀποθηριοῦται τὸ σύνολον· κἂν ἐπικρατήσῃ δὲ τοῦ θυμοῦ, πρὸς τὴν πειθὼ τῶν λόγων πάντως ἀντιδιατί-

gnarunt, inquit, *maiores nostri* ad Salamina et Artemisium nauale *proelium commiserunt*, et ad Plataeeas hosti *se opposuerunt:* nusquam dixit, *qui vicerunt;* sed vbique illud vocabulum callide reticuit, quo exitus significatur: fuerat enim ille felix et rebus ad Chaeroneam gestis contrarius. Vt ergo occuparet auditores, statim addidit: *Quos omnes, Aeschines, publico sumtu ciuitas sepeliit, non eos tantum, qui recte rem gesserant.*

SECT. XVII.

Sed vnum eorum, quae mihi cogitando intellexisse videor, praeterire hoc loco non possum, (dicam tamen breuiter) natura fere figuras adiuvare sublimitatem, ab eaque rursus mire adiuuari. Quod quo loco fiat, et quo modo, exponam. Proprium est verborum lenociniis, suspicionem mouere, insidiarumque, doli atque fraudationis opinionem excitare, praesertim cum apud eum iudicem, qui imperium in nos habet, dicitur, maxime apud tyrannos, reges, duces, et quicumque magistratibus funguntur. Irascitur enim iudex, cum ab oratore, artem adfectante, figuris pueriliter circumuenitur, et quoniam fraudem in contemtum sui trahit, interdum omnino efferatur;

θεται. Διόπερ καὶ τότε ἄριςον δοκεῖ τὸ σχῆμα, ὅταν αὐτὸ τοῦτο διαλανθάνῃ, ὅτι σχῆμά ἐςι.
2 Τὸ τοίνυν ὕψος καὶ πάθος τῆς ἐπὶ τῷ σχηματίζειν ὑπονοίας ἀλέξημα καὶ θαυμαςή τις ἐπικουρία καθίςαται· καί πως παραλειφθεῖσα ἡ τοῦ πανουργεῖν τέχνη τοῖς πάθεσι καὶ μεγέθεσι τὸ λοιπὸν δέδυκε, καὶ πᾶσαν ὑποψίαν ἐκπέφευγεν. Ἱκανὸν δὲ τεκμήριον τὸ προειρημένον, Μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι. Τίνι γὰρ ἐνταῦθ' ὁ ῥήτωρ ἀπέκρυψε τὸ σχῆμα; δῆλον, ὅτι τῷ φωτὶ αὐτῷ. Σχεδὸν γὰρ, ὥσπερ καὶ τἀμυδρὰ φέγγη ἐναφανίζεται τῷ ἡλίῳ περιαυγούμενα, οὕτω τὰ τῆς ῥητορικῆς σοφίσματα ἐξαμαυροῖ
3 περιχυθὲν πάντοθεν τὸ μέγεθος. Οὐ πόῤῥω δ' ἴσως τούτε καὶ ἐπὶ τῆς ζωγραφίας τι συμβαίνει· ἐπὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ κειμένων ἐπιπέδου παραλλήλων ἐν χρώμασι τῆς σκιᾶς τε καὶ τοῦ φωτὸς, ὅμως προϋπαντᾷ τε τὸ φῶς ταῖς ὄψεσι, καὶ οὐ μόνον ἔξοχον, ἀλλὰ καὶ ἐγγυτέρω παραπολὺ φαίνεται. Οὐκοῦν καὶ τῶν λόγων τὰ πάθη καὶ τὰ ὕψη, ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐγγυτέρω κείμενα διά τε φυσικήν τινα συγγένειαν καὶ διὰ λαμπρότητα, ἀεὶ τῶν σχημάτων προεμφανίζεται, καὶ τὴν τέχνην αὐτῶν ἀποσκιάζει, καὶ οἷον ἐν κατακαλύψει τηρεῖ.

sin vicerit iram, tamen a persuasione prorsus
alienus est. Ideoque tum demum, cum id ip-
sum latet, esse figuras, maxime probandae sunt.
Sublimitas ergo et adfectus suspicioni, quae 2
figuris efficitur, mirifice medentur, ac si forte
illa artis calliditas adsumta fuerit, sublimitate
et adfectu tecta latet, omnemque suspicionem
effugit. Cuius rei idoneum argumentum est,
quod antea posui: *Per eos iuro, qui ad Ma-
rathona pugnarunt.* Quo enim modo orator
hic occuluit figuram? Nempe ipso lumine. Vt
enim lumina tenuiora sole circumfuso obscu-
rantur, ita fere vndique circumfusa sublimitas
elocutionis fraudes obscurat. Neque forte mul- 5
tum ab hoc differt, quod in pictoria arte eue-
nit. Quamquam enim in eadem tabulae super-
ficie vmbra et lux iuxta se coloribus expressa
sunt, tamen lux prior oculis occurrit, nec so-
lum eminere, sed multo etiam propior esse
videtur. Itaque et in oratione adfectus ac su-
blimitas, mentibus nostris naturali quadam
cognatione suoque splendore propiores, sem-
per priores figuris elucent, earumque artem
obumbrant obtectamque cerni non patiuntur.

SECT. XVIII.

Τί δ' ἐκεῖνα φῶμεν, τὰς πεύσεις τε καὶ ἐρωτήσεις; Ἆρα οὐκ αὐταῖς ταῖς τῶν σχημάτων εἰδοποιΐαις παραπολὺ ἐμπρακτότερα καὶ σοβαρώτερα συντείνει τὰ λεγόμενα; „Ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες ἀλλήλων πυνθάνεσθαι· λέγεταί τι καινόν; Τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτυ καινότερον, ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ καταπολεμῶν τὴν Ἑλλάδα; Τέθνηκε Φίλιππος; Οὐ μὰ Δί', ἀλλ' ἀσθενεῖ. Τί δ' ὑμῖν διαφέρει; καὶ γὰρ, ἂν οὗτός τι πάθῃ, ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε." Καὶ πάλιν, „Πλέωμεν ἐπὶ Μακεδονίαν," φησί. „Ποῖ δὴ προσορμιούμεθα, ἤρετό τις. Εὑρήσει τὰ σαθρὰ τῶν Φιλίππου πραγμάτων αὐτὸς ὁ πόλεμος." Ἦν δὲ ἁπλῶς ῥηθὲν τὸ πρᾶγμα τῷ παντὶ καταδεέςερον· νυνὶ δὲ τὸ ἔνθουν καὶ ὀξύῤῥοπον τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως, καὶ τὸ πρὸς ἑαυτὸν ὡς πρὸς ἕτερον ἀνθυπαντᾷν, οὐ μόνον ὑψηλότερον ἐποίησε τῷ σχηματισμῷ τὸ ῥηθὲν, ἀλλὰ καὶ πιςότερον.

2 Ἄγει γὰρ τὰ παθητικὰ τότε μᾶλλον, ὅταν αὐτὰ φαίνηται μὴ ἐπιτηδεύειν αὐτὸς ὁ λέγων, ἀλλὰ γεννᾷν ὁ καιρός· ἡ δ' ἐρώτησις ἡ εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἀπόκρισις μιμεῖται τοῦ πάθους τὸ ἐπίκαιρον. Σχεδὸν γὰρ, ὡς οἱ ὑφ' ἑτέρων ἐρωτώμενοι παροξυνθέντες ἐκ τοῦ παραχρῆμα πρὸς τὸ λεχθὲν

SECT. XVIII.

Sed quid de interrogationibus dicemus? Non-
ne ipsa figurarum conformatione orationem in-
tendunt multoque vehementiorem reddunt?
*Vultisne, dic quaeso, circueuntes interrogare
alter alterum, Num quid noui narratur?
Quidnam vero magis nouum fuerit, quam
a Macedone Graeciam subiugari? Obiitne
Philippus? Hercle non obiit, sed aegrotat.
Quid autem vestra interest? Nam, si quid
ei acciderit, celeriter vos alium eligetis Phi-
lippum.* Idem alibi, *Nauigemus*, inquit, *in
Macedoniam. Sed, dixerit aliquis, vbi ad-
pellemus? Ipsum bellum reperiet, si qua
parte res Philippi laborant.* Erat vero hoc
sine figura plane tenue; nunc vis et vehe-
mentia interrogandi atque respondendi, ac
secum vt cum alio sermocinandi, figurae ad-
iumento non solum sublimiorem, sed et fide
digniorem locum reddidit. Tum enim ad- 2
fectus multo magis abripit auditores, cum
eum non orator arte quaesisse, sed ipsa res
et tempus peperisse videtur. Atqui interro-
gare se ipsum ac sibimet respondere est eius
temporis, quo animus adfectu mouetur. Vt
enim ii, qui interrogando accensi sunt, ce-

ἐναγωνίως καὶ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀνθυπαντῶσιν, οὕτω τὸ σχῆμα τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως, εἰς τὸ δοκεῖν ἕκαςον τῶν ἐσκεμμένων ἐξ ὑπογυίου κεκινῆσθαί τε καὶ λέγεσθαι τὸν ἀκροατὴν ἀπάγον, καὶ παραλογίζεται. Ἔτι τοίνυν, (ἓν γάρ τι τῶν ὑψηλοτάτων τὸ Ἡροδότειον πεπίςευται,) εἰ οὕτως ἕ - - - - - -

SECT. XIX.

- - - ἄπλοκα ἐκπίπτει, καὶ οἱονεὶ προχεῖται τὰ λεγόμενα, ὀλίγου δεῖν φθάνοντα καὶ αὐτὸν τὸν λέγοντα. Καὶ συμβαλόντες, φησὶν ὁ Ξενοφῶν, τὰς ἀσπίδας, ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο,
2 ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον. Καὶ τὰ τȣ̃ Εὐρυλόχȣ,

Ἤιομεν, ὡς ἐκέλευες, ἀνὰ δρυμὰ, φαίδιμ᾽ Ὀδυσσεῦ,
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα καλά.

Τὰ γὰρ ἀλλήλων διακεκομμένα, καὶ οὐδὲν ἧττον κατεσπευσμένα, φέρει τῆς ἀγωνίας ἔμφασιν, ἅμα καὶ ἐμποδιζούσης τι καὶ συνδιωκούσης. Τοιαῦθ᾽ ὁ ποιητὴς ἐξήνεγκε διὰ τῶν ἀσυνδέτων.

SECT. XX.

Ἄκρως δὲ καὶ ἡ ἐπὶ ταὐτὸ σύνοδος τῶν σχημάτων εἴωθε κινεῖν, ὅταν δύο ἢ τρία, οἷον κατὰ συμμορίαν ἀνακιρνάμενα, ἀλλήλοις ἐρανίζῃ τὴν ἰσχὺν, τὴν πειθὼ, τὸ κάλλος· ὁποῖα καὶ

leriter et ex animi sententia respondent: sic figura interrogationis et responsionis, dum eo abducit auditorem, vt, quae cogitata sunt, ea ex tempore proferri putet ac dici, eum decipit. Praeterea vero (nam Herodoteum illud refertur inter maxime sublimia) si sic - - - - - -

SECT. XIX.

- - - - soluta dilabitur ac velut profun-
ditur oratio, dicentem adeo ipsum paene
praecurrens. *Cum scuta conflixissent*, Xe-
nophon inquit, *vrgebantur*, *resistebant*, *in-
terficiebant*, *moriebantur*. Item illa Eury- 2
lochi: *Ibamus*, *iussu tuo*, *nobilis Vlysses*,
per saltum, *videbamus in valle pulcras ae-
des*. Haec enim, dissoluta inuicem et ni-
hilo minus praecipitata, adferunt conten-
tionis speciem, quae eodem tempore et re-
tardat et accelerat. Talia poeta asyndeto
expressit.

SECT. XX.

In primis vero multitudo figurarum in eodem loco mouere solet, cum duae aut tres, tamquam societate coniunctae, ad robur, persuasionem et ornatum conferunt. Ex hoc genere

τὰ εἰς τὸν Μειδίαν, ταῖς ἀναφοραῖς ὁμοῦ καὶ τῇ διατυπώσει συναναπεπλεγμένα τὰ ἀσύνδετα. „Πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὧν ὁ παθὼν ἔνια ἐδ᾽ ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο ἑτέρῳ,
2 τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ.“ Εἶθ᾽, ἵνα μὴ ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὁ λόγος ἰὼν ςῇ, (ἐν τάξει γὰρ τὸ ἠρεμοῦν, ἐν ἀταξίᾳ δὲ τὸ πάθος, ἐπεὶ φορὰ ψυχῆς καὶ συγκίνησίς ἐςιν,) εὐθὺς ἐπ᾽ ἄλλα μεθήλατο ἀσύνδετα καὶ ἐπαναφοράς· „τῷ σχήματι, τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ, ὅταν ὡς ὑβρίζων, ὅταν ὡς ἐχθρὸς, ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόῤῥης.“ Οὐδὲν ἄλλο διὰ τούτων ὁ ῥήτωρ, ἢ ὅπερ ὁ τύπτων, ἐργάζεται· τὴν διάνοιαν τῶν
3 δικαςῶν τῇ ἐπαλλήλῳ πλήττει φορᾷ. Εἶτ᾽ ἐντεῦθεν πάλιν, ὡς αἱ καταιγίδες, ἄλλην ποιούμενος ἐμβολὴν, „Ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόῤῥης,“ φησί· „Ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίςησιν ἀνθρώπους, ἀήθεις ὄντας τοῦ προπηλακίζεσθαι· οὐδεὶς, ταῦτα ἀπαγγέλλων, δύναιτο τὸ δεινὸν παραςῆσαι.“ Οὐκοῦν τὴν μὲν φύσιν τῶν ἐπαναφορῶν καὶ ἀσυνδέτων πάντῃ φυλάττει τῇ συνεχεῖ μεταβολῇ· οὕτως αὐτῷ καὶ ἡ τάξις ἄτακτον, καὶ ἔμπαλιν ἡ ἀταξία ποιὰν περιλαμβάνει τάξιν.

illa sunt in Midiana Demosthenis asyndeta, anaphoris et descriptione rursus copulata. *Multa*, inquit, *qui alterum pulsat, gestu, vultu, voce fecerit, quae qui pertulit, non omnia narrare alteri possit.* Iam ne ora- 2
tio procurrens vni rei immorari videretur (animus enim adfectu vacuus quiescit; sed adfectus, qui agitatione et impetu mentis constat, tumultuatur) statim ad alia transiliit asyndeta et anaphoras: *Mox insolenter, mox hostiliter, mox pugno, mox colapho.* Quibus omnibus orator pulsantem plane imitatur, et huc illuc ruens mentem iudicum pulsat. Hinc, vt procella, denuo facit im- 3
petum: *Haec dolent, haec de statu deiiciunt homines, contumeliis non adsuetos. Nemo insolentiam narrando ob oculos ponere potest.* Conseruat ergo continua vicissitudine naturam asyndetorum et anaphorarum, ideoque apud eum ordo perturbationem, et perturbatio ordinem quemdam habet.

SECT. XXI.

Φέρε οὖν, πρόσθες τοὺς συνδέσμους, εἰ θέλοις,
ὡς ποιοῦσιν οἱ Ἰσοκράτειοι· „Καὶ μὴν ȣ̓δὲ τȣ̃το
χρὴ παραλιπεῖν, ὡς πολλὰ ἂν ποιήσειεν ὁ τύ-
πτων, πρῶτον μὲν τῷ σχήματι, εἶτα δὲ τῷ
βλέμματι, εἶτά γε μὴν αὐτῇ τῇ φωνῇ" καὶ
εἴσῃ κατὰ τὸ ἑξῆς οὕτως παραγράφων, ὡς τοῦ
πάθους τὸ συνδεδιωγμένον καὶ ἀποτραχυνόμε-
νον, ἐὰν τοῖς συνδέσμοις ἐξομαλίσῃς εἰς λειό-
τητα, ἄκεντρόν τε προσπίπτει, καὶ εὐθὺς ἔ-
2 σβεσαι. Ὥσπερ γὰρ, εἴ τις συνδήσειε τῶν θεόν-
των τὰ σώματα, τὴν φορὰν αὐτῶν ἀφῄρηται,
οὕτως καὶ τὸ πάθος, ὑπὸ τῶν συνδέσμων καὶ
τῶν ἄλλων προσθηκῶν ἐμποδιζόμενον, ἀγα-
νακτεῖ· τὴν γὰρ ἐλευθερίαν ἀπολύει τοῦ δρό-
μȣ, καὶ τὸ ὡς ἀπ᾽ ὀργάνȣ τινὸς ἀφίεσθαι.

SECT. XXII.

Τῆς δὲ αὐτῆς ἰδέας καὶ τὰ Ὑπερβατὰ θετέον· ἔςι δὲ λέξεων ἢ νοήσεων ἐκ τȣ̃ κατ᾽ ἀκολουθίαν κεκινημένη τάξις, καὶ οἱονεὶ χαρακτὴρ ἐναγωνίου πάθους ἀληθέςατος. Ὡς γὰρ οἱ τῷ ὄντι ὀργιζόμενοι, ἢ φοβούμενοι, ἢ ἀγανακτοῦντες, ἢ ὑπὸ ζηλοτυπίας, ἢ ὑπὸ ἄλλου τινὸς, (πολλὰ γὰρ καὶ ἀναρίθμητα πάθη, καὶ οὐδ᾽ ἂν εἰπεῖν τις ὁπόσα δύναιτο,) ἑκάςοτε παραπίπτοντες, ἄλλα προθέμενοι πολλάκις ἐπ᾽ ἄλλα μεταπη-

SECT. XXI.

Adde igitur, si placet, particulas, vt solent Isocratis imitatores: *Enimuero nec hoc praetereundum est, multa facere pulsantem, primum gestu, postea vultu, deinde vero etiam ipsa voce:* et senties, toto loco ita mutato, adfectus celeritatem et asperitatem, aequatam particulis atque complanatam, sine vi corruere, et illico perire. Vt enim, 2
si quis currentium corpora constringat, impetu eos priuat: ita adfectus, copulis aliisque particulis impeditus, indignatur; impediunt enim cursum liberum, nec potest oratio velut e machina mitti.

SECT. XXII.

Ex eodem genere etiam hyperbata sunt, quae perturbatione ordinis naturalis verborum ac sententiarum constant, et velut notam certissimam vehementioris adfectus continent. Vt enim vere irati, aut metuentes, aut propter aemulationem vel aliam causam indignantes, (sunt enim multi et innumerabiles adfectus, nec quisquam facile copiam definierit) semper a coepta via aberrant, et, cum alia proposuerint, mediis quibusdam sine causa in-

F 2

δῶσι, μέσα τινὰ παρεμβαλόντες ἀλόγως, εἶτ' αὖθις ἐπὶ τὰ πρῶτα ἀνακυκλοῦντες, καὶ πάντῃ πρὸς τῆς ἀγωνίας, ὡς ὑπ' ἀςάτου πνεύματος, τῇδε κἀκεῖσε ἀγχιςρόφως ἀντισπώμενοι, τὰς λέξεις, τὰς νοήσεις, τὴν ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἱρμοῦ παντοίως πρὸς μυρίας τροπὰς ἐναλλάττουσι τάξιν· οὕτως παρὰ τοῖς ἀρίςοις συγγραφεῦσι διὰ τῶν ὑπερβατῶν ἡ μίμησις ἐπὶ τὰ τῆς φύσεως ἔργα φέρεται. Τότε γὰρ ἡ τέχνη τέλειος, ἡνίκ' ἂν φύσις εἶναι δοκῇ, ἡ δ' αὖ φύσις ἐπιτυχὴς, ὅταν λανθάνουσαν περιέχῃ τὴν τέχνην· ὥσπερ λέγει ὁ Φωκαεὺς Διονύσιος παρὰ τῷ Ἡροδότῳ· „Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα, ἄνδρες Ἴωνες, εἶναι ἐλευθέροις ἢ δούλοις, καὶ τούτοις ὡς δραπέτῃσι. Νῦν ὦν, ὑμέες ἢν μὲν βούλησθε ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι, τὸ παραχρῆμα μὲν πόνος ὑμῖν ἔςαι· οἷοί τε δὲ ἔσεσθε ὑπερβαλέσθαι τὲς πο-
2 λεμίους.“ Ἐνταῦθ' ἦν τὸ κατὰ τάξιν· „Ὦ ἄνδρες Ἴωνες, νῦν καιρός ἐςιν ὑμῖν πόνους ἐπιδέχεσθαι· ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα.“ Ὁ δὲ τὸ μὲν, „ἄνδρες Ἴωνες,“ ὑπερεβίβασεν· προεισέβαλε γοῦν εὐθὺς ἀπὸ τοῦ φόβου, ὡς μηδ' ἀρχὴν φθάνων πρὸς τὸ ἐφεςὼς δέος προσαγορεῦσαι τοὺς ἀκούοντας. Ἔπειτα δὲ τὴν τῶν νοημάτων ἀπέςρεψε τάξιν. Πρὸ

teriectis, ad alia transiliunt, posthaec ad initia reuertuntur, agitatione animi tamquam procella huc illuc celeriter trahuntur, verbaque et res et naturalem structurae ordinem multiplici modo immutant: sic optimi scriptores hyperbatis naturam imitantur. Tunc enim ars perfecta est, cum natura esse videtur; natura autem nihil errat, cum artem latenter adiunctam habet. Tale est illud Dionysii Phocaeensis apud Herodotum: *In summo discrimine res nostrae versantur, Iones, vt aut liberos, aut seruos, eosque fugitiuos esse nos oporteat. Itaque, si molestiam suscipere vultis, statim quidem labor aderit; vincere tamen hostes poteritis.* Na- 2
turalis ordo hic erat: *Iones, nunc tempus est laboris suscipiendi; nam res nostrae in summo discrimine versantur.* Sed Herodotus illud *Iones* alio traiecit: statim enim prae metu annexuit, vt propter instantem timorem auditores plane non adloqueretur. Tum rerum ordinem peruertit: ante enim, quam diceret, laborandum esse (id quod nunc hortatur), caussam reddit, cur laborandum sit, *in summo*, inquiens, *discrimine nostrae res ver-*

γὰρ τοῦ φῆσαι, ὅτι αὐτοὺς δεῖ πονεῖν, (τοῦτο γάρ ἐστιν, ὃ παρακελεύεται,) ἔμπροσθεν ἀποδίδωσι τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν πονεῖν δεῖ, „Ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς," φήσας, „ἔχεται ἡμῖν τὰ πράγματα·" ὡς μὴ δοκεῖν ἐσκεμμένα λέγειν, ἀλλ᾽ ἠναγκα-
3 σμένα. Ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης καὶ τὰ φύσει πάντως ἡνωμένα καὶ ἀδιανέμητα ὅμως ταῖς ὑπερβάσεσιν ἀπ᾽ ἀλλήλων ἄγειν δεινότατος. Ὁ δὲ Δημοσθένης οὐχ οὕτως μὲν αὐθάδης, ὥσπερ οὗτος, πάντων δ᾽ ἐν τῷ γένει τούτῳ κατακορέστατος, καὶ πολὺ τὸ ἀγωνιστικὸν ἐκ τοῦ ὑπερβιβάζειν καὶ ἔτι νὴ Δία τὸ ἐξ ὑπογυίου λέγειν συνεμφαίνων, καὶ πρὸς τούτοις εἰς τὸν κίνδυνον τῶν μακρῶν ὑπερβατῶν τοὺς ἀκούοντας συν-
4 επισπώμενος. Πολλάκις γὰρ τὸν νοῦν, ὃν ὥρμησεν εἰπεῖν, ἀνακρεμάσας, καὶ μεταξύ, ὡς εἰς ἀλλόφυλον καὶ ἀπεοικυῖαν τάξιν, ἄλλ᾽ ἐπ᾽ ἄλλοις διὰ μέσου καὶ ἔξωθέν ποθεν ἐπεισκυκλῶν, εἰς φόβον ἐμβαλὼν τὸν ἀκροατήν, ὡς ἐπὶ παντελεῖ τοῦ λόγου διαπτώσει, καὶ συναποκινδυνεύειν ὑπ᾽ ἀγωνίας τῷ λέγοντι συναναγκάσας, εἶτα παραλόγως διὰ μακροῦ τὸ πάλαι ζητούμενον εὐκαίρως ἐπὶ τέλει που προσαποδούς, αὐτῷ τῷ κατὰ τὰς ὑπερβάσεις παραβόλῳ καὶ ἀκροσφαλεῖ πολὺ μᾶλλον ἐκπλήττει. Φειδὼ δὲ τῶν παραδειγμάτων ἔστω διὰ τὸ πλῆθος.

santur, vt non meditato, sed necessario haec
dixisse videatur. Multo autem magis Thu- 3
cydides ea, quae natura vtique coniuncta
et inseparabilia sunt, tamen hyperbatis
scienter diuellit. Demosthenes vero non
quidem aeque durus est; sed tamen in
hoc genere frequentissimus, nec solum
verbis ita traiiciendis vehementiam indicat,
et ex tempore dicentis speciem habet, sed
auditores etiam in periculum longorum hy-
perbatorum secum rapit. Saepe enim, sus- 4
pensa sententia, quam coeperat, aliisque
super alia velut alieno et incommodo loco
interiectis et extrinsecus illatis, vbi audi-
toribus metum iniecit, ne tota oratio di-
labi videatur, eosque cum oratore anxie
periclitari coegit, inopinato id, quod diu
exspectarant, multo post in fine oppor-
tune addit, eosque temeritate hyperbati et
ad lapsum procliuitate multo plus obstu-
pefacit. Exemplis vero enumerandis propter
multitudinem supersedebo.

SECT. XXIII.

Τά γε μὴν Πολύπτωτα λεγόμενα, Ἀθροισμοὶ, καὶ Ἀντιμεταβολαὶ, καὶ Κλίμακες, πάνυ ἀγωνιςικὰ, ὡς οἶσθα, κόσμȣ τε, καὶ παντὸς ὕψȣς καὶ πάθους συνεργά. Τί δέ; αἱ τῶν πτώσεων, χρόνων, προσώπων, ἀριθμῶν, γενῶν ἐναλλάξεις πῶς ποτε καταποικίλλουσι καὶ ἐπεγείρȣσι
2 τὰ ἑρμηνευτικά; Φημὶ δὴ, τῶν κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς οὐ μόνα ταῦτα κοσμεῖν, ὁπόσα, τοῖς τύποις ἑνικὰ ὄντα, τῇ δυνάμει κατὰ τὴν ἀναθεώρησιν πληθυντικὰ εὑρίσκεται· „Αὐτίκα," φησὶ, „λαὸς ἀπείρων θύννων ἐπ᾽ ἠϊόνεσι διϊςάμενοι κελάδησαν·" ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μᾶλλον παρατηρήσεως ἄξια, ὅτι ἔσθ᾽ ὅπου προσπίπτει τὰ πληθυντικὰ μεγαλοῤῥημονέςερα, καὶ αὐτῷ δο-
3 ξοκομποῦντα τῷ ὄχλῳ τοῦ ἀριθμοῦ. Τοιαῦτα παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ τὰ ἐπὶ τοῦ Οἰδίπȣ·

Ὦ γάμοι, γάμοι,
Ἐφύσαθ᾽ ἡμᾶς, καὶ φυτεύσαντες πάλιν
Ἀνεῖτε ταὐτὸν σπέρμα, κἀπεδείξατε
Πατέρας, ἀδελφȣ̀ς, παῖδας, αἷμ᾽ ἐμφύλιον,
Νύμφας, γυναῖκας, μητέρας τε, χὠπόσα
Αἴσχις᾽ ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίνεται.

Πάντα γὰρ ταῦτα ἓν ὄνομά ἐςιν, Οἰδίπους· ἐπὶ δὲ θατέρου, Ἰοκάςη· ἀλλ᾽ ὅμως χυθεὶς εἰς

SECT. XXIII.

Polyptota porro, congeries, metabolae et gradationes, vehementissimae, vt nosti, figurae sunt, ornatumque, sublimitatem omnem et adfectum adiuuant. Quid vero? Casuum, temporum, personarum, numerorum, generumque permutatio quantopere variat intenditque elocutionem! Dico igitur, non 2
solum numeros, qui ad grammatices normam singulares sunt, vim autem cogitanti plurales videntur, ornatum adferre, vt in illo: *statim turba immensa insaniens ad litus diuersi strepebant:* sed illud potius obseruatu dignum est, plurales non numquam magnificentius sonare, ac ipsa numeri multitudine ad opinionem splendidiores esse. Ex hoc genere est Sophoclis 3
de Oedipo locus: *Heu nuptias, nuptias! Procreastis nos, nobisque procreatis, idem semen denuo edidistis, et patres, fratres, filios, consanguineos, sponsas, coniuges et matres, et quidquid inter homines turpissimum est, produxistis.* Omnia haec vnum nomen Oedipi, et ex altera parte Iocastae significant; sed numerus in multos plurales dilapsus etiam miserias auxit, et creuit,

τὰ πληθυντικὰ ὁ ἀριθμὸς συνεπλήθυσε καὶ τὰς ἀτυχίας· καὶ ὡς ἐκεῖνα πεπλεόνασαι,

Ἐξῆλθον Ἕκτορές τε καὶ Σαρπηδόνες·

καὶ τὸ Πλατωνικὸν, ὃ καὶ ἑτέρωθι παρατεθεί-
4 μεθα, ἐπὶ τῶν Ἀθηναίων· „Οὐ γὰρ Πέλοπες,
οὐδὲ Κάδμοι, οὐδ᾽ Αἴγυπτοί τε καὶ Δαναοὶ, οὐδ᾽
ἄλλοι πολλοὶ φύσει βάρβαροι συνοικοῦσιν ἡμῖν,
ἀλλ᾽ αὐτοὶ Ἕλληνες, οὐ μιξοβάρβαροι οἰκοῦ-
μεν“ καὶ τὰ ἑξῆς. Φύσει γὰρ ἐξακούεται τὰ
πράγματα κομπωδέστερα, ἀγεληδὸν οὕτως τῶν
ὀνομάτων ἐπισυντιθεμένων. Οὐ μέντοι δεῖ
ποιεῖν αὐτὸ ἐπ᾽ ἄλλων, εἰ μὴ ἐφ᾽ ὧν δέχεται τὰ
ὑποκείμενα αὔξησιν, ἢ πληθὺν, ἢ ὑπερβολὴν,
ἢ πάθος, ἕν τι τούτων, ἢ τὰ πλείονα· ἐπεί τοι
τὸ πανταχοῦ κώδωνας ἐξῆφθαι, λίαν σοφιστικόν.

SECT. XXIV.

Ἀλλὰ μὴν καὶ τοὐναντίον τὰ ἐκ τῶν πληθυν-
τικῶν εἰς τὰ ἑνικὰ ἐπισυναγόμενα ἐνίοτε ὑψη-
λοφανέστατα. „Ἔπειθ᾽ ἡ Πελοπόννησος ἅπασα
διειστήκει,“ φησί. „Καὶ δὴ Φρυνίχῳ δρᾶμα
Μιλήτου ἅλωσιν διδάξαντι, ἐς δάκρυα ἔπεσε
τὸ θέητρον.“ Τὸ γὰρ ἐκ τῶν διῃρημένων εἰς τὰ
ἡνωμένα ἐπιστρέψαι τὸν ἀριθμὸν, σωματοει-
2 δέστερον. Αἴτιον δ᾽ ἐπ᾽ ἀμφοῖν τοῦ κόσμου ταὐ-
τὸν οἶμαι· ὅπου τε γὰρ ἑνικὰ ὑπάρχει τὰ ὀνό-

vt in illo loco: *Exibant Hectores et Sarpedones:* aut in Platonico de Atheniensibus loco, quo iam alio in libro vsi sumus:
Neque enim Pelopes, neque Cadmi, nec 4
Aegypti Danaiue, nec alii nati barbari nobiscum degunt, sed meri Graeci, nullis barbaris misti, (Athenis) *habitamus.* Natura enim, nominibus ita gregatim cumulatis, res cum splendoris opinione audiri solet. Neque tamen aliter hoc facere licet, quam si res proposita exaggerationem capiat, aut multitudinem, aut hyperbolen, aut adfectum, siue vnum horum fuerit, siue plura, quoniam vbique adnexa tintinnabula nimiam artis adfectationem produnt.

SECT. XXIV.

E contrario si pluralis numerus colligatur singulari, multam interdum sublimitatis speciem habet. Ita Demosthenes, *Postea,* inquit, *omnis Peloponnesus dissidebat:* et Herodotus: *Atque etiam Phrynicho fabulam docente, cui nomen erat Mileti expugnatio, lacrimare coepit theatrum.* Dispersa enim in vnum numerum colligere, magis ad corporis speciem accedit.
Vtriusque autem generis ornatus eam- 2

ματα, τὸ πολλὰ ποιεῖν αὐτὰ παρὰ δόξαν ἐμπαθοῦς· ὅπου τε πληθυντικὰ, τὸ εἰς ἕν τι εὔηχον συγκορυφοῦν τὰ πλείονα διὰ τὴν εἰς τοὐναντίον μεταμόρφωσιν τῶν πραγμάτων ἐν τῷ παραλόγῳ.

SECT. XXV.

Ὅτάν γε μὴν τὰ παρεληλυθότα τοῖς χρόνοις εἰσάγῃς ὡς γινόμενα καὶ παρόντα, οὐ διήγησιν ἔτι τὸν λόγον, ἀλλ' ἐναγώνιον πρᾶγμα ποιήσεις. Πεπτωκώς δέ τις, φησὶν ὁ Ξενοφῶν, ὑπὸ τῷ Κύρου ἵππῳ, καὶ πατούμενος, παίει τῇ μαχαίρᾳ εἰς τὴν γασέρα τὸν ἵππον· ὁ δὲ σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον, ὁ δὲ πίπτει. Τοιῦτος ἐν τοῖς πλείςοις ὁ Θυκυδίδης.

SECT. XXVI.

Ἐναγώνιος δ' ὁμοίως καὶ ἡ τῶν προσώπων ἀντιμετάθεσις, καὶ πολλάκις ἐν μέσοις τοῖς κινδύνοις ποιῦσα τὸν ἀκροατὴν δοκεῖν ςρέφεσθαι.

Φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν
Ἄντεσθ' ἐν πολέμῳ· ὡς ἐσσυμένως ἐμάχοντο.

Καὶ ὁ Ἄρατος,

Μὴ κείνῳ ἐνὶ μηνὶ περικλύζοιο θαλάσσῃ.

2 Ὧδέ πού καὶ ὁ Ἡρόδοτος· „Ἀπὸ δὲ Ἐλεφαντίνης πόλεως ἄνω πλεύσεαι, καὶ ἔπειτα ἀφίξῃ ἐς

dem causam habere videtur. Cum enim singulare est nomen, mutatio eius in pluralem animum inopinato commotum indicat: cum vero plurale est, propter rerum mutationem in contrarium inexspectatum videtur, plura coaceruare in vnum cum soni dignitate.

SECT. XXV.

Cum porro praeterita proponis tamquam praesentia, quae cum maxime gerantur, non amplius narratio illa est, sed res ipsa geri videtur. *Iacens aliquis*, vt est apud Xenophontem, *sub Cyri equo, calcatus gladio ferit ventrem equi: hic calcitrans excutit Cyrum, ille vero cadit.* Talis vbique fere Thucydides.

SECT. XXVI.

Similiter personarum permutatio efficit, vt
geri res et auditor saepe in mediis peri-
culis versari videatur, vt in illo: *Diceres,
integros eos nec dum debilitatos in proe-
lio concurrere, ita acriter pugnabant:* aut
apud Aratum: *Noli illo mense mari te
committere.* Eodem fere modo Herodo- 2
tus: *Ab vrbe Elephantine vlterius naui-
gabis, tum in planitiem venies: transgres-*

πεδίον λεῖον· διεξελθὼν δὲ τοῦτο τὸ χωρίον, αὖθις εἰς ἕτερον πλοῖον ἐμβὰς δυώδεκα ἡμέρας πλεύσεαι, καὶ ἔπειτα ἥξεις ἐς πόλιν μεγάλην, ᾗ ὄνομα Μερόη.“ Ὁρᾷς, ὦ ἑταῖρε, ὡς παραλαβών σου τὴν ψυχὴν διὰ τῶν τόπων ἄγει, τὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιῶν; Πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, πρὸς αὐτὰ ἀπερειδόμενα τὰ πρόσωπα, ἐπ᾽ αὐτῶν ἵςησι

3 τὸν ἀκροατὴν τῶν ἐνεργουμένων. Καὶ, ὅταν ὡς οὐ πρὸς ἅπαντας, ἀλλ᾽ ὡς πρὸς μόνον τινὰ λαλῇς,

(Τυδείδην δ᾽ ὀκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη,)

ἐμπαθέςερόν τε αὐτὸν ἅμα, καὶ προσεκτικώτερον, καὶ ἀγῶνος ἔμπλεων ἀποτελέσεις, ταῖς εἰς ἑαυτὸν προσφωνήσεσιν ἐξεγειρόμενον.

SECT. XXVII.

Ἔτι γε μὴν ἔσθ᾽ ὅτε περὶ προσώπου διηγούμενος ὁ συγγραφεὺς, ἐξαίφνης παρενεχθεὶς, εἰς τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀντιμεθίςαται, καὶ ἔςι τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐμβολή τις πάθους.

Ἕκτωρ δὲ Τρώεσσιν ἐκέκλετο, μακρὸν ἀΰσας,
Νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ᾽ ἔναρα βροτόεντα.
Ὃν δ᾽ ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἐθέλοντα νοήσω,
Αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσσομαι —

Οὐκοῦν τὴν μὲν διήγησιν, ἅτε πρέπουσαν, ὁ ποιητὴς προσῆψεν ἑαυτῷ· τὴν δ᾽ ἀπότομον ἀπειλὴν τῷ θυμῷ τοῦ ἡγεμόνος ἐξαπίνης, οὐδὲν

sus istas regiones, alia rursus naue conscensa, duos dies nauigabis, et postea in magnam vrbem, cui Meroes nomen est, venies. Viden', amice, vt mentem tuam arreptam per illa loca ducat, auditumque in visum mutet? Sed omnia huius generis loca, ipsis personis adligata, efficiunt, vt
lector ipsis rebus gerendis intersit. Etiam 3
tum, cum non omnes, sed vnum adloqueris: *Non facile discerneres, in vtro exercitu Tydides versaretur:* efficies, vt, excitatus compellando, magis animo commotus, attentus, totusque agendo occupatus sit.

SECT. XXVII.

Interdum etiam scriptor, vbi de persona narrat, celeriter alio delatus tamen illam ipsam personam agit, quod genus figurae erumpentem adfectum declarat. *Hector Troas hortabatur magna voce, vt ruerent ad naues, et spolia tabo foedata intacta relinquerent. Quem vero procul a nauibus (stare) volentem videro, eum ipso illo loco interficiam.* Ergo poeta narrationem, sibi decoram, sibi sumsit; seueram commi-

προδηλώσας, περιέθηκεν· ἐψύχετο γὰρ, εἰ παρενετίθει· Ἔλεγε δὲ τοῖά τινα καὶ τοῖα ὁ Ἕκτωρ· νυνὶ δ' ἔφθακεν ἄφνω τὸν μεταβαίνοντα ἡ τε
2 λόγου μετάβασις. Διὸ καὶ ἡ πρόςχρησις τοῦ σχήματος τότε, ἡνίκα ὀξὺς ὁ καιρὸς ὢν διαμέλλειν τῷ γράφοντι μὴ διδῷ, ἀλλ' εὐθὺς ἐπαναγκάζῃ μεταβαίνειν ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα, ὡς καὶ παρὰ τῷ Ἑκαταίῳ· „Κῆϋξ δὲ, ταῦτα δεινὰ ποιούμενος, αὐτίκα ἐκέλευσε τοὺς Ἡρακλείδας ἐπιγόνους ἐκχωρεῖν· οὐ γὰρ ὑμῖν δυνατός εἰμι ἀρήγειν. Ὡς μὴ ὦν αὐτοί τε ἀπόλεσθε, κἀμὲ τρώσετε, ἐς ἄλλον τινὰ δῆμον ἀποίχεσθαι."
3 Ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένης κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον ἐπὶ τοῦ Ἀριςογείτονος ἐμπαθὲς τὸ πολυπρόσωπον καὶ ἀγχίςροφον παρέςησεν. „Καὶ οὐδεὶς ὑμῶν χολὴν," φησὶν, „οὐδ' ὀργὴν ἔχων εὑρεθήσεται, ἐφ' οἷς ὁ βδελυρὸς οὗτος καὶ ἀναιδὴς βιάζεται; ὃς, ὦ μιαρώτατε ἁπάντων, κεκλεισμένης σοι τῆς παῤῥησίας οὐ κιγκλίσιν, οὐδὲ θύραις, ἃ καὶ παρανοίξειεν ἄν τις." — Ἐν ἀτελεῖ τῷ νῷ ταχὺ διαλλάξας, καὶ μονονοὺ μίαν λέξιν διὰ τὸν θυμὸν εἰς δύο διασπάσας πρόσωπα, „Ὃς, ὦ μιαρώτατε," εἶτα πρὸς τὸν Ἀριςογείτονα τὸν λόγον ἀποςρέψας, καὶ ἀπολιπεῖν δοκῶν, ὅμως διὰ τοῦ πάθους πολὺ πλέον ἐπέ-
4 ςρεψεν. Οὐκ ἄλλως ἡ Πηνελόπη,

nationem irae ducis repente, nullo transitu no-
tato, tribuit: frigeret enim oratio, si adiecis-
set: *Dicebat autem Hector haec vel illa*: nunc
transire volentem celeriter praecurrit oratio
transiens. Quare tum hac figura vtendum est, 2
cum temporis celeritas cunctari scriptorem non
permittit, sed ab alia persona ad aliam statim
transire cogit, vt etiam in illo Hecataei: *Ceyx
autem, qui haec perquam aegre ferret, statim
migrare Heraclidas iussit: neque enim vobis
opem ferre possum. Ne igitur et vos pereatis,
et mihi vulnus infligatis, ad alium populum
migrate.* Demosthenes enim in loco de Ari- 3
stogitone alio modo effecit, vt personarum per-
mutatio adfectus et celeritatis signum esset.
Nec quisquam vestrum, inquit, *erit*, *qui iis,
quae scelestus iste et impudens per vim fecit,
indignetur et irascatur? Qui, sceleratissime
omnium, occlusa tibi libertate dicendi, non
cancellis, non foribus, quas aliquis ape-
ruerit*, — Nondum absoluta sententia mutat
orationem, vnumque verbum prae ira prope-
modum in duas personas diuellit, *Qui, sce-
leratissime*, tum oratione ad Aristogitonem con-
versa rem coeptam relinquere videtur, et ta-
men ira accensus multo vehementius redit. Non 4

Κῆρυξ, τίπτε δέ σε πρόεσαν μνηςῆρες ἀγαυοί;
Ἦ εἰπέμεναι δμωῇσιν Ὀδυσσῆος θείοιο,
Ἔργων παύσασθαι, σφίσι δ' αὐτοῖς δαῖτα πένεσθαι;
Μὴ μνηςεύσαντες, μηδ' ἄλλοθ' ὁμιλήσαντες,
Ὕςατα καὶ πύματα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν,
Οἵ θ' ἅμ' ἀγειρόμενοι βίοτον κατακείρετε πολλὸν,
Κτῆσιν Τηλεμάχοιο δαΐφρονος· ἐδέ τι πατρῶν
Ὑμετέρων τῶν πρόσθεν ἀκέετε, παῖδες ἐόντες,
Οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκε —

SECT. XXVIII.

Καὶ μέντοι ἡ Περίφρασις ὡς οὐχ ὑψηλοποιὸν, οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, διςάσειεν. Ὡς γὰρ ἐν μουσικῇ διὰ τῶν παραφώνων καλουμένων ὁ κύριος φθόγγος ἡδίων ἀποτελεῖται, οὕτως ἡ περίφρασις πολλάκις συμφθέγγεται τῇ κυριολογίᾳ, καὶ εἰς κόσμον ἐπιπολὺ συνηχεῖ, καὶ μάλις', ἂν μὴ ἔχῃ φυσῶδές τι καὶ ἄμουσον, ἀλλ'
2 ἡδέως κεκραμένον. Ἱκανὸς δὲ τοῦτο τεκμηριῶσαι καὶ Πλάτων κατὰ τὴν εἰςβολὴν τοῦ Ἐπιταφίου· Ἔργῳ μὲν ἡμῖν οἵδ' ἔχεσι τὰ προςήκοντα σφίσιν αὐτοῖς, ὧν τυχόντες πορεύονται τὴν εἱμαρμένην πορείαν, προπεμφθέντες κοινῇ μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως, ἰδίᾳ δὲ ἕκαςος ὑπὸ

aliter Penelope: *Quid te, praeco, miserunt nobiles proci? Vt diuini Vlyssis seruas desistere ab opere, ipsisque coenam parare iuberes? Vtinam ne* (amplius) *ambientes nuptias, alioue consilio hic commorantes, vltimo iam epulo hac in domo interessent! Qui crebro conuenientes lautam rem absumitis, Telemachi prudentis opes, nec a maioribus vestris pueri audistis, qualis fuerit Vlysses* —

SECT. XXVIII.

Neque vero quemquam dubitaturum opinor, periphrasin valere ad sublimitatem. Vt enim in musicis soni primarii aliis adsumtis suauiores fiunt, sic periphrasis saepe tamquam sono adiuuat proprietatem verborum, et plerumque pulcritudinem sonando auget, in primis si moderate flanti similis sit, nec inscita, sed temperata suauiter. Satis hoc 2
βαρβαρικῶν· ὑπερβάλλοντα δὲ τὸ πλῆθος ὑποζύγια, καὶ πρὸς κατακοπὴν ἱερεῖα εἰς ταῦτα· καὶ πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων μέδιμνοι, πολλοὶ δ' οἱ θύλακοι, καὶ σάκκοι, καὶ χάρται βιβλίων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων χρησίμων· τοσαῦτα δὲ κρέα τεταριχευμένα παντοδαπῶν ἱερείων, ὡς σωροὺς αὐτῶν γενέσθαι τηλικȣ́τȣς, ὥςε τοὺς προσιόντας πόῤῥωθεν ὑπολαμβάνειν ὄχθȣς εἶ-

3 ναι καὶ λόφȣς ἀνωθȣμένȣς." Ἐκ τῶν ὑψηλοτέρων ἐπὶ τὰ ταπεινότερα ἀποδιδράσκει, δέον ποιήσασθαι τὴν αὔξησιν ἔμπαλιν· ἀλλὰ τῇ θαυμαςῇ τῆς ὅλης παρασκευῆς ἀπαγγελίᾳ παραμίξας τȣ̀ς θυλάκȣς, καὶ τὰ ἀρτύματα, καὶ τὰ σακκία, μαγειρείȣ τινὰ φαντασίαν ἐποίησεν. Ὥςπερ γὰρ, εἴ τις, ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν προκοσμημάτων, μεταξὺ τῶν χρυσίων καὶ λιθοκολλήτων κρατήρων, καὶ ἀργύρȣ κοίλȣ, σκηνῶν τε ὁλοχρύσων καὶ ἐκπωμάτων, φέρων μέσα ἔθηκε θυλάκια καὶ σακκία, ἀπρεπὲς ἂν ἦν τῇ προσόψει τὸ ἔργον· ȣ̔́τω καὶ τῆς ἑρμηνείας τὰ τοιαῦτα ὀνόματα αἴσχη καὶ οἱονεὶ ςίγματα καθίςαται, παρὰ και-

4 ρὸν ἐγκατατεταττόμενα. Παρέκειτο δ' ὡς ὁλοσχερῶς ἐπελθεῖν καὶ ȣ̔̀ς ὄχθȣς λέγει συμβεβλῆσθαι, καὶ περὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς, ȣ̔́τως ἀλλάξας, εἰπεῖν καμήλȣς καὶ πλῆθος ὑποζυγίων, φορταγωγȣ́ντων πάντα τὰ πρὸς τρυφὴν καὶ ἀπόλαυ-

numerabilia iumenta et pecora ad epularum vsus, tum multi condimentorum medimni, vtres, sacci, papyrus ad vsum librorum, aliaeque necessitates, tanta denique salsamentorum varii generis accumulata multitudo, vt procul venientibus moles et colles - - - viderentur. A 3
dignioribus ad humiliora delabitur, cum ad maiora potius progredi debuisset. Ille vero, cum totius adparatus splendidae descriptioni vtres, condimenta saccosque admiscuerit, culinae quamdam imaginem adumbrauit. Vt enim, si quis, omni illo adparatu in medio posito, medios inter aureos gemmisque distinctos crateres argentum cauatum aureaque tentoria et pocula, saccos poneret et vtres, res adspectu indecora esset: ita huiusmodi vocabula, alieno loco adspersa, elocutionis dedecora sunt et velut stigmata. Poterat vero et 4
moles istas, quas congestas esse dicit, omnino persequi, et in reliqui adparatus descriptione, ita fere mutata narratione, commemorare camelos et iumenta, omnem luxus epularumque materiem gestantia, aut aceruos frumenti, exquisita obsonia, aut si quid aliud in deliciis esse solet: non omnia (si modo omnia) pro arbitratu ita prolixe recensere, ac seruorum

σιν τραπεζῶν χορηγήματα· ἢ σωρὸς ὀνομάσαι παντοίων σπερμάτων, καὶ τῶν, ἅπερ διαφέρει πρὸς ὀψοποιΐας καὶ ἡδυπαθείας μᾶλλον, ἢ, εἴπερ πάντα, ὡς ἐβούλετο, αὐτάρκη οὕτως θεῖναι, καὶ ὅσα τραπεζοκόμων εἰπεῖν καὶ ὀψοποιῶν

5 ἡδύσματα. Οὐ γὰρ δεῖ καταντᾷν ἐν τοῖς ὕψεσιν εἰς τὰ ῥυπαρὰ καὶ ἐξυβρισμένα, ἂν μὴ σφόδρα ὑπό τινος ἀνάγκης συνδιωκώμεθα· ἀλλὰ τῶν πραγμάτων πρέποι ἂν καὶ τὰς φωνὰς ἔχειν ἀξίας, καὶ μιμεῖσθαι τὴν δημιουργήσασαν φύσιν τὸν ἄνθρωπον, ἥτις ἐν ἡμῖν τὰ μέρη τὰ ἀπόῤῥητα οὐκ ἔθηκεν ἐν προσώπῳ, οὐδὲ τὰ τοῦ παντὸς ὄγκου περιηθήματα· ἀπεκρύψατο δὲ, ὡς ἐνῆν, καὶ, κατὰ τὸν Ξενοφῶντα, τοὺς τούτων ὅτι πο̣ῤῥωτάτω ὀχετοὺς ἀπέστρεψεν, οὐδαμῇ καταισχύνασα τὸ τοῦ ὅλου ζώου κάλλος.

6 Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπ' εἴδους ἐπείγει τὰ μικροποιὰ διαριθμεῖν· προϋποδεδειγμένων γὰρ τῶν, ὅσα εὐγενεῖς καὶ ὑψηλοὺς ἐργάζεται τοὺς λόγους, δῆλον, ὡς τὰ ἐναντία τούτων ταπεινοὺς ποιήσει κατὰ τὸ πλεῖστον καὶ ἀσχήμονας.

SECT. XLIV.

Ἐκεῖνο μέντοι λοιπὸν ἕνεκα τῆς σῆς χρηστομαθείας οὐκ ὀκνήσομεν ἐπιπροσθεῖναι καὶ διασαφῆσαι, Τερεντιανὲ φίλτατε, ὅπερ ἐζήτησέ τις τῶν φιλοσόφων προσέναγχος, „Θαῦμά μ' ἔχει," λέγων,

adeo mensae ministrantium obsoniaque paran-
tium delicias. Neque enim, nisi necessitate 5
plane vrgente, in loco sublimi ad sordida et
vilissima descendere licet; sed digna rebus
oratione vti, hominisque procreatricem natu-
ram imitari, quae nec eas partes, quas ho-
neste nominare non licet, nec corporis excre-
menta in conspectu posuit; sed, quantum po-
tuit, occultauit, et iuxta Xenophontem eorum
canales quam longissime a sensibus remouit,
ne qua parte totius animalis pulcritudinem de-
honestaret. Sed non opus est, generatim enu- 6
merare, quid orationem humilem reddat: cum
enim ea, quibus nobilis et sublimis fit, supra
exposita sint, adparet, contraria his vitia eam
humilem plerumque et indecoram reddere.

SECT. XLIV.

Ceterum, Terentiane, propter tuum discendi studium non dubitabo illud etiam explicare, quod nuper philosophus quidam quaesiuit. Miror, inquiebat, cum multis aliis, quo tandem modo aetas nostra haud pauca ingenia ad persuadendum dicendumque aptissima, etiam amara, aspera, et ad dicendi suauitatem facta proferat, nulla vero, nisi perraro, valde

„ὡς ἀμέλει καὶ ἑτέρȣς πολλȣ̀ς, πῶς ποτε κατὰ τὸν ἡμέτερον αἰῶνα πιθαναὶ μὲν ἐπ᾽ ἄκρον καὶ πολιτικαὶ, δριμεῖαί τε καὶ ἐντρεχεῖς, καὶ μάλιϛα πρὸς ἡδονὰς λόγων εὔφοροι, ὑψηλαὶ δὲ λίαν καὶ ὑπερμεγέθεις, πλὴν εἰ μή τι σπάνιον, ȣ̓κέτι γίνονται φύσεις. Τοσαύτη λόγων κοσμική
2 τις ἐπέχει τὸν βίον ἀφορία. Ἦ, νὴ Δί᾽," ἔφη, „πιϛευτέον ἐκείνῳ τῷ θρυλλȣμένῳ, ὡς ἡ δημοκρατία τῶν μεγάλων ἀγαθὴ τιθηνὸς, ᾗ μόνη σχεδὸν καὶ συνήκμασαν οἱ περὶ λόγȣς δεινοὶ καὶ συναπέθανον; Θρέψαι τε γὰρ, φησὶν, ἱκανὴ τὰ φρονήματα τῶν μεγαλοφρόνων ἡ ἐλευθερία καὶ ἐπελπίσαι, καὶ ἅμα διελθεῖν τὸ πρόθυμον τῆς πρὸς ἀλλήλȣς ἔριδος καὶ τῆς περὶ τὰ πρω-
3 τεῖα φιλοτιμίας. Ἔτι γε μὴν διὰ τὰ προκείμενα ἐν ταῖς πολιτείαις ἔπαθλα ἑκάϛοτε τὰ ψυχικὰ προτερήματα τῶν ῥητόρων μελετώμενα ἀκονᾶται, καὶ οἷον ἐκτρίβεται, καὶ τοῖς πράγμασι κατὰ τὸ εἰκὸς ἐλεύθερα συνεκλάμπει. Οἱ δὲ νῦν ἐοίκαμεν, ἔφη, παιδομαθεῖς εἶναι δȣλείας δικαίας, τοῖς αὐτῆς ἔθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἐξ ἁπαλῶν ἔτι φρονημάτων μονονȣ̓κ ἐνεσπαργανωμένοι, καὶ ἄγευϛοι καλλίϛȣ καὶ γονιμωτάτȣ λόγων νάματος, (τὴν ἐλευθερίαν, ἔφη, λέγω·) διόπερ οὐδὲν ὅτι μὴ κόλακες ἐκβαίνομεν μεγα-
4 λοφυεῖς. Διὰ τȣ̃το τὰς μὲν ἄλλας ἕξεις καὶ εἰς

sublimia et excelsa. Tanta orationum sterilitas vbique terrarum vitam occupatam tenet! Num forte tritum illud recte habet, demo- 2
cratiam esse almam magnorum ingeniorum nutricem, quacum clari oratores fere floruerint et mortui sint? Possunt enim, ita dicunt, alti sensus libertate ali, studiumque aemulationis et de principatu contentionis adlici et excitari. Praeterea non vulgaris animi indoles, 3
quae in oratore est, praemiis in libera ciuitate propositis perpetuo exercetur, acuitur, ac velut cote teritur, et vna cum rebus gestis ita exsplendescit, vt et ipsa libera sit. Nostros vero homines, propemodum fasciis seruilis disciplinae inuolutos, nec vmquam gustantes eloquentiae pulcerrimum ac genuinum fontem, hoc est, libertatem, a puero iustae seruituti adsuescere, nec nisi elatos adulatores fieri censebat. Omnem ergo in quolibet 4
genere facultatem etiam in seruos cadere; sed neminem seruum oratorem fieri, cum illico reuiuiscat seruilis formido, et, vt in pistrino, consueta verberum patientia, *Dimidiam* enim

οἰκέτας πίπτειν ἔφασκεν, δοῦλον δὲ μηδένα γίνεσθαι ῥήτορα· εὐθὺς γὰρ ἀναζεῖ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, καὶ οἷον ἔμφρουρον ὑπὸ συνηθείας ἀεὶ κεκονδυλισμένον· Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς, κατὰ
5 τὸν Ὅμηρον, ἀποαίνυται δούλιον ἦμαρ. Ὥσπερ οὖν, (εἴ γε, φησὶ, τοῦτο πιστὸν ἀκούω,) τὰ γλωττόκομα, ἐν οἷς οἱ Πυγμαῖοι καλούμενοι τρέφονται, οὐ μόνον κωλύει τῶν ἐγκεκλεισμένων τὰς αὐξήσεις, ἀλλὰ καὶ συναιρεῖ διὰ τὸν περικείμενον τοῖς σώμασι δεσμόν· οὕτως ἅπασαν δουλείαν, κἂν ᾖ δικαιοτάτη, ψυχῆς γλωττόκομον καὶ κοινὸν
6 δή τις ἀποφήναιτο δεσμωτήριον. Ἐγὼ μέντοι γε ὑπολαμβάνων· Ῥᾴδιον, ἔφην, ὦ βέλτιστε, καὶ ἴδιον ἀνθρώπου, τὸ καταμέμφεσθαι τὰ ἀεὶ παρόντα· ὅρα δὲ, μή ποτ' ἄρα καὶ ἡ τῆς οἰκουμένης εἰρήνη διαφθείρει τὰς μεγάλας φύσεις, πολὺ δὲ μᾶλλον ὁ κατέχων ἡμῶν τὰς ἐπιθυμίας ἀπεριόριστος οὑτοσὶ πόλεμος, καὶ νὴ Δία πρὸς τούτοις τὰ φρουροῦντα τὸν νῦν βίον, καὶ κατ' ἄκρας ἄγοντα καὶ φέροντα ταυτὶ πάθη. Ἡ γὰρ φιλοχρηματία, πρὸς ἣν ἅπαντες ἀπλήστως ἤδη νοσοῦμεν, καὶ ἡ φιληδονία δουλαγωγοῦσι, μᾶλλον δὲ, ὡς ἂν εἴποι τις, καταβυθίζουσιν αὐτάνδρους ἤδη τοὺς βίους· φιλαργυρία μὲν νόσημα μικρο-
7 ποιὸν, φιληδονία δ' ἀγεννέστατον. Οὐ δὴ ἔχω λογιζόμενος εὑρεῖν, ὡς οἷόν τε, πλοῦτον ἀόριστον

fortitudinis partem secundum Homerum *eripit*
seruilis conditio. Vt igitur, (si modo fidem 5
meretur, quod saepius audire soleo) arcae,
in quibus Pygmaei (vulgo nanos dicimus) ali
solent, non modo inclusorum incrementum
impediunt, sed etiam vinculis corpori cir-
cumdatis constringunt: ita quis fortasse omnem
seruitutem, quamuis meritam, animi arcam
communemque velut carcerem adpellet. Ego 6
vero his ita respondi. Semper quidem homi-
nibus procliue et proprium est, sua tempo-
ra vituperare; vide tamen, ne - - - orbis
terrarum pax, multoque etiam magis immen-
sum istud bellum, quo cupiditates nostrae im-
peditae sunt, adfectus item, hanc aetatem
obsidentes penitusque deuastantes, magna in-
genia perdant. Nam inexplebilis cupiditas ha-
bendi, qua tamquam morbo omnes iam labo-
ramus, et voluptatis amor vitam vna cum ho-
minibus in seruitutem redigunt, siue potius
veluti submergunt. Ac auaritiae quidem mor-
bus humiles reddit, voluptatis vero studium
humile est. Non possum ergo cogitando re- 7
perire, quo tandem modo ii, qui immensas
opes in magno honore, aut, vt verius dicam,

ἐκτιμήσαντας, τὸ δ' ἀληθέςερον εἰπεῖν, ἐκθειάσαντας, τὰ συμφυῆ τούτῳ κακὰ εἰς τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐπεισιόντα μὴ παραδέχεσθαι. Ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀμέτρῳ πλούτῳ καὶ ἀκολάςῳ συνημμένη καὶ ἶσα, φασὶ, βαίνουσα πολυτέλεια, καὶ ἅμα, ἀνοίγοντος ἐκείνου τῶν πόλεων καὶ οἴκων τὰς εἰςόδους, εἰς ἃς ἐμβαίνει, καὶ συνοικίζεται. Χρονίσαντα δὲ ταῦτα ἐν τοῖς βίοις, νεοττοποιεῖται, κατὰ τοὺς σοφοὺς, καὶ, ταχέως γενόμενα περὶ τεκνοποιΐαν, ἀλαζόνειάν τε γεννῶσι, καὶ τύφον, καὶ τρυφὴν, οὐ νόθα ἑαυτῶν γεννήματα, ἀλλὰ καὶ πάνυ γνήσια. Ἐὰν δὲ καὶ τούτους τις τοῦ πλούτου τοὺς ἐκγόνους εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν ἐάσῃ, ταχέως δεσπότας ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσιν ἀπαραιτήτους, ὕβριν καὶ
8 παρανομίαν καὶ ἀναισχυντίαν. Ταῦτα γὰρ οὕτως ἀνάγκη γίνεσθαι, καὶ μηκέτι τοὺς ἀνθρώπους ἀναβλέπειν, μηδὲ πέρα φήμης εἶναί τινα λόγον, ἀλλὰ τοιούτων ἐν κύκλῳ τελεσιουργεῖσθαι κατ' ὀλίγον τῶν βίων τὴν διαφθορὰν, φθίνειν δὲ καὶ καταμαραίνεσθαι τὰ ψυχικὰ μεγέθη, καὶ ἄζηλα γίνεσθαι, ἡνίκα τὰ θνητὰ ἑαυτῶν μέρη κἀνόνητα ἐκθαυμάζοιεν, παρέντες αὔξειν
9 τ' ἀθάνατα. Οὐ γὰρ ἐπὶ κρίσει μέν τις δεκασθεὶς οὐκ ἂν ἐπὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν ἐλεύθερος καὶ ὑγιὴς ἂν κριτὴς γένοιτο· ἀνάγκη γὰρ, τῷ δωροδόκῳ τὰ οἰκεῖα μὲν φαίνεσθαι καλὰ καὶ

in deorum numero habent, coniuncta cum iis mala, in animum simul irrepentia, aditu prohibere possint. Sequitur enim immodicas opes adhaerens iis, velut pari passu, sumtuositas, quae, simul ac diuitiae aditus vrbium et aedium patefecerunt, iis in locis, quae intrauit, etiam vna habitat. Iam vbi haec mala in vita versantur, nidificant, vt cum philosophis loquar, statim liberis operam dant, et - - - fastum luxuriosamque mollitiem gignunt, non spuriam, sed vere genuinam prolem. Quod si quis et hanc diuitiarum progeniem adolescere patiatur, celeriter in animis gignit dominos inexorabiles, insolentiam, nefas, et impudentiam. Atque haec necessario ita euenire tum 8
debent, cum homines ea mirantur, quae sic possident, vt nec maneant, nec prosint, neglecto rerum immortalium incremento, nec licet iis amplius suspicere, aut famae vlterius rationem habere, sed pernicies hominum ita moratorum continuo vitiorum nexu maturescit, animi magnitudo interit et exarescit, nec aemulatione digna est. Neque enim, si quis senten- 9
tiae dicendae causa corruptus sit, liber amplius et integer iusti rectique iudex esse potest; necessario enim ei, qui dona capit, sua tan-

δίκαια. Ὅπου δὲ ἡμῶν ἑκάστου τοὺς ὅλους ἤδη βίους δε-
κασμοὶ βραβεύουσι, καὶ ἀλλοτρίων θῆραι θα-
νάτων, καὶ ἐνέδραι διαθηκῶν, τὸ δ' ἐκ τοῦ παν-
τὸς κερδαίνειν ὠνούμεθα τῆς ψυχῆς, ἕκαστος πρὸς
τῆς [φιλοχρηματίας] ἠνδραποδισμένοι, ἆρα δὴ
ἐν τῇ τοσαύτῃ λοιμικῇ τοῦ βίου διαφθορᾷ δοκοῦ-
μεν ἔτι ἐλεύθερόν τινα κριτὴν τῶν μεγάλων, ἢ
διηκόντων πρὸς τὸν αἰῶνα, κἀδέκαστον ἀπολε-
λεῖφθαι, καὶ μὴ καταρχαιρεσιάζεσθαι πρὸς τῆς
10 τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας; Ἀλλὰ μήποτε τοῖς
τοιούτοις, οἷοί περ ἐσμὲν ἡμεῖς, ἄμεινον ἄρχε-
σθαι, ἢ ἐλευθέροις εἶναι· ἐπεὶ τοίγε ἀφεθεῖσαι
τὸ σύνολον, ὡς ἐξ εἱρκτῆς ἄφετοι, κατὰ τῶν
πλησίον αἱ πλεονεξίαι κἂν ἐπικαύσειαν τοῖς κα-
11 κοῖς τὴν οἰκουμένην. Ὅλως δὲ δαπανὸν ἔφην εἶ-
ναι τῶν νῦν γεννωμένων φύσεων τὴν ῥαθυμίαν,
ᾗ, πλὴν ὀλίγων, πάντες ἐγκαταβιοῦμεν, οὐκ ἄλ-
λως πονοῦντες ἢ ἀναλαμβάνοντες, εἰ μὴ ἐπαίνου
καὶ ἡδονῆς ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ τῆς ζήλου καὶ τιμῆς
12 ἀξίας ποτὲ ὠφελείας. Κράτιστον δ' εἰκῇ ταῦτ'
ἐᾶν, ἐπὶ δὲ τὰ συνεχῆ χωρεῖν· ἦν δὲ ταῦτα τὰ
πάθη, περὶ ὧν ἐν ἰδίῳ προηγουμένως ὑπεσχόμε-
θα γράψειν ὑπομνήματι, τήν τε τοῦ ἄλλου λόγου
καὶ αὐτοῦ τοῦ ὕψους μοῖραν ἐπεχόντων, ὡς ἡμῖν
δοκεῖ, [οὐκ ἐλαχίστην.]

tum iusta et recta videntur. Cum vero omnium nostrum vitam corruptela, et aliorum morti ac testamentis structae insidiae gubernant, cum lucrum ex re qualibet vita emimus, a sua quisque - - - in seruitutem redacti; num in tam pestifera vitae pernicie putamus liberum quemdam et incorruptum magnitudinis, aut cuiusuis aetatem ferentis rei, iudicem reliquum esse, nec potius a cupiditate plus habendi sententiam dici? Sed vereor, ne nobis, quales qui- 10
dem nunc sumus, melius sit parere, quam libertate frui, si quidem opum cupiditas, penitus in alios, vt bestiae e carcere, immissa, totum terrarum orbem inflammatura malis esset. Omnino vero demonstraui, desidia corrumpi 11
ingenia nostra, cui omnes per totam vitam praeter paucos seruimus, nullo alio consilio quidquam aut agentes, aut suscipientes, quam laudis et voluptatis studio, neglecta ea vtilitate, quae aemulatione et honore digna est. Sed optimum fuerit, his omissis, ad ea trans- 12
ire, quae ex his sequuntur, et de adfectibus dicere, de quibus tamen singulari libro exponere promisimus: magna enim pars, vt nobis videtur, cum omnis orationis, tum ipsius sublimitatis, iis continetur.

FRAGMENTA.

I.

Κορωνὶς δ' ἔξω λόγȣ παντὸς καὶ φρονήματος Ἑλληνικȣ̃ Δημοσθένης, Λυσίας, Αἰσχίνης, Ὑπερίδης, Ἰσαῖος, Δείναρχος, ὁ καὶ κρίθινος Δημοσθένης, Ἰσοκράτης, Ἀντιφῶν, [πρὸς τȣ́τοις Παῦλος ὁ Ταρσεὺς, ὅντινα καὶ πρῶτόν φημι προϊςάμενον δόγματος ἀναποδείκτȣ.]

II.

E cod. MS. Par.

Προῆλθε δὲ τὸ μέτρον ἐκ Θεȣ̃, μέτρῳ τά τε ȣ̓ράνια καὶ ἐπίγεια κεκοσμηκότος· ἁρμονία γάρ τίς ἐςι καὶ τοῖς ἐπȣρανίοις καὶ ἐπιγείοις. Ἢ πῶς ἂν ἄλλως συνέςη τόδε τὸ πᾶν, εἰ μὴ ῥυθμῷ τινὶ καὶ τάξει διεκεκόσμητο; Καὶ τὰ ὑφ' ἡμῶν δὲ κατασκευαζόμενα ὄργανα μέτρῳ πάντα γίνονται. Εἰ δὲ πάντα, πολλῷ γε μᾶλλον ὁ λόγος, ἅτε καὶ περιεκτικὸς ἁπάντων ὤν. Ἔςι μὲν γὰρ καὶ τῷ πεζῷ ἁρμονία τις· καὶ δῆλον ἐξ ὧν τȣ̃ μὲν ὁ λόγος ἐςὶν εὐρυθμότερος, τȣ̃ δὲ οὔ· μᾶλλον δὲ πρόσεςι τῷ ποιητικῷ, πάθεσι πλείςοις χρωμένῳ

FRAGMENTA.

I.

Apex autem omnis eloquentiae spiritusque Graeci habeatur Demosthenes, Lysias, Aeschines, Hyperides, Isaeus, Dinarchus (qui et hordearius Demosthenes dictus est), Isocrates, Antiphon: [praeter hos Paulus Tarsensis, quem ego et primum eorum fuisse statuo, qui dogmata traderent argumentis non probanda.]

II.

Prolatum vero est metrum a Deo, qui et coelestia et terrestria ad numeros apte composuit: nam harmonia quaedam et coelestibus et terrestribus in rebus inest. An vero alia quadam ratione potuisset constare hoc vniuersum, nisi rhythmo quodam et ordinis lege compositum esset? Atque etiam, quae a nobis conficiuntur opera, ad mensuram omnia parantur. Quodsi omnia, multo magis oratio, quippe quae omnia omnino complectatur. Nam pedestri etiam

καὶ λέξεσι, καὶ δὴ καὶ μύθοις καὶ πλάσμασι, δι'
2 ὧν ἁρμονία κατασκευάζεται. Ταῦτ' ἄρα καὶ οἱ παλαιοὶ ἐμμέτρους μᾶλλον τὲς οἰκείες ἐποίεν λόγες, ἢ πεζές. Καὶ μὴν τῷ μέτρῳ πρόσεςιν ἁρμονία, ἡ δ' ἁρμονία μεσικὴ τυγχάνει· τῆς μεσικῆς δὲ ὅσον κλέος ἐςὶν, ἐδεὶς ἀγνοεῖ. Ὥςε καὶ τὸ μέτρον ἓν τῶν ἀρίςων, ὑπὸ τὴν μεσικὴν ὂν, ἧς τὸ „κλέος," ὡς Ὅμηρος ἔφη, „οἷον ἀκέομεν, ἐδέ τι ἴδμεν."

III.

E cod. MS.

Ἀλλ' εἴτε νέα τῶν μέτρων ἡ θεωρία, εἴτε Μέσης εὕρεμα παλαιᾶς, ἑκάτερον ἕξει καλῶς· ἀρχαία μὲν γὰρ οὖσα, ἐκ τῆς παλαιότητος ἕξει τὴν σεμνότητα, νέα δὲ ἔσα, ποθεινοτέρα καθ' Ὅμηρον,

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν πάντες ἐπικλείεσ' ἄνθρωποι,
Ἥ τις ἀκεόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Μέτρε δὲ πατὴρ ῥυθμὸς καὶ θεός· ἀπὸ ῥυθμε γὰρ ἔσχον τὴν ἀρχὴν, θεὸς δὲ τὸ μέτρον ἀπεφθέγξατο.
2 Τοῦ δὲ περὶ μέτρων λόγε πολλοὶ πολλαχῶς ἤρξαντο· οἱ μὲν ἀπὸ ςοιχείων, ὡς Φιλόξενος· οἱ δὲ ἀπὸ τε μέτρων ὅρε, ὡς Ἡλιόδωρος· ἡμεῖς δὲ Ἡφαιςίωνι κατακολεθήσομεν, ἀπὸ συλλαβῆς ἀρξάμενοι· πρῶτον δὲ ὀλίγα
3 προειπεῖν δίκαιον. Τεκμήριον μέτρε ἀκοή· ἔνιοι γεν ἕτως ὡρίσαντο· Μέτρον ἐςι ποδῶν ἢ βάσεων

sermoni sua quaedam est harmonia: id quod
ex eo patet, quod alterius numerosa est ora-
tio, alterius non numerosa. Magis vero inest
in poetica dictione, quae plurimis affectibus
vtitur et verborum generibus, atque etiam fa-
bulis et figmentis, quibus efficitur harmonia.
Has ob causas antiqui dicta sua magis versibus 2
condebant, quam soluta oratione. Atque in
metro etiam inest harmonia: sed harmonia ad
musicen pertinet: musice vero quanta laude
celebretur, nemo ignorat. Ergo et metrum ad
res eximias pertinet, quia cum musice coniun-
cta est, cuius nos laudes, vt Homerus dicit,
solas audiuimus, neque aliud quidquam scimus.

III.

Sed siue recens est metrorum doctrina, siue
veteris Musae inuentum, vtrumuis bene habe-
bit. Nam si vetus est, venerabilis erit vetu-
state; sin recens, amabilior erit, secundum il-
lud Homeri: *Cantum enim omnes celebrant
homines, qui audientibus recentissimus inveni-
tur.* Metri autem pater rhythmus est et deus:
nam a rhythmo habuit ortum: deus autem id
voce protulit. Sed rei metricae tractationem 2
multi multifariam orsi sunt: alii ab litteris, vt
Philoxenus; alii a definitione metri, vt Helio-

σύνταξις, αἰσθήσει τῇ δι' ἀκοῆς παραλαμβανομένη. Εἰ δὲ τὸ κρίνον ἐςὶν ἀκοὴ, τὸ κοσμῦν ἐςι φωνή· ὡς γὰρ τὸν ἦχον τῆς εὐρυθμίας ἐκτείνουσά τε καὶ συςέλλουσα φωνὴ σχηματίζει τὰς συλλαβὰς, ὅτως εἰςδεξαμένη κρίνει ἡ ἀκοή.
4 Διὰ τοῦτο πολλὰ τῶν μέτρων συμβέβηκεν ἀποκρύπτεσθαι σιωπώμενα ἐν τῇ κατὰ πεζὸν ῥήσει· καὶ αὖ πάλιν πολλὰς πτώσεις ἔχει πρὸς ἄλλα μέτρα. Εὕροι γῦν ἄν τις παρὰ Δημοσθένει τῷ ῥήτορι ςίχον ἡρωϊκὸν κεκρυμμένον, ὃς ἠδυνήθη λαθεῖν, διὰ τὸ πεζὴν ἐσαν τὴν προφορὰν συναρπάσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀκοήν. Φησὶ γοῦν,

Τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι' ὃν εἰς Ἐλάτειαν
Ἦλθε Φίλιππος.

Στίχος ἐςὶν ἡρῷος. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἰωνικὸν, ὅταν λέγῃ,

Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ' ὑμῖν·

τοῦτο γὰρ ἄντικρυς Ἰωνικόν ἐςιν ἀπὸ μείζονος, ὅμοιον τῷ·

Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἀπαλᾶς Γυρίννω.

Τὰς δὲ τῶν μέτρων συνεμπτώσεις ἐν τοῖς ἑξῆς
5 ἐπιδείξομεν. Διαφέρει δὲ μέτρον ῥυθμοῦ. Ὕλη μὲν γὰρ τοῖς μέτροις ἡ συλλαβὴ, καὶ χωρὶς συλλαβῆς οὐκ ἂν γένοιτο μέτρον· ὁ γὰρ ῥυθμὸς

dorus. Nos Hephaestionem sequentes a syllaba ordiemur: sed pauca primum praefanda
sunt. Iudex metri est sensus audiendi. Non- 3
nulli certe sic definiunt: *Metrum est pedum vel βάσεων apta compositio, quae sensu audiendi percipitur.* Quodsi auris iudicat, vox est, quae exornat. Vt enim vox sonum modulatum producens et contrahens syllabis suam dat formam, sic auditus eas auribus exceptas
diiudicat. Hinc fit, vt multa metra silentio 4
praeterita lateant in pedestri oratione, atque etiam ad alia metra delabantur. Sic apud Demosthenem oratorem inuenias occultum versum Heroicum, qui propterea potuit latere, quia pronuntiatio ad solutam orationem accommodata simul cum verbis auditum abripuit. Dicit nempe: *Τὸν γὰρ ἐν Ἀμφίσσῃ πόλεμον, δι᾽ ὃν εἰς Ἐλάτειαν* etc. qui versus est Heroicus. Sed et Ionicum est, cum dixit: *Πολλῶν δὲ λόγων καὶ θορύβου γιγνομένου παρ᾽ ὑμῖν.* Hic enim plane Ionicus est a maiore, similis illi, *Εὐμορφοτέρα Μνασιδίκα τᾶς ἁπαλᾶς Γυρίννω.* Metrorum vero ad alia metra
delabentium exempla deinceps afferemus. Dif- 5
fert autem metrum a rhythmo. Nam syllaba est metrorum materia, et sine syllaba metrum

γίνεται μὲν καὶ ἐν συλλαβαῖς, γίνεται δὲ καὶ χωρὶς συλλαβῆς· καὶ γὰρ ἐν κρότῳ. Ὅταν μὲν γὰρ τοὺς χαλκέας ἴδωμεν τὰς σφύρας καταφέροντας, ἅμα τινὰ καὶ ῥυθμὸν ἀκούομεν· καὶ ἵππων δὲ πορεία ῥυθμὸς ἐνομίσθη, καὶ κίνησις δακτύλων, καὶ μελῶν σχήματα, καὶ χορδῶν κινήματα, καὶ τῶν ὀρνίθων τὰ πτερυγίσματα· μέτρον δὲ οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς λέξεως ποιᾶς καὶ ποσῆς. Ἔτι τοίνυν διαφέρει ῥυθμοῦ τὸ μέτρον, ᾗ τὸ μὲν μέτρον πεπηγότας ἔχει τοὺς χρόνους, μακρόν τε καὶ βραχὺν, καὶ τὸν μετὰ τοῦτον, τὸν κοινὸν καλούμενον, ὃς καὶ αὐτὸς πάντως μακρός ἐστι καὶ βραχύς· ὁ δὲ ῥυθμὸς, ὡς βούλεται, ἕλκει τοὺς χρόνους· πολλάκις γοῦν καὶ τὸν βραχὺν χρόνον ποιεῖ μακρόν. Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, καὶ τὴν διαφορὰν ἴσασιν οἱ ποιηταὶ, λάβωμεν παραδείγματα παιζούσης κωμῳδίας ἐν σπουδαζούσῃ φιλοσοφίᾳ. Ὁ γοῦν Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Νεφέλαις [φησὶ Σωκράτης, εἰ καὶ τωθάζει Ἀριστοφάνης·] „Πότερον περὶ μέτρων, ἢ περὶ ἐπῶν, ἢ περὶ ῥυθμῶν;“ Ἀντιδιέστειλε γὰρ ἐκεῖνος ἀπὸ ῥυθμῶν τὰ μέτρα. Εἰς ἑκάτερον γοῦν τὸ παράδειγμα σημειωτέον, ὅτι τε ῥυθμὸς μέτρου διαφέρει, καὶ ὅτι ἴσασιν ἐν διδασκαλίᾳ οἱ παλαιοὶ τὴν τῶν μέ-
6 τρων θεωρίαν. Τὸ δὲ μέτρον λέγεται πολλαχῶς· καὶ γὰρ τὴν εὐμετρίαν μέτρον προσαγορεύομεν,

fieri non potest. Rhythmus vero et in syllabis fit, et extra syllabas: nam et in pulsatione inest. Etenim cum ab aerariis fabris malleos deorsum incuti videmus, simul etiam rhythmum quendam audimus: equorum item incessus pro rhythmo putatur, et micatio digitorum, et motus membrorum, et chordarum percussio, et in avibus alarum plausus. Metrum vero exsistere non potest sine verbo certae formae et quantitatis. Praeterea metrum a rhythmo differt eo, quod metrum habet tempora fixa et definita, longum et breue, et horum medium, quod appellant commune; quod ipsum vtique longum et breue est: rhythmus vero pro lubitu trahit tempora, cum saepius breue tempus longum faciat. Hoc autem ita se habere, et illa inter se differre, sciunt poetae. Exempla sumamus iocantis comoediae in philosophia severe agente. Aristophanes in Nubibus [dicit id Socrates, etsi eum irridet Aristophanes]: *Vtrum de metris, an de epicis versibus, an de rhythmis?* Distinxit ergo ille a rhythmis metra. Ad vtramque rem hoc exemplum notandum est, et rhythmum a metro differre, et veteres metrorum rationem praeceptis comprehensam didicisse. Metrum porro 6

ὡς ὁ εἰπὼν, μέτρον ἄριςον, εἴτε σοφὸν ἀπόφθεγμα, εἴτε θεῖον ἀνάθημα· Ἀπόλλωνι μὲν γὰρ ἁρμοδιώτατον, ἐπεὶ καὶ μέτρων εὑρετής. Λέγεται δὲ μέτρον καὶ τὸ μετρȣ̃ν, καὶ αὐτὸ τὸ μετρȣ́μενον, ὡς, ὅταν εἴπωμεν τὸν μέδιμνον μέτρον, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ μετρηθὲν μέτρον, ἀμφότερα δὴ καλεῖται μέδιμνος· καὶ αὖ πάλιν εἰ εἴποιμι χόα τὸ σκεῦος, ἐν ᾧ μετρῶ ποσότητά τινα· καὶ αὖ πάλιν αὐτὴν τὴν ποσότητα χόα προςαγορεύομεν· [καὶ αὖ πάλιν αὐτὸ τὸ ξύλον, ὃ μόνον ἔχει πῆχυν, πῆχυν προςαγορεύομεν.]

7 Οὕτω μὲν ȣ̃ν καὶ ἐπὶ ταύτης τῆς θεωρίας πολλαχόθεν λέγεται μέτρον. Μέτρον τε γὰρ καλȣ̃μεν πᾶν τὸ μὴ πεζὸν, ὡς ὅταν εἴπω τὰ μὲν Πλάτωνος πεζὰ, τὰ δὲ Ὁμήρȣ μέτρα. Μέτρον καλεῖται καὶ εἶδος ἑκάςȣ, ὡς ὅταν εἴπω, μέτρον Ἰωνικὸν, καὶ μέτρον Ἰαμβικὸν, καὶ μέτρον Τροχαϊκόν. Μέτρον καλεῖται καὶ ςίχος ἕκαςος, ὡς ὅταν εἴπω, ἡ πρώτη Ὁμήρȣ ῥαψῳδία μέτρα ἔχει χʹ. τȣ̃το δὲ Ὀδυσσεὺς ὁ μετρικὸς ἐσημειώσατο. Ἔτι τοίνυν μέτρον καλȣ̃μεν τὴν συζυγίαν, τουτέςι τὴν διποδίαν, ὅταν τὸ Ἰαμβικὸν, τὸ ἀπὸ ἓξ ποδῶν συγκείμενον, τρίμετρον καλῶμεν. Μέτρον καλȣ̃μεν καὶ τὸν χρόνον, ὃν τινες τῶν ῥυθμικῶν σημεῖον προςαγορεύȣσιν. Ὅτι δὲ τȣ̃-

multis modis dicitur. Nam et iustum rerum
modum vocamus metrum; sicut ille, qui dixit,
μέτρον ἄριστον, siue sapientis est dictum, siue
sententia diuinitus edita. Apollini quidem ma-
xime conuenit, vt inuentori modorum. Deinde
appellatur metrum et id, quod metitur, et il-
lud ipsum, quod ad metrum, siue mensuram,
exigitur, vt, cum et medimnum et id, quod
medimnus capit, metrum vocamus, sane vtra-
que res medimnus dici solet. Porro *χόα* vas
appello, in quo metior aliquam quantitatem:
et ipsam item quantitatem *χόα* vocamus: [ip-
sum rursus lignum, quod longitudinem habet
vnius cubiti, appellamus cubitum.] Sic et in 7
hoc argumento metri nomen ad multa pertinet.
Nam metrum dicimus, quidquid non est prosa;
vt cum ea, quae Plato scripsit, prosam, quae
vero Homerus, metra dico. Metrum etiam ap-
pellatur quaeque versuum species; vt cum di-
co, metrum Ionicum, metrum Iambicum, me-
trum Trochaicum. Singuli quoque versus ap-
pellantur metra; vt cum dico: prima Homeri
rhapsodia continet metra sexcenta: hoc autem
Vlysses metricus notatum prodidit. Porro et
pedum coniugationem metrum vocamus, vt cum
trimetrum appellamus Iambicum versum, qui

το ὅτως ἔχει, παράδειγμα τεθήσεται, ὅ τινες μὲν Ὀρφέως, τινὲς δὲ τῆς Πυθίας παραλαμβάνουσι· περὶ γὰρ τῶν ἐπῶν λέγων, ἢ λέγουσα,

Ὄρθιον, ἑξαμερὲς, τετόρων καὶ εἴκοσι μέτρων.

Καὶ ταῦτα ὅτως ἔχει, ὥςπερ εἴρηκα· „μέτρον δὲ καὶ τὸ μετρῦν καὶ τὸ μετρόμενον." Οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν προειρημένων αὐτὸ τὸ μετρούμενον, τετέςι τὸ ποίημα, μέτρον προςαγορεύεται, καὶ ἕκαςον τῶν μετρέντων τῆς ὁμοίας τετύχηκεν ὀνομασίας· χρόνος γὰρ συλλαβὴν ποιεῖ, συλλαβὴ δὲ πόδα, πὸς δὲ συζυγίαν, συζυγία δὲ ςίχον, ςίχος δὲ ποίημα· πάντα ὖν εἰκότως μέτρα προςα-
8 γορεύεται. Γέγονε δὲ ἀπὸ τῦ μείρω ῥήματος, ὅ ἐςι μερίζω· ἀφ᾽ ὗ παρὰ τῷ ποιητῇ,

Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς.

Ὡς δὲ παρὰ τὸ σείω σεῖςρον γίνεται, καὶ παρὰ τὸ δέρω δέρτρον, καὶ παρὰ τὸ φέρω φέρτραν, ὅτω καὶ παρὰ τὸ μείρω μέτρον· ὄνομα γῦν ἐςι,
9 καὶ ἐκ τῆς ἐτυμολογίας, τῦ μερισμῦ. Περὶ δὲ ὅρων μέτρου νῦν εἰπεῖν οὐκ ἀναγκαῖον· αὐτὸς γὰρ ὁ Ἡφαιςίων αἰτιᾶται τὸν Ἡλιόδωρον, ὅτι τοῖς ἐπαρχομένοις γράφει· τοῖς γὰρ ἀπείροις, καὶ τοῖς μήπω τῆς μετροποιΐας γεγευμένοις, ἀ-
10 δύνατον νοῆσαι τὸν ὅρον. Ἐπιγέγραπται δὲ Ἐγχειρίδιον, ὐχ᾽, ὥς τινες ᾠήθησαν, διὰ τὸ ξί-

constat senis pedibus. Metrum item vocamus
tempus illud, quod rhythmici quidam *σημεῖον*
appellant. Hoc ita esse, exemplo versus con-
firmabimus, quem alii Orpheo, alii Pythiae tri-
buunt. Nam de epico versu loquens vel haec
vel ille, *Orthium*, inquit, *carmen, sex partium,*
viginti quatuor metrorum. Etiam haec ita se
habent, vt dixi: metrum est et id, quod meti-
tur, et illud, quod ad metrum siue mensuram
exigitur. Ita etiam in modo dictis id ipsum,
quod mensum est, hoc est poema, metrum
vocatur: et singula, quae metiuntur, similiter
appellata sunt: syllabam tempus facit, pedem
syllaba, pes coniugationem pedum, haec ver-
sum, versus poemata; vt recte cuncta haec ap-
pellentur metra. Deriuatum vero est hoc nomen 8
a verbo *μείρω*, quod est *diuido;* vnde illud
poetae: *Ἶσον ἐμοὶ βασίλευε, καὶ ἥμισυ μείρεο*
τιμῆς. Vt a *σείω* fit *σεῖστρον*, a *δέρω δέρ-*
τρον, sic a *μείρω μέτρον:* est igitur, si ety-
mologiam spectamus, nomen partitionis. De de- 9
finitionibus metri nunc dicere non est necesse:
ipse enim Hephaestion reprehendit Heliodorum,
quod tironibus ea de re scripserit, quia rudes et
arte metrica nondum imbuti definitionem metri
intelligere non possint. Liber inscriptus est 10

φος, καὶ διὰ τὸ ὀξύνειν τῶν μετιόντων τὰς ψυχὰς, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν χερσὶν ἔχειν τοὺς βουλομένους τὰ κεφάλαια τῶν μετρικῶν παραγγελμάτων. Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, Ἡλιόδωρος τοῦ Ἐγχειριδίου ἀρχόμενος οὕτω λέγει· „Τοῖς βουλομένοις ἐν χερσὶν ἔχειν τὰ κεφαλαιωδέστερα τῆς μετρικῆς
11 γέγραπται τὸ βιβλίον τοῦτο.“ Ἤρξατο δὲ αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων, ὡς ἔφην, ἀπὸ συλλαβῆς· ὕλη γὰρ τοῖς μέτροις ἡ συλλαβὴ, καὶ ἄνευ ταύτης οὐκ ἂν συσταίη τὸ μέτρον. Τὸ ποιοῦν πρὸ τοῦ ποιηθέντος, ὅθεν ἄρξασθαι δίκαιον. Οὐκ ἀπὸ τοῦ γένους δὲ ἤρξατο, ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ εἴδους· διαφέρει δὲ εἶδος καὶ γένος, ᾗ γένος μέν ἐστι τὸ πρωτότυπον, εἰς εἴδη διαιρεθῆναι δυνάμενον, εἶδος δὲ τὸ ἀπὸ τοῦ γένους διῃρημένον· οἷον εἴ τις λέγοι ζῶον γένος, εἴδη δὲ αὐτοῦ, ἄνθρωπον, ἵππον, καὶ τὰ λοιπά. Οὐκοῦν γένος μέν ἐστιν ἡ συλλαβὴ, εἴδη δὲ αὐτῆς βραχεῖα, καὶ μακρὰ, καὶ κοινὴ καλουμένη. Οὐκ ἔδοξεν οὖν αὐτῷ ἀπὸ τοῦ γένους ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν· (τεχνικὸς γὰρ οὗτος ὁ λόγος, καὶ οὐ πάνυ τοῖς μέτροις συμβάλλεται·) οὔτε ὅρῳ τὴν συλλαβὴν περιλαβεῖν, οὔτε τὸν περὶ αὐτῆς εἰπεῖν λό-
12 γον τῆς ἐτυμολογίας. Καίτοι ἐν τοῖς τεχνικοῖς
13 ἔλεγχον ἔσχεν ὁ ὅρος· Ἔστιν ἡ συλλαβὴ - - - Ἔτι
ἡ συλλαβὴ παρὰ τοῦτο ὠνόμασται, παρὰ τὸ πο-

Ἐγχειρίδιον, non, vt quidam opinati sunt, propter gladium, et quod mentes eorum acuat, qui illud tractent, sed quod eo, qui volunt, in manibus habere possunt summas praeceptionum metricarum. Hoc ita esse, patet ex eo, quod Heliodorus initio Enchiridii sic loquitur: *Hic liber scriptus est iis, qui rei metricae praecipua capita in manibus habere cupiunt.* He- 11
phaestion incipit illud, vt dixi, a syllaba: syllaba scilicet est metrorum materia, et sine ea metrum confici non potest. Quod efficit, prius est eo, quod efficitur: adeoque illinc incipiendum est. Non autem a genere incipit, sed a specie: differunt nempe genus et species eo, quod genus est notio primaria, quae in species diuidi potest; species autem, quod a genere diuisum est; vt animal quis dicere possit genus, cuius species sint homo, equus, et reliqua. Genus igitur est syllaba; species vero eius sunt breuis, longa, et quae appellatur communis. Non visum est auctori de genere primum tractare; quia grammaticae arti proprius est hic locus, neque ad metra cognoscenda multum confert; neque vim syllabae definitione complecti, neque etymologiam eius persequi. In grammaticis sane 12
quaestionibus definitio non reprehendenda foret:

σότητα στοιχείων εἰς ταὐτὸν συλλαμβάνειν, ὧν ἔξεστιν ὑφ' ἕνα φθόγγον παραλαβεῖν, ἂν μὴ εἴποι τις τὰς μονογραμμάτους· ἀλλὰ ταῦτα μὲν
14 ζητείτωσαν οἱ τεχνικοί. Ἐν δὲ τοῖς μετρικοῖς εἰδέναι δεῖ, ὅτι πᾶσα βραχεῖα ἴση, καὶ πᾶσα μακρὰ ἴση· καθόλου γὰρ αἱ μέν εἰσι δίχρονοι, αἱ δὲ μονόχρονοι. Ἐντεῦθεν τὸν μὲν Δάκτυλον καλοῦμεν τετράχρονον, τὸν δὲ Πυῤῥίχιον δίχρονον, οὐ πολυπραγμονοῦντες τῆς ποιητικῆς λέξεως ἢ συλλαβῆς τὰ στοιχεῖα, οὐδὲ ἐν ποσότητι καταμετροῦντες τοὺς χρόνους, ἀλλὰ ἐν δυνάμει τῆς ποσότητος.

IV.

E cod. MS.

Ἀρκτέον δὲ ἀπὸ βραχείας. Οὕτω τοίνυν ὁ Ἡφαιστίων αὐτὴν ὁρίζεται· „Βραχεῖα ἐστὶ συλλαβὴ ἡ ἔχουσα βραχὺ φωνῆεν ἢ βραχυνόμενον, μὴ ἐπὶ τέλους λέξεως, οὕτως, ὡς μεταξὺ αὐτῆς καὶ τοῦ ἐν τῇ ἑξῆς συλλαβῇ φωνήεντος μὴ ὑπάρχειν σύμφωνα πλείονα ἑνὸς ἁπλοῦ, ἀλλ' ἤτοι ἕν, ἢ
2 μηδὲ ἕν.“ Πάνυ οὖν ἐπαίνου ἄξιος ὁ ὅρος, ὡς πάντα ἔχων, ὅσα δεῖ ὑγιῆ ὅρον ἔχειν. Ὅρος καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἶναι, ὁ μηδὲν ἔξωθεν τῶν ὁριζομένων συμπεριλαμβάνων, ἢ ὁ μηδὲν τῶν ὁριζομένων καταλιπών, ὃς ἀντιστρέφει πρὸς τὸ κε-

Syllaba est.... Porro syllaba hinc nomen acce- 13
pit, quod litteras plures in vnum colligit, quae vno sono comprehendi possunt; nisi quis de iis loquatur syllabis, quae vna littera constant. Sed
de his rebus quaerant grammatici. Illud autem 14
tenendum est, in re metrica omnes syllabas breves inter se esse aequales, et omnes item longas: nam in vniuersum illae constant vno tempore, hae binis temporibus. Hinc dactylum dicimus esse quatuor temporum, pyrrhichium duorum, non curiosius inuestigantes vocis aut syllabae poeticae litteras, neque quantitate tempora aestimantes, sed vi et vsu quantitatis.

IV.

Incipiendum autem a breui syllaba. Eam sic definit Hephaestion: *Brevis syllaba est, quae habet breuem aut correptam vocalem, eamque non in fine verbi, et ita quidem, vt eam inter et sequentis syllabae vocalem non intersint consonantes plures vna simplici, sed aut vna tantum,*
aut nulla. Omnino laudanda est definitio, vtpote 2
omnia habens, quae oportet inesse in legitima definitione. Etiam philosophis ea statuitur esse legitima definitio, quae nihil extra rem definitam simul complectitur, et quae nihil omittit eorum, quae ad definiendum afferenda sunt, quaeque

φαλαιῶδες, τουτέςιν, ἐὰν ἀλλήλων ὑπάρχουσιν οἱ ὅροι, αὐτός τε ὁ ὅρος καὶ τὸ οριζόμενον, οὕτως, ὡς ἐπὶ τοιȣ̃δε παραδείγματος· Ἄνθρωπός ἐςι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νȣ̃ καὶ ἐπιςήμης δεκτικόν. Εἴ τι ȣ̃ν ἐςι ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νȣ̃ καὶ ἐπιςήμης δεκτικὸν, τοῦτό ἐςιν ἄνθρωπος πάντως. Καὶ αὖ πάλιν· Φωνή ἐςιν ἀὴρ πεπληγμένος. Εἴ τι ȣ̃ν ἐςιν ἀὴρ πεπληγμένος, τοῦτο φωνὴ πάντως. Οὕτως ȣ̃ν καὶ ἐπὶ τȣ̃ προκειμένȣ ὅρου εἴδωμεν τὸ ἀντιςρέφον· Εἴ τι ἐςὶ βραχὺ φωνῆεν, μὴ ἐπὶ τέλους λέξεως κείμενον, μεταξὺ τῆς ἄλλης συλλαβῆς ȣ̓κ ἔχον σύμφωνα ἑνὸς πλείονα, τȣ̃το πάντως ἐςὶ συλλαβὴ βραχεῖα.

3 Προείρηται δὲ τὸ „μὴ ἐπὶ τέλους λέξεως κείμενον,“ διὰ τὴν κοινὴν λεγομένην. Ἐάνπερ εἰς μέρος ἀπαρτίζῃ λόγου, τῷ τῆς κοινῆς ὑποπίπτει λόγῳ· οἷον ὅταν συλλαβὴ βραχεῖα ἐςὶν ἐπὶ τέλους λέξεως κειμένη, ἐνομίσθη ποτὲ μακρὰ, ὡς ἡ παρὰ τῷ ποιητῇ, „Τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα.“ Καὶ αὖ πάλιν ἡ Πρὸς συλλαβὴ βραχεῖα ἐςὶν, ἀλλ᾽ ἐν τόπῳ κεῖται μακρᾶς, ὅταν Ὅμηρος εἴπῃ, „Πρὸς οἶκον Πηλῆος·“ σπονδεῖον γὰρ δεῖ εἶναι τὸν πόδα. Εἰ δὲ φησὶ μὴ ἔχει σύμφωνον

4 μεταξὺ ἓν, διὰ τὴν μακράν· εἰ γὰρ συμβαίη, βραχεῖ ἢ βραχυνομένῳ φωνήεντι δύο σύμφωνα ἐπενεχθῆναι, μακρὰν ποιήσει τὴν συλλαβήν·

reciprocatur cum re definita, hoc est, si, re et definitione posita, altera alterius est definitio, vt in hoc exemplo: Homo est animal sermone praeditum, mortale, intelligentiae et scientiae capax. Si quod igitur animal sermone praeditum est, et mortale, idemque intelligentiae et scientiae capax, haud dubie illud est homo. Aliud exemplum: Sonus est aër percussus. Si qua res igitur est aër percussus, ea est haud dubie sonus. Eodem modo et in definitione proposita videamus id quod reciprocatur: Si qua vocalis est brevis, eaque non in fine verbi posita, quae non habeat inter se et sequentem syllabam plures vna consonantes, ea sine dubio est syllaba breuis.
Illud autem, *non in fine verbi posita*, dictum est 3
propter ancipitem, quae inde exsistit, syllabam. Si enim partem orationis absoluit, rationem habet syllabae communis. Sic quando syllaba brevis in fine vocis posita est; aliquando breuis putatur, vt illa (τὰ) apud poetam: „τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα.“ Et contra, syllaba πρὸς est breuis, sed longae locum obtinet, cum Homerus dicit „πρὸς οἶκον Πηλῆος:“ spes enim debet esse spondeus.
Dicit praeterea, vnam tantum consonantem inter- 4
iectam esse debere, propter longam, quae inde exsistit, syllabam. Nam si breui aut correptae

οἷον ἡ μὲν συλλαβή ἐςι βραχεῖα, ἀλλ' ἐὰν δύο σύμφωνα ἐπενεχθῇ, ὡς ἐν τῷ Ἕκτωρ, μακρὰν ποιήσει τὴν συλλαβήν. Διὰ τῦτο προςέθηκε, μὴ δεῖν ὑπάρχειν σύμφωνα δύο, ἀλλ' ἓν ἁπλῦν ἢ μηδὲ ἕν· καὶ γὰρ ἐὰν διπλοῦν προςενεχθῇ, μακρὰν ποιήσει τὴν συλλαβὴν, ὡς ἐν τῷ „Ἄξω ἑλών.“

V.

Ex Porphyrio de vita Plotini.

Πολλῶν καθ' ἡμᾶς, ὦ Μάρκελλε, γεγενημένων φιλοσόφων, ὐχ ἥκιςα παρὰ τὺς πρώτους τῆς ἡλικίας ἡμῶν χρόνους, (ὁ μὲν γὰρ νῦν καιρὸς, ὐδ' εἰπεῖν ἐςιν, ὅσην σπάνιν ἔσχηκε τοῦ πράγματος· ἔτι δὲ μειρακίων ὄντων ἡμῶν, οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων προέςησαν, οὓς ἅπαντας μὲν ὑπῆρξεν ἰδεῖν ἡμῖν διὰ τὴν ἐκ παίδων ἐπὶ πολλοὺς τόπους ἅμα τοῖς γονεῦσιν ἐπιδημίαν, συγγενέσθαι δὲ αὐτῶν τοῖς ἐπιβιώσασι κατὰ ταὐτὸ, συχνοῖς ἔθνεσι καὶ πόλεσιν ἐπιμίξαντας)· οἱ μὲν καὶ διὰ γραφῆς ἐπεχείρησαν τὰ δοκοῦντα σφισὶ πραγματεύεσθαι, καταλιπόντες τοῖς ἐπιγιγνομένοις τῆς παρ' αὐτῶν ὠφελείας μετασχεῖν· οἱ δὲ ἀποχρῆναι σφισὶν ἡγήσαντο, τὺς συνόντας προβιβάζειν εἰς τὴν
2 τῶν ἀρεσκόντων ἑαυτοῖς κατάληψιν. Ὧν τοῦ μὲν προτέρυ γεγόνασι τρόπου Πλατωνικοὶ μὲν,

vocali duae consonantes postponuntur, eae syllabam faciunt longam. Propterea addidit, non oportere adesse duas consonantes, sed aut vnam simplicem, aut nullam. Nam si duplex accedit, ea syllabam facit longam, vt in illo, Ἄξω ἑλών.

V.

Cum permulti memoria nostra, Marcelle, exstiterint philosophi, primis maxime aetatis nostrae temporibus (nam praesenti tempore, vix dici potest, quam rarum sit huius rei studium: sed nobis adolescentulis non pauci inclaruerunt tuendis philosophiae placitis, quos omnes nobis contigit videre propter institutas cum parentibus in multa loca peregrinationes, quorum etiam qui tum superstites erant, consuetudine mihi iuncti fuerunt, multas gentes et ciuitates obeunti): nonnulli eorum scriptis etiam placita sua exposuerunt, vt et posteri doctrina ipsorum fruerentur; alii vero sufficere existimarunt, si sectatores suos ad illorum cognitionem perducerent. Quo- 2
rum qui priorem rationem secuti sunt, Platonici fuerunt Euclides, Democritus, et Proclinus is, qui in Troade vixit; et, qui etiamnunc Romae

Εὐκλείδης, καὶ Δημόκριτος, καὶ Προκλῖνος, ὁ περὶ τὴν Τρωάδα διατρίψας, οἵ τε μέχρι νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ δημοσιεύοντες, Πλωτῖνος, καὶ Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος, ὁ τούτου γνώριμος· Στωϊκῶν δὲ Θεμιςοκλῆς, καὶ Φοιβίων, οἵ τε μέχρι πρώην ἀκμάσαντες, Ἄννιός τε καὶ Μήδιος· Περιπατητικῶν δὲ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Ἡλιόδωρος.

3 *Τοῦ δὲ δευτέρου Πλατωνικοὶ μὲν, Ἀμμώνιος καὶ Ὠριγένης, οἷς ἡμεῖς τὸ πλεῖςον τοῦ χρόνου προσεφοιτήσαμεν, ἀνδράσιν ἐκ ὀλίγῳ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸς εἰς σύνεσιν διενεγκοῦσιν, οἵ τε Ἀθήνησι διάδοχοι, Διόδοτος καὶ Εὔβουλος. Καὶ γὰρ εἴ τι τούτων γέγραπταί τισιν, ὥςπερ Ὠριγένει μὲν τὸ περὶ δαιμόνων, Εὐβούλῳ δὲ τὸ περὶ τοῦ Φιλήβε καὶ τοῦ Γοργίε, καὶ τῶν Ἀριςοτέλει πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν ἀντειρημένων, οὐκ ἐχέγγυα πρὸς τὸ μετὰ τῶν ἐξειργασμένων τὸν λόγον αὐτοὺς ἀριθμεῖν ἂν γένοιτο, παρέργῳ τῇ τοιαύτῃ χρησαμένων σπεδῇ, καὶ μὴ προηγουμένην περὶ τοῦ γράφειν ὁρμὴν λαβόντων.*

4 *Τῶν δὲ Στωϊκῶν Ἑρμῖνος καὶ Λυσίμαχος, οἵ τε ἐν ἄςει καταβιώσαντες Ἀθηναῖος καὶ Μεσώνιος· καὶ Περιπατητικῶν Ἀμμώνιος καὶ Πτολεμαῖος, φιλολογώτατοι μέντοι τῶν καθ᾽ αὑτοὺς ἄμφω γενόμενοι, καὶ μάλιςα ὁ Ἀμμώνιος, (οὐ γάρ ἐςιν, ὅςις ἐκείνῳ γέγονεν εἰς*

publica negotia gerunt, Plotinus et huius disci-
pulus Gentilianus Amelius: Stoici autem The-
mistocles et Phoebion, quique nuper admodum
floruerunt, Annius et Medius: e Peripateticis
denique Heliodorus Alexandrinus. Qui vero 3
posteriorem rationem secuti sunt, Platonici fue-
runt Ammonius et Origenes, quos quidem ego
diutissime frequentaui, viros aequalibus suis do-
ctrina multum antecellentes; et qui Athenis in
schola successere, Diodotus et Eubulus. Etsi
enim horum quidam nonnulla scripserunt, vt
Origenes, qui de daemonibus librum edidit, et
Eubulus, qui de Philebo et Gorgia Platonis scri-
psit, et de iis, quae Aristoteles reipublicae Pla-
tonis opposuit: tamen illa tanti non sunt, vt eos
propterea in illorum numerum referre possimus,
qui litteris philosophiae dogmata explicuerunt:
nam velut per otium talia tractarunt, non certo
scribendi consilio suscepto. E Stoicis autem fue- 4
runt Herminus et Lysimachus; quique in vrbe
vitam egerunt, Athenaeus et Musonius: ex Peri-
pateticis Ammonius et Ptolemaeus, qui inter
aequales doctrina vel maxime excelluerunt, et
praecipue Ammonius (nemo enim artium cuncta-
rum elegantisque doctrinae scientia cum eo

πολυμάθειαν παραπλήσιος,) οὐ μὴν καὶ γρά-
ψαντές γε τεχνικὸν οὐδὲν, ἀλλὰ ποιήματα καὶ
λόγους ἐπιδεικτικοὺς, ἅπερ οὖν καὶ σωθῆναι,
τῶν ἀνδρῶν τούτων οὐχ ἑκόντων, οἶμαι· μὴ
γὰρ ἂν αὐτοὺς δέξασθαι διὰ τοιούτων βιβλί-
ων ὕϛερον γενέσθαι γνωρίμους, ἀφέντας σπου-
δαιοτέροις συγγράμμασι τὴν ἑαυτῶν ἀποθη-
5 σαυρίσαι διάνοιαν. Τῶν δ' οὖν γραψάντων οἱ
μὲν οὐδὲν πλέον ἢ συναγωγὴν, καὶ μεταγρα-
φὴν τῶν τοῖς πρεσβυτέροις συντεθέντων ἐποιή-
σαντο, καθάπερ Εὐκλείδης, καὶ Δημόκριτος,
καὶ Προκλῖνος· οἱ δὲ, μικρὰ κομιδῆ πράγματα
τῆς τῶν παλαιῶν ἱϛορίας ἀπομνημονεύσαντες,
εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐκείνοις ἐπεχείρησαν
συντιθέναι βιβλία, καθάπερ Ἄννιός τε καὶ
Μήδιος, καὶ Φοιβίων· οὗτος μὲν ἀπὸ τῆς ἐν
τῇ λέξει κατασκευῆς γνωρίζεσθαι μᾶλλον, ἢ
τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως ἀξιῶν· οἷς καὶ
τὸν Ἡλιόδωρον συγκατανείμειέ τις ἂν, οὐδ'
ἐκεῖνον παρὰ τὰ τοῖς πρεσβυτέροις ἐν ταῖς
ἀκροάσεσιν εἰρημένα πλέον τι συμβαλλόμενον
6 εἰς τὴν τοῦ λόγου διάρθρωσιν. Οἱ δὲ καὶ
πλήθει προβλημάτων, ἃ μετεχειρίσαντο, τὴν
σπουδὴν τοῦ γράφειν ἀποδειξάμενοι, καὶ τρό-
πῳ θεωρίας ἰδίῳ χρησάμενοι, Πλωτῖνός εἰσι καὶ
Γεντιλιανὸς Ἀμέλιος· ὁ μὲν τὰς Πυθαγορείας

comparari potest): nec tamen quidquam e philosophia petitum scripserunt, sed tantum poemata et demonstratiui generis orationes; quae quidem inuitis ipsis seruata esse existimo: neque enim crediderim, illos maluisse talibus scriptis peruenire in posteritatis memoriam, cum possent luculentiora doctrinae suae condere monumenta. Ex 5
eorum numero, qui aliquid scripserunt, alii nihil aliud nisi collecta ex antiquioribus et externo habitu mutata in medium protulerunt; vt Euclides, Democritus, Proclinus: alii minuta quaedam ex antiquorum scriptis deligentes secundum eosdem, quos illi, locos composuerunt libros, vt Annius, Medius, Phoebion. Atque hic quidem magis elocutionis arte, quam rerum grauitate innotescere studuit. His et Heliodorum adiungas licet: nam ne hic quidem quidquam praeter ea, quae veterum libris continentur, contulit ad philosophiae decreta distinctius explicanda. Qui 6
vero rerum, quas tractarunt, multitudine studium scribendi ostenderunt, et propria ipsis vsi sunt ratione, fuerunt Plotinus et Gentilianus Amelius. Quorum ille principia Pythagorica et Platonica dilucidius, quam priores, visus est explanasse: (nequaquam enim ea, quae Numenius, Cronius,

ἀρχὰς καὶ Πλατωνικὰς, ὡς ἐδόκει, πρὸς σαφεςέραν τῶν πρὸ αὐτοῦ καταςησάμενος ἐξήγησιν, (οὐδὲ γὰρ οὐδὲν ἐγγύς τι τὰ Νουμηνίου, καὶ Κρονίου, καὶ Μοδεράτου, καὶ Θρασύλλȣ, τοῖς Πλωτίνου περὶ τῶν αὐτῶν συγγράμμασιν εἰς ἀκρίβειαν·) ὁ δὲ Ἀμέλιος κατ᾽ ἴχνη μὲν τούτου βαδίζειν προαιρούμενος, καὶ τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος, τῇ δὲ ἐξεργασίᾳ πολὺς ὢν, καὶ τῇ τῆς ἑρμηνείας περιβολῇ πρὸς τὸν ἐναντίον ἐκείνῳ ζῆλον ὑπαγόμενος.

7 Ὧν καὶ μόνων ἡμεῖς ἄξιον εἶναι νομίζομεν ἐπισκοπεῖσθαι τὰ συγγράμματα. Τȣ̀ς μὲν γὰρ λοιπȣ̀ς τί τις ἂν κινεῖν οἴοιτο δεῖν, ἀφεὶς ἐξετάζειν ἐκείνȣς, παρ᾽ ὧν ταῦτα λαβόντες ȣ̃τοι γεγράφασιν, ȣ̓δὲν αὐτοὶ παρ᾽ αὐτῶν προσθέντες, ȣ̓χ ὅτι τῶν κεφαλαίων, ἀλλ᾽ ȣ̓δὲ τῶν ἐπιχειρημάτων, ȣ̓δ᾽ ȣ̃ν ἢ συναγωγῆς τῶν παρὰ τοῖς πλείοσιν,

8 ἢ κρίσεως τȣ̃ βελτίονος ἐπιμεληθέντες. Ἤδη μὲν ȣ̃ν καὶ δι᾽ ἄλλων τȣτὶ πεποιήκαμεν, ὥςπερ καὶ τῷ μὲν Γεντιλιανῷ περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης ἀντειπόντες, τȣ̃ δὲ Πλωτίνȣ τὸ περὶ τῶν ἰδεῶν ἐπισκεψάμενοι. Τὸν μὲν γὰρ κοινὸν ἡμῶν τε κἀκείνων ἑταῖρον ὄντα, Βασιλέα τὸν Τύριον, ȣ̓δ᾽ αὐτὸν ὀλίγα πεπραγματευμένον κατὰ τὴν τȣ̃ Πλωτίνȣ μίμησιν, (ὃν ἀποδεξάμενος μᾶλλον τῆς παρ᾽ ἡμῖν ἀγωγῆς, ἐπεχείρησε

Moderatus et Thrasyllus protulerunt, cum illis Plotini eiusdem argumenti scriptis, quod ad diligentem rerum explicationem attinet, comparanda sunt:) Amelius autem, huius vestigia dum sibi legenda proponit, eadem fere tuetur dogmata; sed prolixus in tractatione verbosaque rerum explicatione in contrariam Plotino formam deflectit. Et hi quidem soli sunt, quorum scripta 7
diiudicatione digna putem. Nam reliquos cur quis refutandos putet, nihil quaerens de illis, a quibus illi sua mutuati scripserunt? praesertim cum nihil a se excogitatum addiderint, non dicam rerum et capitum, sed ne argumentorum quidem, neque curarint illa e pluribus congerere aut excerpere meliora. Equidem hoc egi in aliis 8
scriptis, sicut et Gentiliano de iustitia secundum notionem Platonis definita respondi et Plotini librum de ideis examinaui. Communem enim et nostrum et illorum amicum, Regem illum, Tyrium natione, qui et ipse non pauca ad exemplum et imitationem Plotini commentatus est (cum illius rationem disciplinae nostrae praeferens peculiari libro docere conatus esset, meliorem illius esse de ideis sententiam quam quae nobis probaretur) satis confutasse videor libro meo, quia

διὰ συγγράμματος ἀποδεῖξαι, βελτίω δόξαν περὶ τῶν ἰδεῶν τῆς ἡμῖν ἀρεσκούσης ἔχοντα,) μετρίως ἀντιγραφῇ διελέγξαι δοκοῦμεν, οὐκ εὖ παλινῳδήσαντα, κἂν τούτοις οὐκ ὀλίγας τῶν ἀνδρῶν τούτων κεκινηκότες δόξας, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολῇ, μέγεθος μὲν ἐχούσῃ συγγράμματος, ἀποκρινομένῃ δὲ πρὸς ἄττα τῶν ὑπ' αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀπεσταλμένων· ἣν αὐτὸς μὲν ἐπιστολὴν περὶ τοῦ τρόπου τῆς Πλωτίνου φιλοσοφίας ἔγραψεν, ἡμεῖς δὲ αὐτὸ μόνον προσηρκέσθημεν, τῇ κοινῇ τοῦ συγγράμματος ἐπιγραφῇ πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολὴν αὐτὸ προσαγορεύσαντες.

VI.

Pars Epistolae Longini ad Porphyrium. Ex Porphyrio de vita Plotini.

Καὶ σὺ μὲν ταῦτα τὰ βιβλία πέμπειν, ὅταν σοι δοκῇ· μᾶλλον δὲ κομίζειν. Οὐ γὰρ ἂν ἀποσταίην τοῦ πολλάκις δεῖσθαί σου, τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁδὸν τῆς ἑτέρωσε προκρῖναι, κἂν, εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, (τί γὰρ ἂν καὶ σοφὸν παρ' ἡμῶν προσδοκῶν ἀφίκοιο;) τήν γε παλαιὰν συνήθειαν, καὶ τὸν ἀέρα, μετριώτατον ὄντα, πρὸς ἣν λέγεις σώματος ἀσθένειαν, κἂν ἄλλο τι τύχῃς οἰηθείς. Παρ' ἐμοῦ δὲ μηδὲν προσδοκᾶν καινότερον, μηδ'
2 ἓν τῶν παλαιῶν, ὅσα φῂς ἀπολωλεκέναι. Τῶν

non bene suam sententiam retractauerat. His scriptis non paucas, vt puto, infirmaui illorum virorum opiniones, sicut et epistola ad Amelium, quae commentarii magnitudinem habet; quam opposui illis, quae ipse ad me Roma scripserat. Hanc suam epistolam ille inscripserat, *De Plotini ratione in philosophando*: ego communi tantummodo inscriptione contentus librum meum appellaui *Epistolam ad Amelium*.

VI.

Et tu quidem hos libros mittes, cum tibi visum fuerit, ac potius ipse afferes: non enim desinam te subinde rogare, vt hoc ad nos suscipiendum iter alii cuiuis itineri anteponas, si non alia de causa (quod enim elegans inuentum in re litteraria ex me speres?) at propter vetustatem consuetudinis nostrae, et propter coeli temperiem, quae conuenit imbecillitati, quam dicis, corporis tui, licet aliter tibi visum fuerit. A me autem nihil exspecta noui, neque quidquam veterum meorum scriptorum, quae tibi periisse dicis. Tanta enim hic loci scri- 2

γὰρ γραψάντων τοσαύτη σπάνις ἐνταῦθα καθέστηκεν, ὥστε, νὴ τοὺς θεούς, πάντα τὸν χρόνον τοῦτον τὰ λειπόμενα τῶν Πλωτίνου κατασκευάζων, μόλις αὐτῶν ἐπεκράτησα, τὸν ὑπογραφέα τῶν μὲν εἰωθότων ἀπάγων ἔργων, πρὸς ἑνὶ δὲ τούτῳ τάξας γενέσθαι. Καὶ κέκτημαι μὲν ὅσα δοκεῖν πάντα, καὶ τὰ νῦν ὑπὸ σοῦ πεμφθέντα· κέκτημαι δὲ ἡμιτελῶς, οὐ γὰρ μετρίως ἦν διημαρτημένα. Καίτοι τὸν ἑταῖρον Ἀμέλιον ᾤμην ἀναλήψεσθαι τὰ τῶν γραφέων πταίσματα· τῷ δ' ἦν ἄλλα προὐργιαίτερα τῆς τοιαύτης προσεδρίας. Οὐκ οὖν ἔχω, τίνα χρὴ τρόπον αὐτοῖς ὁμιλῆσαι, καίπερ ὑπερεπιθυμῶν τά τε περὶ ψυχῆς, καὶ τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἐπισκέψασθαι· ταῦτα γὰρ οὖν καὶ μάλιστα διημάρτηται· καὶ πάνυ βουλοίμην ἂν ἐλθεῖν μοι παρά σου τὰ μετ' ἀκριβείας γεγραμμένα, τοῦ παραναγνῶναι μόνον, εἶτα ἀποπέμψαι πάλιν. Αὖθις δὲ τὸν αὐτὸν ἐρῶ λόγον, ὅτι μὴ πέμπειν, ἀλλ' αὐτὸν ἥκειν ἔχοντα μᾶλλον ἀξιῶ, ταῦτά τε, καὶ τῶν λοιπῶν εἴ τι διαπέφευγε τὸν Ἀμέλιον· ἃ μὲν γὰρ ἤγαγεν, ἅπαντα διὰ σπουδῆς ἐκτησάμην. Πῶς δ' οὐκ ἔμελλον ἀνδρὸς ὑπομνήματα, πάσης αἰδοῦς ἄξια καὶ τιμῆς, κτήσεσθαι; Τοῦτο γὰρ οὖν καὶ παρόντι σοι, καὶ μακρὰν ἀπόντι, καὶ περὶ τὴν Τύρον διατρίβοντι τυγχάνω δήπουθεν ἐπεσταλκώς, ὅτι τῶν

barum est inopia, vt per totum hoc tempus
vix, ita me dii ament, Plotini, quae deerant,
parare mihi potuerim: quam ad rem notarium
a consueto abductum opere huic vni curae
intentum esse iussi. Cuncta quidem eius scri-
pta iam, quantum existimare possum, compa-
rata habeo, atque etiam illa iam a te missa.
Sed imperfecta tantum habeo: non enim me-
diocriter in iis peccarunt librarii. Putabam
equidem, sodalem nostrum Amelium errores
illos emendaturum esse: sed potiora quaedam
habebat et huic negotio anteponenda. Non vi-
deo igitur, quomodo illis scriptis vti possim,
etsi mira cupiditas me tenet illa de animo et
de ente diligentius examinandi: nam in his
vel maxime peccatum est: et valde opto, vt illa
a te missa mihi veniant accurate descripta, sed
hac conditione, vt haec tantum cum meis con-
feram, et deinde remittam. Sed repeto id, 3
quod supra dixi: non mitti illa, sed a te ipso
afferri cupio cum reliquis, si quae forte Ame-
lium fugerunt: nam, quae ille attulit, cuncta
illico mihi comparaui. Quidni enim illius viri
commentationes tam care habendas et admi-
randas meas facerem? Hoc enim certe et prae-

μὲν ὑποθέσεων οὐ πάνυ με τὰς πολλὰς προσίεσθαι συμβέβηκεν· τὸν δὲ τύπον τῆς γραφῆς, καὶ τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς τὴν πυκνότητα, καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς τῶν ζητημάτων διαθέσεως, ὑπερβαλλόντως ἄγαμαι καὶ φιλῶ, καὶ μετὰ τῶν ἐλλογιμωτάτων ἄγειν τὰ τούτου βιβλία φαίην ἂν δεῖν τοὺς ζητητικούς.

VII.

Ex Euseb. Praepar. Euang. l. 15. p. 822. ed. Paris. 1628.

Συνελόντι δ' εἰπεῖν, πόῤῥω μοι δοκοῦσιν ἀφεστηκέναι τοῦ τὰ δέοντα λογίζεσθαι πάντες ἐφεξῆς, ὁπόσοι τὴν ψυχὴν σῶμα ἀπεφήναντο. Πῶς γὰρ ὅλως ἐγχωρεῖ, παραπλήσιον εἶναί τινι τῶν στοιχείων τὸ κατ' αὐτὴν, θεῖναι; Ποῦ δὲ ἐπὶ τὰς κράσεις καὶ μίξεις ἀνενεγκεῖν; αἳ, κατὰ πολλοὺς γιγνόμεναι τρόπους, ἄλλων μὲν ἀμυθήτων ἰδέας σωμάτων ἀπογεννᾷν πεφύκασιν, ἐν οἷς, εἰ καὶ μὴ συνεχῶς, ἀλλ' οὖν πόῤῥωθεν ἰδεῖν ἔνι τῶν στοιχείων αἰτίαν, καὶ τὴν πρὸς τὰ δεύτερα καὶ τρίτα τῶν πρώτων ἀφορμήν. Τῶν δὲ περὶ ψυχὴν ἴχνος οὐδὲν, οὐδὲ τεκμήριον ἐν τοῖς σώμασιν εὑρίσκεται· κἂν εἰ φιλοτιμοῖτό τις, ὡς Ἐπίκουρος καὶ Χρύσιππος, ἅπαντα λίθον κινεῖν, καὶ πᾶσαν ἐρευνᾷν δύναμιν σώματος εἰς γένεσιν τῶν
2 περὶ ψυχῆς πράξεων. Τί γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος

senti tibi, et longe a me remoto, cum et Tyri versareris, significaui, me res ab eo tractatas, maiori saltem ex parte, non admodum probare, sed formam orationis sententiarumque densitatem et philosophicam in quaestionibus tractandis rationem vehementer admirari, eaque vnice delectari, vt affirmare non dubitem, eos, qui versentur in rebus contemplandis et cognoscendis, scripta eius in numero praestantissimorum ponere oportere.

VII.

Sed vt paucis dicam, longe mihi a vero rerum iudicio recessisse videntur, quicunque animum corporeum esse pronuntiarunt. Quomodo enim consentaneum est, eum alicui parti elementorum similem statuere? et quomodo ad eum referas concretiones et mixtiones? Hae cum variis fiant modis, innumeras corporum species, natura sic ferente, producunt: in quibus etsi non e proximo, tamen ex aliquo interuallo videre licet causam in elementis sitam, et quomodo e primis secunda et tertia proficiscantur. At eorum, quae ad animum pertinent, nullum vestigium, nullum indicium ori-

ἡμῖν λεπτότης πρὸ ἔργου γένοιτ' ἂν εἰς φαντασίας καὶ λογισμούς; Τί δὲ τῶν ἀτόμων σχῆμα τοσαύτην παρὰ τὰ ἄλλα ἔχει δύναμιν καὶ τροπὴν, ὥστε φρόνησιν γεννᾷν, ὅταν εἰς ἑτέρου πλάσιν ἐγκαταμιχθῇ σώματος; Οἶμαι μὲν, ὡς, οὐδ' εἰ τῶν Ἡφαίστου τις ἂν τύχοι τριπόδων καὶ θεραπαινῶν, (ὧν φησιν Ὅμηρος τοὺς μὲν αὐτομάτους εἰς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν, τὰς δὲ συνεργάζεσθαι τῷ δεσπότῃ, καὶ μηδενὸς, οἵων ζῶντες ἔχουσι, πλεονεκτημάτων ἀπολείπεσθαι,) μή τι γε δὴ τῶν ἐκ ταὐτομάτου ψηγμάτων, ἃ καὶ αὐτοῖς ἐπὶ τῶν αἰγιαλῶν προσέοικε λίθοις, εἰς τὸ δύνασθαί τι
3 περιττότερον ποιεῖν πρὸς αἴσθησιν. Ζήνωνι μὲν γὰρ καὶ Κλεάνθει νεμεσήσειέ τις ἂν δικαίως, οὕτω σφόδρα ὑβριστικῶς περὶ αὐτῆς διαλεχθεῖσι, καὶ ταὐτὸν ἄμφω, τοῦ στερεοῦ σώματος εἶναι τὴν ψυχὴν ἀναθυμίασιν, φήσασι. Τί γὰρ, ὦ πρὸς θεῶν, κοινὸν ὅλως ἀναθυμιάσει καὶ ψυχῇ; Πῶς δὲ ἐγχωρεῖ, νομίσαντας, τούτῳ προσεοικέναι τήν θ' ἡμετέραν καὶ τὴν τῶν ἄλλων ζώων οὐσίαν, τοῦτο μὲν φαντασίας καὶ μνήμας οἵους τε εἶναι σώζειν διαρκεῖς, τοῦτο δὲ ὁρμὰς καὶ βουλήσεις τῶν λυσιτελούντων εἰς σύνεσιν πραγμάτων; Εἶτ' ἄρα καὶ τοὺς θεοὺς, καὶ τὸν διὰ πάντων παρήκοντα, ὁμοίως ἐπιγείων τε καὶ οὐρανίων, εἰς ἀναθυμίασιν καὶ καπνὸν καὶ τοιαύτην φλυα-

ginis e rebus corporeis inuenitur, etiamsi quis ad Epicuri Chrysippique exemplum studiose omnem lapidem moueat et omnes exquirat corporis facultates, e quibus animi actiones oriantur. Quid enim nobis spiritus illa tenuitas ad 2
visiones et ratiocinationes conferre possit? aut quomodo atomorum figura eam habet praeter cetera vim eamque in motu conuersionem, vt prudentiam gignant, cum in alius corporis formatione simul immiscentur? Equidem existimo, etiamsi quis Vulcani tripodes et ancillas habeat (quorum illos Homerus fingit sponte ad ministeria procedere, has domino in laboribus operam praestare et omnium facultatum, quibus viui homines gaudent, esse participes,) illud efficere non posse; nedum si habeat particulas corporum fortuito natas, quae similes sunt lapillis in littore iacentibus, quod ad vim attinet, insigne quid efficiendi, quo sentiendi facultas exsistat. Nam Zenoni et Cleanthi merito quis 3
irascatur, qui tam contumeliose de animo locuti sint: nempe vterque dixit, eum corporis esse exhalationem. Quid enim (dii boni!) commune est animo cum exhalatione? aut qui conuenit, homines, qui et nostram et ceterorum animantium naturam vapori similem esse putent, vel

ρίαν καταθήσομεν, καὶ ἐδὲ τὲς ποιητὰς αἰσχυνέμεθα, οἳ, καίπερ ἀκριβῆ σύνεσιν τῶν θεῶν ἐκ ἔχοντες, ὅμως τὰ μὲν ἐκ τῆς κοινῆς ἐπινοίας τῶν ἀνθρώπων, τὰ δὲ ἐξ ἐπιπνοίας τῶν Μεσῶν, ἣ κινεῖν αὐτὲς ἐπὶ ταῦτα πέφυκε, σεμνότερα εἰρήκασι περὶ αὐτῶν, καὶ ἐκ ἀναθυμιάσεις, ἐδ' ἀέρας, ἐδὲ πνεύματα, καὶ λήρες.

VIII.

Ex Apsinis Τέχνῃ ῥητορικῇ *Ruhnkenius praeter alia, fortasse multo plura, vt dixi in praefatione, etiam ea pro fragmento Longini habebat, quae inde a pag. 713. summa vsque ad 715. fere infimam continentur. Sunt autem haec.*

Οὐκ ἐλάχιστον δὲ μέρος τῆς μεθόδε τῆς κατὰ τὴν ῥητορικὴν τέχνην τὸ τῆς λέξεώς ἐςι. Τὰ γὰρ ἐνθυμήματα καὶ πάντα τὰ μέρη τε λόγε φαίνεται τοιαῦτα τοῖς ἀκέεσιν, ὁποῖά ποτ' ἂν εἴη τὰ τῶν λέξεων. Φῶς γὰρ ὥςπερ τῶν ἐννοημάτων τε καὶ ἐπιχειρημάτων ὁ τοιέτος λόγος ἀπὸ σαφῶν τοῖς δικαςαῖς τὴν πιθανότητα τῆς πίςεως. Οὐ τοίνυν ἀμελητέον αὐτῶν, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιςα φυλακτέον, παραδείγμασι χρωμένες τοῖς ἄριςα τῶν ῥητόρων τέτῳ τῷ μέρει χρησαμένοις, καὶ περικαλῶς τε καὶ ποικίλως τὴν ἐξαγγελίαν ἠσκημένοις. Πλέον γὰρ ἐδ' ὁτιεν τῆς ἀγχινοίας καὶ τῆς ὀξύτητος τῆς ἐπὶ τῇ κρίσει καὶ διαιρέσει

visiones et recordationes, vel impetus et studia, quae faciant ad rerum intelligentiam, conservare posse? An vero et ceteros deos, et eum, qui per omnia permeat terrestria et coelestia, ad exhalationes et fumos et eiusmodi nugas referemus? ac ne poëtas quidem reuerebimur? qui licet iusta deorum notitia caruerint, tamen partim e communi hominum sensu, partim ex afflatu Musarum, quo ad huiusmodi effata excitantur, honestiora et grauiora de his naturis protulerunt, non exhalationes esse, aut vapores, aut spiritus, delirantium somnia.

VIII.

Non minima pars est disciplinae rhetoricae, quae complectitur elocutionem. Nam argumentationes et omnes partes orationis tales videntur audientibus, qualia sunt, quae ad omnem verborum rationem spectant. Etenim velut lumen sententiarum et argumentationum talis est oratio, vt quae iudicibus prorsus claram reddat vim confirmationis. Non igitur negligenda sunt illa, sed summo studio tractanda, ita vt exemplis vtamur illis oratoribus, qui optime hanc eloquentiae partem coluerunt, commodeque et sollerter cuncta eloqui consueuerunt. Nihil

καὶ περισκέψει τῆς γνώμης καὶ τῶν καθ' ἕκαςον λογισμῶν, εἰ μὴ συνθεῖν τῇ βελτίςῃ λέξει τὰ νοήματα, καὶ ῥυθμοῖς χρήσῃ πρεπωδεςάτοις ἐν λέξει τε καὶ θέσει τῶν ὀνομάτων καὶ πλήθει
2 ῥημάτων. Πολλὰ γὰρ τὰ κηλῦντα τὸν ἀκροατὴν ἄνευ τῆς διανοίας καὶ τῆς πραγματικῆς κατασκευῆς καὶ τῆς ἠθικῆς πιθανότητος. Τὸ γὰρ μȣσικὸν καὶ εὔτακτον τῆς ἑρμηνεύσεως ἔμφυτον ἅπασι καὶ τοῖς ἀγελαίοις ζώοις· ἔτι γε πολιτικῶν τε καὶ λογικῶν καὶ τάξεως αἴσθησιν εἰληφότων. Εἰ τοίνυν τὸ μȣσικόν τε καὶ εναρμόνιον καὶ ῥυθμητικὸν ξύμμετρόν τε καὶ ξυμμελὲς ἐξεργάσαιο, καὶ διαπονήσαιο εἰς τὸ ἀκριβέςατον, τῶν μὲν ἀφαιρῶν μέρη, τοῖς δὲ προςάπτων, ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ καὶ καλλονῇ διαμετρῶν τὸ δέον· σοὶ πιθανώτατος ὁ λόγος καὶ
3 ῥητορικώτατος. Οἷάτε ἡ παρ' Ὁμήρῳ ποίησις μὴ παρὰ φαῦλον ἡγησαμένῳ μηδὲ ἐν εὐτελείᾳ ἀναγνωςέον ἐν εὐτελεῖ. Ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἔχει λόγον εὐπετῆ. Τοιȣ̃τον καὶ Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ· καὶ γὰρ οὗτος ἤσκηται. Ἔτι δὲ καὶ τὸ τῶν τραγῳδοποιῶν φῦλον καὶ τὸ τῶν κωμῳδῶν, μελοποιῶν τε καὶ τῶν τοιȣ́των, τό τε τῶν σοφιςῶν· ὅπȣ μηδὲ τοῖς φιλοσοφȣ̃σιν ὑπερορᾶται καὶ παρημέληται. Τῷ μὲν γὰρ Πλάτωνι καὶ τῷ Ξενοφῶντι, Αἰσχίνῃ τε καὶ Ἀντισθένει περιττῶς

enim proficies acumine et sagacitate in iudicando, distinguendo et subtiliter poliendo sensu singulisque argumentis, nisi optima elocutione sententias ornes et rhythmis vtaris aptissimis in delectu, flexione, et collocatione nominum et verborum. Multa enim sunt, quae auditorem 2
oblectant, praeter explicationem sententiarum, quas vel causa suppeditat vel mores hominum, ad quos accommodata oratio fit probabilis. Nam sensus numerosae et musicae dictionis innatus est cunctis animalibus cateruatim vagantibus, nedum dicam mentibus animalium vitae sociali aptorum, et ratione simulque ordinis sensu gaudentium. Si ergo musicam partem, quae harmoniam et rhythmos admittit, exornaueris numeris aptis et sonis, maximaque cura elaboraueris, demtis hic nonnullis, istic additis, ad iustam rationem et ad vsum et ornatum metiens, quae res poscit: oratio tua erit maxime probabilis et oratoria .... qualis etiam est Homeri 3
poesis, quam qui non contemnit nec parui pendit, ne recitare quidem debet, quasi parui pendendam. Vtrumque enim est leuitatis. Idem conuenit Archilocho Pario: nam et hic in illis tritus est. Etiam tragicorum poetarum natio et

διαπεπόνηται καὶ ἱκανῶς ἠκρίβωται. Τῶν δὲ ῥητόρων τῷ κορυφαίῳ ταύτην εἶναι συμβέβηκε τὴν ἀρετήν· καὶ παρὰ τοῦτο κρατεῖν ἂν δοκοίη τῶν ἑτέρων τῶν ἐκ ταυτοῦ γένους.

4 Τὸ δὲ ἔργον αὐτῆς, σαφῶς τε καὶ καθαρῶς διελθεῖν γνωρίμως τε καὶ γνωστῶς τοῖς ἀκούουσι, καὶ παρὰ τούτῳ μηδὲν ἐλλιπεῖν τῆς σεμνότητος, ἀλλὰ δοκεῖν μὲν κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς πολλοῖς συντιθέναι τὰ μόρια, καὶ τὰ σημαίνοντα τὰ πράγματα τῆς διανοίας σύμβολα· συγκεκρᾶσθαι δὲ τῷ γνωστῷ καὶ τὸ ξένον, ἔτι δὲ τὸ καινόν τε καὶ περικαλλὲς τῆς ἀφηγήσεως. Δεῖ γὰρ δύο τούτους ποιήσασθαι σκοποὺς, τὴν δήλωσιν τοῦ πράγματος καὶ τὸ μεθ' ἡδονῆς δηλοῦν. Οὐ γὰρ ψυχαγωγήσεις μὴ γοητεύων μετά τινος χάριτος καὶ ἡδονῆς, μεταβολῇ τε καὶ ποικιλίᾳ τῶν ὀνομάτων. Εἰ δὲ ὑπερβαίνεις ἀκαίρως, ἀπαρτῶν τὸν λόγον μιᾶς λέξεως, καὶ μετατιθεὶς τὴν ἀκολουθίαν, πρὸς ὀργὴν ἥξεις καὶ ἀχθηδόνα κατ' ἀμφίβολον τὴν λέξιν καὶ μεγάλας ἐλλείψεις ἐχουσαν, κἂν ὑπὲρ τὸν καιρὸν ἡ περίοδος περιγράφηται, καὶ τοὺς ὅρους μείζονας τοῦ μέτρου λαμβά-
5 νη. Πεφύλαξο δὲ τοῖς λίαν ἀρχαίοις καὶ ξένοις τῶν ὀνομάτων καταμιαίνειν τὸ σῶμα τῆς λέξεως καὶ τὴν ἀφὴν τῆς παρασκευῆς. Οὐκ ἀχρεῖον δὲ οὐδὲ τῶν Ἰσοκράτους παραγγελμάτων ἐκτρέπε-

comicorum, melicorum item, aliorumque id genus, nec non sophistarum. Ac ne philosophantes quidem illa contemnunt et negligunt. Nam Plato, Xenophon, Aeschines et Antisthenes ea studiose tractata diligenter obseruarunt. Sic et oratorum principi laus huius virtutis conuenit, in qua et ceteros eiusdem generis artifices superat.

Munus autem elocutionis hoc est, vt verbis 4
probatis et puris, perspicuis item et claris cuncta
explicet auditoribus, ac praeterea tueatur vbique
grauitatem, licet vulgari ratione singula compo-
sita videatur habere, eodemque modo adhibere
verba, sensuum animi signa. Deinde notis mi-
scere debet insolentia, nec minus noua et splen-
dida. Nam hunc duplicem debet habere sco-
pum, vt et perspicue res eloquatur, et perspicui-
tati adiungat suauitatem. Non enim quis conciliet
ac teneat auditores, nisi eos deliniat gratia qua-
dam et voluptate et variandis exornandisque ver-
bis. Sed si vltra modum aliquod verbum traii-
ciat, ex quo vno suspendatur sententia, nec verba
suo loco ponat, indignabuntur molesteque ferent,
propter ambiguitatem sensus, in quo multa de-
siderantur, etiamsi iusto amplior sit periodus, et
vltra fines suos excurrat. Cauendum etiam, ne 5

σθαι τοῦ, μὴ τραχύνειν τὸν λόγον τῇ παραθέσει καὶ συμπλοκῇ τῶν καλουμένων φωνηέντων· ἃ τὴν ἀκρόασιν οὐκ ἀνέχεται, καὶ τὸν λόγον οὐχ [ἱκνουμένως] συνυφαίνειν ἔοικεν, οὐ τελείως τε καὶ ἀπταίστως εἰς τὴν ἀκοὴν παρίησιν, ἀλλ' ἐπιλαμβάνεται τοῦ πνεύμονος, καὶ ἐπίσχει τὸ πνεῦμα τῆς φωνῆς.

Τῆς δ' εὐρυθμίας τὸ γνώρισμα δῆλον τῷ συνειθισμένῳ τὸ τῶν εὐρύθμων καὶ ἀποτετορνευμένων καὶ στρογγύλων ἀποδέχεσθαι λόγων, καὶ τετριμμένῳ τὰ ὦτα πρὸς τὴν σύνθεσιν τῶν τε σεμνῶν καὶ ἀρχαίων λόγων, ὧν κατέλεξα τοὺς εὑρετάς, [ὡς] καὶ πρώτους φήναντας τὰ παρα-
6 δείγματα τῆς καλλιλογίας. Ἴδοις δ' ἂν αὐτοὺς, προσέχων τὴν γνώμην, παρὰ μέρη διῃρημένους τὴν κατὰ τὴν εὐφωνίαν ἐπιμέλειαν. Ἢ γὰρ προσέθεσάν τι μόριον τῷ κοινῷ καὶ ἁπλῶς καὶ ἀργῶς λεγομένῳ, [καὶ κατὰ τοὺς πολλοὺς καὶ ἰδιώτας τῷ δημοσιεύοντι λόγῳ καὶ παρὰ πᾶσι λεγομένῳ]· τὸ γὰρ „παίζεις" παντὸς εἰπεῖν, καὶ τοῦ προστυχόντος· „παίζεις" δὲ „ἔχων" τινὰ ἴδιον τύπον φωνῆς καὶ διαλέκτου παρίστησι. Πολλὰ δέ ἐστι τῶν προστιθεμένων ἐκ περιουσίας, καὶ πάντα σχεδὸν τὰ μέρη τοῦ λόγου, μέχρι καὶ γραμμάτων. Ἐπιβάλλουσι δὲ καὶ δύο μέρη πολλάκις, καὶ πλείονα. Καὶ περὶ τούτων τηρητέον ἔστι σοι καὶ

verbis plane priscis et inusitatis vim dictionis et aculeos, quos habet materia parata, retundamus. Nec vero inutile est e praeceptis Isocratis illud obseruare, ne conflictantium inter se vocalium concursu asperam reddamus orationem. Nam hoc modo vocales non retinent audientiam: verba non [bene] coire patiuntur, neque plane et sine offensione in aures immittunt; quippe pulmonis nisum remorantes, et inhibentes spiritum vocis.

Quid sit autem numerosum, ei non est obscurum, cui probantur dicta numerosa, polita et rotunda, et qui aures tritas habet oratione decora et antiqua, vt eam facile agnoscat. Eius inuentores recensui, sicut et illos, qui primi ediderunt exempla comtae et ornatae orationis.
Videas autem illos, si attendas, inter se quasi 6
dispertitam habere curam suauium sonorum. Aut enim ad dictum communi sermone et simplici prolatum, qui nihil delectationis habet [qui vulgo, et ab indoctis, et in consuetudine vitae ciuilis, et ab omnibus vsurpatur] vocem aliquam addunt: nam illud *παίζεις* quiuis dicit, etiam qui vtcunque Graece loquitur: sed *παίζεις ἔχων* peculiare genus sermonis dialectumque prodit. Multa etiam adduntur abundantia, et

φυλακτέον τῆς φωνῆς τὸν τύπον· σαυτὸν γὰρ ὐ θήσεις, ὐδὲ εἰςοίσεις ἴδιον νόμον, ὡς δεῖ προςνέμειν· ὐ γὰρ ἐφ' ἡμῖν ὁ νόμος τῶν λόγων, ἀλλ'
7 ἡμεῖς ἐπὶ τῷ νόμῳ. Ἡ κατὰ ἀφαίρεσιν ἐν ἀρχῇ τὸ καὶ ἐπιμελείᾳ ἐπιβάλλεται, καὶ ποικίλον τι καὶ περιττῶς ἔχον φαίνεται· καθάπερ ὅταν λέγω, „καὶ χαλκῦν μὲν ἐςήσαντο τόνδε· καὶ σίτισιν ἔδοσαν· καὶ τῆς γῆς τεμόντες· καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς οὕτως ἔχυσι." Λείπειν δ' ἀξιῦσι προθέσεις, συνδέσμυς, ἅπαντα τὰ μέρη, καὶ σύνδυο τῶν μερῶν τῦ λόγυ. Τὸ δ' αὖ τῆς ἀλληγορίας κοσμεῖ τὸν λόγον ἐν τῷ μεταβάλλειν τὔνομα, καὶ δι' ἑτέρυ καινοτέρυ τὸ αὐτὸ σημαίνειν. Τὸ γὰρ πεπατημένον καὶ πεπλυμένον καὶ μυριόλεκτον πρὸς κόρον ἄγει, καθάπερ τῶν σιτίων, καὶ ὅσα πρὸς τὴν ὄψιν ἢ τὴν ἄλλην αἴσθησιν, τὰ κοινὰ καὶ τὰ συνήθη καταφρονεῖται, [καὶ] τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῦ κατὰ τὴν αἴσθησιν πνεύματος, ὐκ ἐπιτρέπει τὴν ἀντίληψιν.
8 Δεῖ δὲ ἐκ τῆς ἀκοῆς τὸν δικαςὴν λίχνοις τε καὶ ἡδείαις ὥςπερ καρυκείαις καὶ ὀψοποιΐαις, σκευασίαις τε καὶ προαγωγαῖς, ἐπισπᾶσθαι καὶ προςάγεσθαι. Ποιεῖσθαι δὲ τῦτο χρὴ τοῖς θεραπευτικοῖς τε καὶ κολακευτικοῖς ὀνόμασι· ταῦτα γάρ ἐςι τῆς πειθῦς φάρμακα, θήρατρα χαρίτων καὶ μυσικῆς τῆς ἐπὶ τὸ πείθειν ἠσκημένης· ὐ

propemodum omnes partes orationis, ne litteris
quidem exceptis. Adiiciunt adeo duo verba,
aut plura. In his tibi genus sermonis tenendum
ac tuendum est: non tuam constitues nec in-
troducere conaberis loquendi legem, ex qua
sit aliquid adiungendum: non enim lex sermo-
nis e nobis pendet, sed nos e lege sermonis.
Aut quasi omissis non nullis *Καὶ* ab initio non 7
temere adsciscitur, quod praebet speciem va-
riatae et ornamento aliquo affectae orationis,
vt cum dicunt: *Καὶ χαλκοῦν μὲν ἐξήσαντο
τόνδε· καὶ σίτισιν ἔδοσαν· καὶ τῆς γῆς τε-
μόντες· καὶ τὰ πρὸς ἡμᾶς ὕτως ἔχουσι.* Nec
dubitant omittere praepositiones, coniunctiones,
quasuis partes orationis, et binas etiam eodem
loco. Allegoriae porro figura ornat orationem,
mutato rei nomine, alioque nouo eadem re si-
gnificata. Nam frequentata et crebro allata sex-
centiesque dicta satietate afficiunt, tamquam ci-
borum: et vulgaria vel oculis vel reliquis sen-
sibus multum vsurpata spernuntur, neque con-
cedunt, vt animus eorum sensum percipiat,
eoque impetu moueatur, qui e sensu exsistit.
Oportet etiam aures pasci iudicis, eumque ex- 8
quisitis et suauibus tamquam cupediis et pul-
mentariis nec non apparatibus et inuitamentis

γὰρ ὅμοιον, „οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἀνόμοιον,“ τὸ δ᾽
ἀηδὲς „ἄγλευκες“ εἰπεῖν, „ἀτερπές“ τε καὶ „οὐκ
ἐν χάριτι,“ καὶ τὸ καλὸν „περικαλλὲς“ [εἰπεῖν]·
καὶ τὸ λίαν „μάλα ἀνυτικῶς,“ ὡς καὶ „κομιδῆ“
ποτε· καὶ τὸ, ἀντὶ τοῦ καλῶς, „ὑπερεύγε·“ τὸ δὲ
ἄτοπον „ὑπερφυὲς,“ καὶ τὸ δεινὸν „σχέτλιον,“
καὶ τὸ ὅπου „ἵνα·“ καὶ τὸ ὡς διαβαίνομεν πρὸς
τὸ τῆς Ἀγρίας „διαβαινόμενον“ τό τε παραιτή-
σασθαι „παρίεσθαι·“ καὶ „ἀντιβολῆσαι“ δὲ τὸ
δεηθῆναι· καὶ τὸ ἁπλῶς „ἔμβραχυ·“ καὶ „ἀμη-
9 γέπη“ τὸ μετρίως. πτώσεών ἐστι τῶν κομιδῆ ξέ-
νων καὶ τὴν γνῶσιν ἐν αὐτοῖς οὐκ ἐχόντων· οὐ
μὴν ἐκείνων γε τῶν παρὰ τὴν πτῶσιν κεκαινο-
τομημένων· ἢ τὰς ἐγκλίσεις τῶν ῥημάτων, ἢ
τὰς διαθέσεις, ἢ τὰς μεταλλάξεις τὰς περὶ τοὺς
χρόνους, ἢ τὰ πνεύματα καὶ τοὺς τόνους. Τοιγάρ-
τοι λεκτέον, „ἀφείλετό με καὶ χάριν τὴν σήν·“
καὶ „θαυμάζω σε, καὶ καταφρονῶ σε·“ καὶ,
„ἐθάῤῥει τούτους·“ καὶ, „οὐδέν σε δεῖ τοῦ ἐπιτηδεύ-
ματος·“ καὶ, „ὅτι ἤ τι καὶ αὐτὴ καὶ εἴσεισι·“
καὶ, „εἶεν μακάριοι ἐκεῖνοι·“ καὶ, „ὡς εἰδεῖεν
οἱ θεοί·“ καὶ, „ἀνύσας ἱκανῶς·“ καὶ, „ἀφθό-
νως τοῦ πνεύματος ἐνδότας·“ καὶ, „ψεύδοντ᾽,
ἀλλ᾽ οὐ τοσούτου πνεύματος, οἷον ἥκιστα,“ καὶ τὰ
τοιαῦτα, ὅσα καὶ ἐν χρείᾳ, οἷα „ταυτὸν κατ᾽
10 ἀρχὰς ἔμπαλιν.“ Οἱ δὲ χρόνοι καὶ οὗτοι διαφέ-

attrahi atque allici. Hoc fit verbis mitibus et auditu iucundis. Sunt enim lenocinia ad persuadendum composita et carmina probe meditata, quibus irretiti homines obsequuntur. [Itaque, si res fert, pro] *οὐ γὰρ ὅμοιον* dicas: *οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἀνόμοιον*: et *ἄγλευκες*, aut *ἀτερπὲς*, aut *οὐκ ἐν χάριτι* pro *ἀηδές*: *περικαλλὲς* pro *καλόν*: *μάλα ἀνυτικῶς*, vt et *κομιδῆ* aliquando, pro *λίαν*: *ὑπερεύγε* pro *καλῶς*: *ὑπερφυὲς* pro *ἄτοπον*: *σχέτλιον* pro *δεινόν*: *ἵνα* pro *ὅπου*: *διαβαινόμενον* pro *ὡς διαβαίνομεν πρὸς τὸ τῆς Ἀγρίας*: *παρίεσθαι* pro *παραιτήσασθαι*: *ἀντιβολῆσαι* pro *δεηθῆναι*: *ἔμβραχυ* pro *ἁπλῶς*: *ἀμηγέπη* pro *μετρίως*. [Abstinendum ve- 9
ro] casibus nominum prorsus insolentibus, et qui sua nota non possint agnosci; non tamen nominibus ipsis recens factis, quorum casus non offendat.... aut coniugationes modosue verborum, aut permutationes temporum, aut spiritus et accentus. Ergo dicendum: *ἀφείλετό με καὶ χάριν τὴν σήν*: et *θαυμάζω σε*: et *καταφρονῶ σε*: et *ἐθάῤῥει τούτους*: et *οὐδέν σε δεῖ τοῦ ἐπιτηδεύματος*: et *ὅτι ἤ τι καὶ αὐτὴ καὶ εἴσεισι*: et *εἶεν μακάριοι ἐκεῖνοι*: et *ὡς εἰδεῖεν οἱ θεοί*: et *ἀνύσας ἱκανῶς*: et *ἀφθόνως τοῦ πνεύματος ἐνδότας*: et *ψεύδοντ᾽, ἀλλ᾽ οὐ τοσούτου πνεύματος, οἷον ἥκι-*

ρουσι· „Θεμιςοκλέα καὶ ψιμύθιον καὶ κώμυθα·“
τί δ᾽ οὐχὶ καὶ οἱ τόνοι; καὶ ὡσαύτως καὶ λίαν
οἰκείαν δευτέραν ἀπὸ τοῦ τέλους. Καὶ παραλείπω
μύρια· τί γάρ με δεῖ πάντα λέγειν δείγματος
ὅσον δεόμενον; ὃ δ᾽ ἴσως ἀναγκαῖον, ἐκλέλειπται
γὰρ τὸ παράδειγμα τὸ παρὰ τοὺς ἀριθμοὺς, οἷον
„οὔπω εἶχον καὶ διὰ πάσης τὰ καταςρώματα·“
καὶ „εἰπέ μοι· ταῦτα δ᾽ ἂν λέγωσι·“ καὶ „αἱ
ἅμαξαι, ἵνα ἀντὶ τείχους ᾖ καὶ τὴν Φιλίππου ῥώ-
μην διεξιέναι.“ ὅτι μοι δοκεῖ πάνθ᾽, ὅσα ἂν
εἴποι τις ὑπὲρ τούτων καὶ ἐπὶ θάτερα, τὰ γνω-
ριμώτατα· „ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος· πολιτεύω δὲ καὶ
ἐπολίτευον·“ καὶ „μεταπέμπω καὶ διενόουν·“
καὶ „ποιοῦνται καὶ προωρώμην·“ καὶ „ἱππάζο-
μαι καὶ ὁρῶμαι,“ παρὰ τὸ κοινὸν εἴρηται πα-
11 σχόντων ὥσπερ οὐχὶ ποιούντων. Ἔτι δὲ καὶ πρὸς
τούτοις ἡ μετάθεσις τῶν λεγομένων, ὅταν τῆς
συνήθους χώρας ἐκπέσῃ, καὶ τῇ πεπατημένῃ
κόσμον περιάπτῃ, ὡς ἐὰν λέγωμεν, „οὐδὲν δεῖ
ἄλλο,“ καὶ „τούτου περί· ἐν καὶ τοῦ Διὸς τῷ νεῷ,
καὶ ἄλλο τι· ἢ καὶ τάχα ἴσως καὶ ὑςέρα τοίνυν
δεκάτη.“ Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα εὑρήματα· δεί-
γματος δὲ εἵνεκα ταυτὶ παρεθέμην. Ἄκαιρον
γὰρ, εἰ πάντα λέξεται καὶ περὶ πάντων ἐπέξει-
μι, μηδὲν παριείς· ἡ γὰρ ἐκβολὴ τοῦ λόγου γέ-
νοιτ᾽ ἂν ἀσύμμετρος, πολλῶν ἐπῶν εἰς τοῦτο τὸ

ϛα: et qualia sunt illa (quae et in omni oratione vsurpantur): ταυτὸν κατ᾽ ἀρχὰς ἔμπαλιν. E 10
temporibus autem haec quoque aliquid momenti habent in vtramuis partem: Θεμιστοκλέα, ψιμύθιον, et κώμυθα: quidni et accentus?...: et eodem modo καλίαν, syllaba penultima acuto accentu prolata. Atqui praetermitto infinita. Nam cur omnia commemorem? Sufficit, quantum speciminis loco est opus. Sed hoc fortasse necessarium est: omissum dico exemplum de numeris, vt: ὄπω εἶχον καὶ διὰ πάσης τὰ καταϛρώματα: et εἰπέ μοι· ταῦτα δ᾽ ἂν λέγωσι: et αἱ ἅμαξαι ἵνα ἀντὶ τείχους ἢ καὶ τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι.... quia omnia, quae quis de his et ceteris dicere possit, videntur cognitu facillima.... ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος: πολιτεύω καὶ ἐπολίτευον: et μεταπέμπω καὶ διενόουν: et ποιοῦνται καὶ προωρώμην: et ἱππάζομαι καὶ ὁρῶμαι, id quod dicitur secundum formam communem de iis, qui patiuntur aliquid, quod ipsi non faciunt. His adde traiectionem eorum, quae 11
dicuntur.... οὐδὲν δεῖ ἄλλο, καὶ τοῦτο περί· ἐν καὶ τοῦ Διὸς τῷ νεῷ, καὶ ἄλλο τι· ἢ καὶ τάχα ἴσως καὶ ὑϛέρα τοίνυν δεκάτῃ. Multa et alia suppetunt inuenta: sed speciminis tantum causa haec addidi. Modum enim excederem, si omnia po-

μέρος καὶ συγγραμμάτων πλειόνων, εἰ ἐθελήσειας, δοθῆναι δυναμένων. Ἀλλ' ἐμοὶ προκείμενόν ἐςι, καὶ τρόπος τίς ȣ̓τος καὶ κανὼν, ὑπόμνημα ποιῆσαι τῆς τέχνης, ὡς ἔνι μάλιςα ἐν βραχυτάτοις, τοῖς συγγενέσι, καὶ πολλάκις καὶ συνεχῶς περὶ αὐτῶν ἀκηκοόσι, καὶ τοῖς βιβλίοις οὐκ ἀνασκήτως ȣ̓δ' ἂν ἀμελετήτως τηρεῖν ἔχȣσιν, ὧν τὴν μέθοδον ἐν τύποις κατετάξαμεν. Εἰ δέ τις, καὶ μὴ πλησιάσας μηδὲ τῶν πλειόνων ἀκȣ́σας, ὑπ' εὐφυΐας τε καὶ συνέσεως δεξιότητός τε τῆς γνώμης εἰς ἐπίσκεψιν ἥξει, κατὰ τὰ προειρημένα, τῆς τέχνης, δύναιτ' ἂν ἀφ' αὐτȣ̃ τȣ́των τὸ ἀκόλȣθον περαίνειν, καθάπερ ἐμβὰς ἴχνεσί τισι καί πως ὁδȣ̃ λαμβανόμενος.

12 Τὸ κόμμα δὲ περιόδȣ μέρος ἂν εἴη τὸ ἐλάχιςον· οἷον, „πολλάκις ἐθαύμασα, τίσι ποτὲ λόγοις Ἀθηναίȣς ἔπεισαν οἱ γραψάμενοι Σωκράτην, [ὡς ἄξιος εἴη θανάτȣ τῇ πόλει.“] Τῶν γὰρ κώλων τὰ μὲν βραχύτερα τȣ́τȣ, τὰ δὲ μείζω ὑπάρχει ὄντα· ὥςπερ ἀμέλει καὶ τῶν περιόδων αἱ μὲν μείζȣς, αἱ δὲ ἐλάττȣς· καὶ τῶν περικοπῶν ὡσαύτως. Τȣ̃ γὰρ λόγȣ μέγεθος λαμβάνοντος, καὶ τὰ μέρη τȣ̃ λόγȣ συνεπαύξεται. Ἔςιν ȣ̃ν τὸ μὲν κόμμα ἐκ δυοῖν λέξεων ἢ τριῶν. τὸ δὲ κῶλον διπλάσιον, ἢ κατὰ τȣ̃το καθάπερ διττῶν ἄρθρων μετέχον. Ὠνόμαςαι γὰρ ἐκ μετα-

nere et de omnibus omnino disserere vellem: nimis longa foret haec disputatio, nec ceteris apta, cum de hac parte permulta dici et plures libri, si velles, scribi possent. Sed mihi propositum est, quam breuissima commentatione, quae sit haec ratio et lex, variandae et ornandae orationis, ostendere illis, qui versantur in his ipsis rebus, et de illis disputantes et omnem rerum complexum persequentes saepe audiuerunt, quique exercitationis et studii non expertes ea, quae docendi causa adumbrauimus, etiam scripta habere se oportere putant. Sed si quis etiam alius, ingenio, doctrina et sollertia excitatus, de arte cogitare ingrediatur, et ea, quae exposui, cognoscat: possit ille, etsi mea disciplina non vsus, neque aliis multis audiendis eruditus, suo Marte, quae desiderantur, plenius exponere. E praeceptis nempe meis ducentur; modo ille his insistat quasi vestigiis, et a via monstrata ne decedat.

Comma pars est minima periodi; vt *πολλά-* 12
κις ἐθαύμασα, ... τίσι ποτε λόγοις Ἀθηναίους ἔπεισαν οἱ γραψάμενοι Σωκράτην. Membrorum enim alia sunt hoc breuiora, alia longiora, sicvti scilicet et periodorum aliae sunt longiores, aliae breuiores. Eadem est pericoparum ratio. Nam vbi oratio fit amplior, simul et partes eius

φορᾶς τῶν ἐν τοῖς ζώοις κώλων. Ἡ δὲ περικοπὴ ἐκ δύο κώλων καὶ τριῶν ἐςι κατὰ λόγον τῶν εἰρημένων μερῶν· καὶ αὐτὴ συντιθεμένη. Ὥςπερ γὰρ τῶν ποδῶν οἱ μὲν ἁπλοῖ τυγχάνȣσιν ὄντες, οἱ δὲ διπλοῖ, συντιθέμενοι ἐκ τȣ́των, οὕτω καὶ τῶν κομμάτων καὶ τῶν κώλων καὶ τῶν περικοπῶν τὰ μὲν μῆκος ἔχει σύνθετον, τὰ δὲ περιτετμημένον. Μικρᾶς μὲν περιόδȣ κῶλα καὶ
13 περικοϖαὶ μικραί· μεγάλης δὲ μεγάλαι. Ἡ δὲ περίοδος ἐνθύμημά πως ἐςὶν ἀπηγγελμένον ῥυθμοῖς εὐτάκτοις, κώλοις τε καὶ περικοπαῖς καὶ ἀλλήλαις συμμέτροις. Καὶ αὐτὴ δὲ ἡ περίοδος κέκληται ἐκ μεταφορᾶς, ἤτοι τῶν ἀγώνων τῆς περιόδȣ, οἱ τῷ ἱκνȣμένῳ χρόνῳ ἐπιτελȣ́μενοι τὸ ἴσον ἀεὶ ἀφεςᾶσιν ἀλλήλων· ἢ ἀϖὸ τῶν χορευόντων περὶ τȣ̀ς βωμȣ̀ς καὶ τὴν περίμετρον τȣ̃ βωμȣ̃, καὶ τὸν κύκλον παραλαμβανόντων ἀϖὸ σημείȣ ἐϖὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον καθιςαμένων, ἕως ἂν πληρώσαντες τύχωσι τȣ̃ κύκλȣ τὴν χορείαν. Τῶν δὲ περιόδων καὶ τὰς ἀσυμμέτρους τοῖς μέρεσι περιόδȣς * καλεῖν εἰώθαμεν, τῆς κα-
14 τὰ τὸ ἐνθύμημα διανοίας ἐκτετελεσμένοις. Ὅσα δὲ σχήματα τῶν ἐννοιῶν ὠνόμαςαι, οἷον προδιόρθωσις, ἐπιδιόρθωσις, ἀποσιώϖησις, παράλειψις, εἰρωνεία, ἠθοϖοιΐα, ἅϖαντα ταῦτα ȣ̓ μοι δοκεῖ δικαίως σχήματα καλεῖσθαι, ἀλλ᾽ ἐν-

crescunt. Comma igitur duobus aut tribus verbis constat: membrum vero est eius duplum, siue relatum ad illud quasi duorum articulorum magnitudinem habet. Nam appellatum est per metaphoram, ductam a membris animalium. Sed pericopa duorum est triumue membrorum, pro ratione partium modo dictarum. Atque ipsa etiam est composita. Vti enim pedum alii simplices reperiuntur, alii duplices, ex illis nempe compositi, sic et commata, membra et pericopae partim habent modum duplicem, partim simplicem et suum. Breuium periodorum membra et pericopae sunt breues, longarum longae. Periodus autem est sententia oratoria rhythmis apte compositis et membris pericopisque inter se conuenientibus exposita. Periodus quoque appellatur per metaphoram, ductam illam aut a periodo ludorum publicorum, qui statis temporibus celebrati aequo semper interuallo a se distant; aut ab iis, qui circum aras aut lineam aras ambientem saltant, et qui per illam in circulo mouentur, donec ad idem signum saltando redierunt. Etiam illam appellare solemus periodum, cuius partes inter se non conueniunt; quoniam eius certe argumentum singulis sententiis vtcunque absolutum est.

νοιαι, καὶ ἐνθυμήματα, καὶ λογισμοὶ τȣ̃ πιθανοῦ χάριν, καὶ πίϛεων εἴδη. Τὰ μὲν γὰρ προοιμίων ἔχει δύναμιν, ἐπιδιόρθωσίς τε καὶ προδιόρθωσις· ἡ δὲ παράλειψις τὸ ἀξιόπιϛον ἐνδείκνυται· καὶ μέρη ἂν εἴη τῆς παθητικῆς τε καὶ ἠθικῆς ἀποδείξεως, τῇ τῆς ὑποκρίσεως ἀρετῇ πρέποντα.

Quae vero figurae sententiarum appellantur, 14
vt *correctio praecedens*, *subiecta correctio*, *reticentia*, *praeteritio*, *ironia*, *morum expressio*, earum nulla mihi videtur recte appellari figura. Dicendas potius existimo sententias, enthymemata, rationes a probabili, et argumentorum genera. Quaedam enim earum, vt correctio praecedens et subiecta correctio, prooemiorum vim habent: praeteritio vero dictis fidem tribuendam esse ostendit: atque ita partes sunt confirmationis, quae vtitur incitata et morata oratione, conuenientes illae pronuntiationis artificio.

NOTAE

AD

INSCRIPTIONEM CODICIS VATICANI A.

Haec sane inscriptio quantivis est pretii; meque, quum primum viderem, pene gaudio exanimavit. *Διονυσίȣ ἢ Λογγίνου.* Ita prorsus esse debet, *Dionysii vel Longini.* Mirum quidem, veteres exscriptores omnes, neglecto illo *ἢ*, monstrum horrendum procreasse, *τὸ Διονυσίου Λογγίνου.* Sed iam tot et tanta doctis praebuerunt hi homines supinitatis exempla, vt hocce inter leuia adnumerari possit. Longe pol magis mirandum, eruditissimos viros, qui Vaticanas schedas excusserunt, notationem adeo pulchram aut neglexisse, aut non intellexisse; et qui vtcunque a renatis litteris aureum hoc syntagma versarunt, non aliunde saltem, alterius esse, quam Longini, facili negotio suspicatos: vel denique Zaccagnium ipsum, (hominem sat doctum et diligentem), quum variantes lectiones paruulas, pro tot et tantis, quas nos primi excerpsimus, ad Tollium mitteret, hanc fulgidissimam gemmam, quae in oculos statim incurrit, oscitanter ac mala fide prorsus omisisse. Monstrum horrendum dixi illud *Διονυσίȣ Λογγίνου.* Quis enim, rationis nominum apud veteres peritus, Graecum ferat gemino nomine proprio, vel personali, vt aiunt, insignem? Si qui, posteriori praesertim aetate, multinomines Graeci; hi Romano more vel a gentilitiis, vel ab adgnomentis patriae, qualitatumue corporis, plura nomina traxerunt. *Dionysius* gentile non est; sed proprium et personale. *Longinus* etiam proprium est; non adgnomen,

cognomenue. Qui *Cassii* filius fuerit, non alius nomine esse potuit, quam *Cassius Longinus.* Suidas ad στοιχεῖον *Λ* eum amandat: non ad *Δ*, vti debuisset, inter plures Dionysios, quos recenset. Eunapius, Photius, Zosimus, quotquot Palmyreni Sophistae mentionem faciunt, *Longinum* tantum appellant: nemo *Dionysium Longinum.* Quum ergo Longinus nunquam fuerit Dionysius; quis iste Dionysius, quaerendum est, cui, dubius tamen, antiquus criticus adsignavit illa epigraphe, *Διονυσίου ἢ Λογγίνου.* Hic, vt ego puto, vetustiorem codicem vel codicis lacinias inuenerat, in quibus nomen auctoris praescriptum non erat, vel, vt fit, tempore euanuerat. Hinc, quum sciret, et Dionysium, magnum illum Halicarnassensem, et Longinum sequiori saeculo similia tractasse de rhetorica (quod ex Suida, Photio, et Eunapio in Vita Porphyrii clarissime probatur), inter duos alternus haesit. Non erat tamen, quod haereret. Ipse enim stylus, ac modus loquendi grandis, virilis, castigatissimus, longe ab illo remotus sophistico et fracto, qui aeuo Aurelianeo vigebat, pusillanimem criticum impellere debebat, vt Dionysio Augusteo opus hoc indubitanter adsereret. Quid, quaeso, statim ab ipso initio ille Caecilius, quem sub Augusto Romae vixisse, quemque Dionysii Halicarnassensis amicum scimus? Qui fieri potuit, vt Longinus, in longe dissitis Romà regionibus, post duo vel tria saecula, illius opus retractandum susciperet? Nonne illud ἀνασκοπουμένοις interpretandum est: *propositum nuper in pilis librariorum inspicientes?* Nam fieri tunc debebat, artis typographicae defectu, vt docti omnes ad librarium illum, qui nouum librum proponebat, auidissime concurrerent. Quid dicam de illa pace, quam tam pulcre toto orbe regnare ait? Haeccine ad Aureliani aeuum, quo tot bella, in Oriente praesertim? Quem alium Dionysium, vel quem alium librum, intelligere potuit Quintilianus, qui ipsissima huius verba adhibet (vt notavit et ipse Pearcius), ac semper Caecilium et Dionysium coniungit? Sic Plutarchus in Vitis X Rhetorum, vbi de Lysia. Adde, inter plures auctores, quos citat auctor περὶ ὕψους, nullum inueniri saeculo Augusteo posteriorem. Qui saltem non Hermogenem citasset, cuius Τεχνικοῖς vniuersi postea adhaeserunt? Post tot et tam clara argumenta, quae hoc opus Dionysio Halicarnassensi invicte adserunt, non amplius quis

opponat, illud ἢ explicari debere pro ea coniunctione, quam in multinominibus veteres adhibebant, vt sit *Dionysius, qui et Longinus.* Nam haec apud Graecos in recto semper fuit *ὃς καὶ*, et in obliquo *τοῦ καί.* Sic in codd. *Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ, τοῦ καὶ Πλήθωνος*, cuius elegantia quaedam, et *ἀνέκδοτα*, vt puto, in hac Vaticana servantur. Esset potius illud ἢ indicium epitomatoris, vti in codd. *Ἀνωνύμου ἢ Ζωσίμου, Δίωνος ἢ Ξιφιλίνου*, et in Latinis: *Cornelii Nepotis vel Probi*, etc. Et hac fortasse ratione lacunae, quae in codicibus eaedem sunt, posteriori ac malae Longini interpolationi tribuendae essent. Sed longe potior explicatio ea, quam supra ostendi. — Explicent, quaeso, si qui posthac erunt Longini sectatores, pulcerrimam illam conquestionem de oratorum defectu, etc. Sed manum de tabula. Nos haec obiter perstrinximus, vel potius transuolauimus. Vos, doctissimi viri, in maiorem lucem producetis. — Addendum argumentis contra Longinum, Suidam in *Λογγῖνος Κάσσιος* etc. inter opera Longini, quae recenset, *τοῦ περὶ ὕψους* nullam mentionem facere; quod tamen, pro argumenti ac styli dignitate, prae caeteris laudare debuisset. Hieronymus Amatius. *) Percussit me, si quid unquam, haec doctissimi Amatii disputatio, et non solum admiratione huius viri maxima, sed etiam pudore non exiguo affecit, qui ne inscriptione quidem aliunde

---

*) Subiicimus quae, illis addenda, Amatius postea ad nos perscripsit. „Oblitus sum argumenti sententiae meae longe grauissimi. Scriptor enim ipse citat *συντάγματα* duo a se conscripta *περὶ συνθέσεως ὀνομάτων*. Iam horum librorum alter etiamnunc exstat inter scripta rhetorica Dionysii Halicarnassei: sed Longinum Aurelianeum de tali argumento scripsisse nemo nos docuit. Caeterum non multum mireris, dubitantem librarium Codici Vaticano hunc titulum praefixisse, *Διονυσίου ἢ Λογγίνου*, si in memoriam reuocaveris quod Wartonus de poëtis Graecorum bucolicis monuit. Quorum carmina cum in corpus olim redacta fuissent, accidit, vt reliquiae Theocriti, Bionis et Moschi in aliis Codicibus aliis poëtis assignarentur. Pari modo factum olim est corpus siue collectio scriptorum rhetoricorum, quorum clarissimi et copiosissimi fuerunt magnus noster Dionysius et Sophista Palmyrenus. Facile igitur fieri potuit, vt quod ab altero scriptum esset, per librariorum errorem alteri tribueretur." Schaefer.

mihi nota commotus Longinum aliena laude in animadversionibus tam saepe ornassem. Sero enim hoc Amatii monumentum ad me perlatum est, cum iam omnia, quae ad illustrandum περὶ ὕψους librum facere putarem, confecissem, et ex parte etiam misissem Lipsiam typis exscribenda. Ergone segregandum Longini nomen a cogitatione illius libri? Cogere hoc videntur argumenta proposita. Nam de duplici quidem nomine, *Dionysii Longini*, satisfaciunt, opinor, illa, licet tralatitia, quae Ruhnkenius breuiter in dissert. *de vita et scriptis Longini* §. II. explicauit. Sed cetera quis prorsus infirmet? Ego quidem fateor, me iam Longini nomini nuntium remisisse, et anonymo cuipiam potius, quam huic, librum π. ὑ. adiudicandum censere. Hanc in sententiam habeo, quae addam. Ad inscriptionem, περὶ ὕψους λόγου, notavit Tollius, tres codices, Parisinum, Venetum et Vaticanum primum, non agnoscere vocabulum λόγου. Ad quae Tollii verba vir doctus, de quo in praefatione dixi, in exemplo, quod bibliotheca Acad. Lips. habet, haec adscripsit: „*Sic est: Antiquissimus et optimae notae codex Bibliothecae Regiae Parisiensis, quem codicem A. voco, habet* † ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ περὶ ΥΨΟΥΣ: † *Continet autem hic codex Aristotelis Problemata et Longinum; et praefigitur sub initium voluminis index eadem manu, qua totus codex, scriptus, in quo 37 problemata Aristotelis recensentur, et subiungitur:* † ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ Η ΛΟΓΓΙΝΟΥ Π̔ ΥΨΟΥΣ †. *Vtroque in loco omittitur vocula λόγου. Fateor quidem, in folio totius codicis primo, quod verum indicem proxime praecedit, et a primo scriba ad conseruationem voluminis vacuum relictum fuit, hodie legi: πίναξ ἀριςοτέλους προβλήματα καὶ διονυσίου λογγίνου περὶ ὕψους λόγου. Sed haec recenti manu scripta sunt, et, vt mihi quidem videtur, eadem, quae in pagina totius codicis vltima duos versus addidit, de quibus ibidem diximus. Neque a vero abludit, et titulum hunc et illum finem ex eodem codice in hunc translata fuisse. Adeoque parum vel nihil probant. Sed monere tamen haec debui, ne in ipso vestibulo caecutisse dicerer.*“ Ipsi ergo libro π. ὑ., qui problemata demum illa sequitur, verus index, *Διον. ἢ Λ. π. ὑ.*, praescriptus videtur, vtpote transscriptus e vetusto codice, quem iam iam describendum librarius

ante oculos habebat, cum priorem indicem, Aristotelicis praemissum, e memoria posuisset. Iam vt paucis dicam, quod dicendum est, nemo veterum Longino, vt certo auctori, hunc librum tribuit: imo seculo demum XVI innotuit, Robortelli et Manutii cura typis exscriptus, et mutata inscriptione opus Longini dici coepit. Mouet me item oratio philosophi vel veri vel ficti sect. 44. (quem locum et Clar. Amatius vrgendum significat), vt hunc librum non multo post oppressam reip. libertatem scriptum esse credam. Etenim tanta cum vi et tanta cum significatione doloris ex amissa libertate vix quisquam loqui potest, nisi qui aut in libera ciuitate vixit, aut vmbram certe libertatis relictam vidit. Tum illa *τῆς οἰκουμένης εἰρήνη*, et, quod non oratores, sed *adulatores tantum magnifici* fiebant, qui eloquentiam in exquisita principis laude ostentarent, temporibus Augusti egregie conuenit, sed vix cadit in Aureliani seculum. Fragmenta porro, quae habemus Longini, potiora et certiora (illa e Porphyrio et Eusebio dico) doctum quidem et acutum hominem fuisse ostendunt, sed ingentem illum spiritum oratorium et vehementem illam summorum scriptorum admirationem, qua *τοῦ περὶ ὕψους* auctor abreptus ferebatur, nequaquam produnt. Nec facile adducor, vt credam, huius libri auctorem probasse et adamasse Plotini a Platonis elegantia et grauitate mirum quantum discrepantem *τύπον τῆς γραφῆς, καὶ τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς τὴν πυκνότητα,* id quod Fragm. 6, 3. legimus; aut scripsisse *περὶ ἐθνικῶν* et alia non minus leuia, veluti *σχόλια εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον*, qui non deteriora ipse, quae ab aliis illustrarentur, de arte metrica proferre potuisset. Adde not. ad 12, 4. Ergo solius Longini nomine, si res esset integra (nam maxima libri pars iam typis exscripta est) ego *τὸ π. ὕ.* non inscriberem, sed, vt vetustissimi codices iubent, *Dionysii aut Longini;* ita tamen, vt solam illam librorum auctoritatem me secutum profiterer. Nam quod grauissimus auctor, qui hoc opus Longino abiudicat, idem asserit Dionysio Halicarnassensi, hoc vereor vt viris doctis probet. Nam in hanc sententiam, opinor, eo maxime deductus est, quod nullum meminerat *Dionysium,* Caecilii aequalem, cui tale opus cum veri specie tribui posset. Sed exstitit et alius, quem pro illo ponere li-

ceat, Apollodori, (quem Suetonius Oct. 89. commemorat) discipulus. Locus de eo notabilis est Strabonis XIII, 4, 3: *Μάλιστα δὲ ἐξῇρε τὸν Ἀπολλόδωρον ἡ τοῦ Καίσαρος φιλία τοῦ Σεβαστοῦ, διδάσκαλον τῶν λόγων γενόμενον· μαθητὴν δ᾽ ἔσχεν ἀξιόλογον Διονύσιον, τὸν ἐπικληθέντα Ἀττικὸν, πολίτην αὐτοῦ· καὶ γὰρ σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς, καὶ συγγραφεὺς, καὶ λογογράφος.* Huic ego Pergameno Dionysio, vt minus noto scriptori, malim, quam illi, librum π. ὕ. assignare. Spiritu enim animique impetu, vniuersa orationis forma, verborum artis vsu, variisque de rerum natura iudiciis, si dicere licet, quod sentio, longissime distat ab Halicarnassensi Dionysio hic noster, si vnquam appellatus fuit Dionysius. Ego quidem iudicia virorum doctorum exspectans nullum iam certum auctorem pono, sed primam illam Amatii sententiam amplector: librario nempe docto vetustum codicem obtigisse, cui nomen auctoris non fuerit praescriptum, eundemque e sua coniectura sic inscripsisse: *Διονυσίου ἢ Λογγίνου.*

NOTAE

AD

LONGINVM.

SECT. I.

§. 1. *Κεκιλίου*] Scribendum *Καικιλίου*. *αι* et *ε* in libris scriptis passim confunduntur. Sic Romani *Caecilius*. Erat autem Caecilius iste, rhetor Siculus, domo Calactinus, homo in arte sua non incelebris. Eius meminere complures, Dionysius Halicar., Harpocratio, Plutarchus, Quintilianus, Eusebius, Photius, alii. Vixit sub Iulio et Augusto, *καὶ μετέπειτα*. Romae eloquentiam non sine laude docuit, et Dionysio Halicarnasseo vsus est familiarissime. Vide Dionys. Halic. in Epist. ad Cn. Pompeium. Suid. v. *Καικίλιος, Ἑρμαγόρας* et *Τιμαγένης*. Quod vero dicit Suidas, eum sub Adriano docuisse, verum esse non potest. Mihi verisimile est, confudisse Suidam, vt solet, duos Caecilios, vnum sub Augusto, alterum sub Adriano; quibus et tertium adiunxit, Q. Caecilium nempe, famosissimum illum Verris quaestorem. Atque de hoc postremo intelligendus Suidas, cum dicit fuisse Iudaeum. Erat enim religioni isti addictus Q. Caecilius, vt liquet ex celeberrimo illo ioco Ciceronis, *Quid Iudaeo cum verre?* quem ita narrat Plutarchus in Cicerone: *Ὅμως δὲ πολλὰ χαρίεντα διαμνημονεύεται καὶ περὶ ἐκείνην αὐτοῦ τὴν δίκην. Βέῤῥην γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὸν μὴ ἐκτετμημένον χοῖρον καλοῦσιν. Ὡς οὖν ἀπελευθερικὸς ἄνθρωπος ἔνοχος τῷ Ἰουδαΐζειν, ὄνομα Καικίλιος, ἐβούλετο παρωσάμενος τοὺς Σικελιώτας κατηγορεῖν τοῦ Βέῤῥου, Τί Ἰουδαίῳ πρὸς χοῖρον; ἔφη ὁ Κικέρων.* Scripsit autem Caecilius noster plurima,

quae hodie desiderantur omnia. Nonnullorum titulos, qui ad notitiam nostram peruenerunt, hic operae pretium recensere duxi. *ΠΕΡΙ ΡΗΤΟΡΙΚΗΣ, de Rhetorice.* Quintilian. de Institut. III. 1. *Theophrastus quoque Aristotelis discipulus* de Rhetorice *diligenter scripsit; atque hinc vel studiosius philosophi quam rhetores, praecipueque Stoicorum ac Peripateticorum principes. Fecit deinde velvt propriam Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti; cui maxime par atque aemulus videtur Athenaeus fuisse. Multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa* Caecilius, *et Halicarnasseus Dionysius. ΠΕΡΙ ΣΧΗΜΑΤΩΝ, de Figuris.* Quintilian. IX. 3. *Haec omnia* (de Figuris) *copiosius sunt executi, qui non vt partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicauerunt,* sicut Caecilius. Idem IX. 3. *Verborum autem concinna transgressio, id est, hyperbaton,* quod Caecilius quoque putat schema, *a nobis est interposita.* Atque de hoc libro passim Quintilianus. *ΠΕΡΙ ΧΑΡΑΚΤΗΡΟΣ ΤΩΝ ΔΕΚΑ ΡΗΤΟΡΩΝ, de Charactere decem oratorum.* Suidas. Atque hic ipse liber est, contra quem scripsit Lysimachides. Ammonius de Voc. Differ. v. *Θεωρός. Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων*: vbi legendum censeo, *περὶ τῶν ι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων, de decem Atticis Oratoribus aduersus Caecilium.* nam egregie fallitur vir eruditissimus Gerardus Vossius de Histor. Graec. IV. 16., qui putauit Lysimachidem libellum de Atticis rhetoribus Caecilio nuncupasse. Quare non erat, cur istos scriptores *συγχρόνους* faceret vir doctissimus. Ceterum paene oblitus sum monere, virum praeclarum Lud. Casp. Valkenarium in Animadvers. ad Ammonium reponere voluisse, *Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν, Lysimachides de Festis Atticis contra Caecilium.* Sane Lysimachidem *ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν* laudat Harpocratio. Sed obstat Suidae auctoritas, quod non animadvertit vir doctissimus. *ΥΠΕΡ ΛΥΣΙΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ, Commentarius de Lysiâ.* Longinus, Plutarchus in vit. decem Rhetorum. Huc respexit Photius in Lysiâ: *Καικίλιος δὲ ἁμαρτάνει, εὑρετικὸν μὲν τὸν ἄνδρα* (Lysiam), *εἴπερ ἄλλον τινὰ, συνομολογῶν, οἰκονομῆσαι δὲ τὰ εὑρεθέντα οὐχ οὕτως ἱκανόν.* Idem tamen sentit cum Caecilio Dionysius Halicar. in

Lysiâ §. 15. *ΠΕΡΙ ΑΝΤΙΦΩΝΤΟΣ ΣΥΝΤΑΓΜΑ, Commentarius de Antiphonte.* Plutarchus in Vit. decem Rhetorum, Photius in Antiphonte. *ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΚΙΚΕΡΩΝΟΣ, Comparatio Demosthenis et Ciceronis.* Suidas. Plutarch. in Praefat. ad Vit. Demost. et Ciceronis: *Τὸ δὲ τοὺς λόγους ἀντεξετάζειν, καὶ ἀποφαίνεσθαι, πότερος ἡδίων ἢ δεινότερος εἰπεῖν, ἐάσομεν. Κἀκεῖ γὰρ, ὥς φησιν ὁ Ἴων, δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία. Ἣν ὁ περιττὸς ἐν ἅπασι Καικίλιος ἀγνοήσας ἐνεανιεύσατο σύγκρισιν τοῦ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος ἐξενεγκεῖν.* Vbi Ionis verba multum sollicitant viri eruditi. Sed nihil mutandum. Versus ita fuerat conceptus:

Κἀκεῖ γὰρ ἡ δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία.

Ibi enim tanquam pisces in sicco sumus.

In siluis delphinus. *Δελφῖνος βία* est *delphis*, vt *βία Ὀδυσσέως, Vlysses.* Recte autem *κἀκεῖ.* Ita locutus est, vt alios taceam, Theophrastus Charact. 9. *Κἀκεῖ οὐδεμία σοὶ χάρις. No thanks to you for that.* Ita scribendus iste locus, quem minus intellexerunt doctissimi editores. Haud aliter Latini. Terent. Andr. II. 3.

—— *Ibi culpam in te transferet.*

Ceterum ad hunc librum Caecilii tacite, opinor, respexit Longinus noster in *Συγκρίσει* suâ Demosthenis et Ciceronis. Quod lector eruditus notabit. *ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΑΙΣΧΙΝΟΥ, Comparatio Demosthenis et Aeschinis.* Suidas. *ΠΕΡΙ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ, ΠΟΙΟΙ ΑΥΤΟΥ ΓΝΗΣΙΟΙ ΛΟΓΟΙ ΚΑΙ ΠΟΙΟΙ ΝΟΘΟΙ, De Demosthenis orationibus germanis et spuriis.* Suidas. *ΤΙΝΙ ΔΙΑΦΕΡΕΙ Ο ΑΤΤΙΚΟΣ ΖΗΛΟΣ ΤΟΥ ΑΣΙΑΝΟΥ, Quaenam sit differentia inter Atticum dicendi genus et Asiaticum.* Suidas. *ΠΕΡΙ ΙΣΤΟΡΙΑΣ, De Historiâ.* Athenaeus lib. XI. *Καικίλιος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ καλῆς ἀκτῆς ἐν τῷ περὶ Ἱςορίας. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ᾽ ΙΣΤΟΡΙΑΝ Η ΠΑΡ᾽ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ ΤΟΙΣ ΡΗΤΟΡΣΙ, De iis quae ab oratoribus vel secundum vel praeter historiae veritatem dicta sunt.* Suidas. *ΠΕΡΙ ΔΟΥΛΙΚΩΝ ΠΟΛΕΜΩΝ, De bellis seruilibus.* Athenaeus lib. VI. *Σύγγραμμά τε ἐκδέδωκε περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων Καικίλιος ὁ ῥήτωρ, ὁ ἀπὸ καλῆς ἀκτῆς.* Strabo lib. 5. *Καὶ ὁ Καικίλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς τοῦτο τίθεται σημεῖον τοῦ Ἑλληνικὸν εἶναι κτίσμα*

τὴν Ῥώμην, τὸ παρ' αὐτῇ τὴν πάτριον θυσίαν Ἑλληνικὴν εἶναι τῷ Ἡρακλεῖ. Cl. Vossius in opere praeclaro de Histor. Latin. l. 8. ita reddit, *Caecilius rerum Romanarum scriptor;* quin et de nostro Caecilio intelligit, et ad hunc librum *de bellis seruilibus* refert. Sed pace viri eruditissimi, *ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεὺς* est *Romanus Scriptor.* Quare legendum videtur apud Strabonem, *ὁ τῶν Ῥωμαϊκῶν συγγραφεὺς, rerum Romanarum scriptor.* Et hoc verum. *ΚΑΤΑ ΦΡΥΓΩΝ, ΔΥΟ, Contra Phryges, duos libros.* Suidas. *ΕΚΛΟΓΗ ΛΕΞΕΩΝ ΚΑΤΑ ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ, Vocabulorum delectus ordine alphabetico.* Suidas. Et sic legitur in Catalogo Scriptorum, ex quibus Suidas sua depromserit: *Καικίλιος Σικελιώτης, ἐκλογὴν λέξεων κατὰ ϛοιχεῖον.* quod notandum. *ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ, De Sublimitate.* contra quem scripsit Longinus. Atque haec de scriptis Caecilii, quae nobis saltem comperta sunt. Tovpivs. Litteram *ε* pro *αι* in *Caecilii* nomine Graece scripto defendere e codd. cum Moro nolim. In talibus librarii Graeci saepe peccarunt. Ita hoc ipsum nomen apud Plutarchum in vita Demosthenis c. 3. per *ε* scribitur in codd. et editt. vetustis. In locis ex Athenaeo maiusculis litteris initium nominis scribendum erat: *ἀπὸ Καλῆς Ἀκτῆς.* Est enim proprii nominis vetustior forma. Oppidum nempe Siciliae *Calacte* (contracto in vnum nomine) patria Caecilii erat.

ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως] Pearcio scriptum videtur: *ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὕλης ὑποθέσεως,* ex imitatione, vt ait, Dionysii Halicar. in Censurâ veter. Script. p. 68. Sed Longinus Platonem, Demosthenem, et similes, imitatur, non Dionysium Halicarnassensem. Nec vllâ opus est mutatione. Nam *ὑπόθεσις* idem est, quod *ὕλη ὑποθέσεως, materia, argumentum operis.* Polybius I. 5. *ἵνα μὴ ἀνυπόϛατος ἡ τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀρχὴ γένηται.* Sed notior est haec vocis significatio, quam vt exemplis confirmari debeat. Rvhnkenivs. Hunc locum perperam sollicitauit vir doctissimus. Quod et recte adnotavit cl. Ruhnkenius. Nihil tritius phrasi illâ, *τῆς ὅλης ὑποθέσεως.* Polybius I. 5. *Ἀνυπόϛατος ἡ τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀρχὴ καὶ θεωρία.* Aristides Vol. 2. p. 270. *Τῶν πρώτων ἐπιλαθόμενος, μᾶλλον δὲ καὶ τῆς ὑποθέσεως ὅλης.* Iamblichus de Myster. cap. 26. *Τῆς ὅλης ὑποθέσεως φαινομένης παρὰ τοῖς γόησιν.* Vis

autem *τοῦ ταπεινότερον*, quod nunc hoc, nunc illo sensu gaudet, paulo exquisitior est. Sensus est, quod et dudum vidit Dacerius: *Caecilii liber exilior et ieiunior est visus, quam tota res postularet. totum argumentum haud complexus est.* Vides iam τὸ ὅλης plane esse necessarium. Mentem autem Longini extra dubium ponit Photius Epist. 137. *Ἀλλὰ ταῦτα μέν σοι πρὸς ὑποτύπωσιν διεχάραξα, ΤΗΣ ΜΕΝ ΥΠΟΘΕΣΕΩΣ ΤΑΠΕΙΝΟΤΕΡΟΝ, τῆς δὲ κατ' ἐπιστολὴν χρείας ἴσως οὐκ ἐνδεέστερον. Haec ego tibi paucis delineaui, multo quidem ieiunius quam argumentum postularet, sed satis fortasse pro modulo atque vsu epistolae.* Qui locus inprimis notandus. TOVPIVS.

οὐ πολλήν τε ὠφέλειαν] Delenda vocula illa *τὲ*, quae ortum habuit ex inscitia alicuius librarii, iungentis ea quae non erant coniungenda. Locus ita scribendus: *Ταπεινότερον ἐφάνη τῆς ὅλης ὑποθέσεως, καὶ ἥκιστα τῶν καιρίων ἐφαπτόμενον, οὐ πολλὴν ὠφέλειαν, ἧς μάλιστα δεῖ στοχάζεσθαι τὸν γράφοντα, περιποιεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Caecilii liber ieiunior est visus, et cum praecipuas res minime attigerit, non multam vtilitatem legentibus afferre.* Sic recte procedit argumentatio, quae prius nulla erat. Ceterum ante oculos habuit Noster Dionysium Halicar. Antiq. Roman. in Prooemio: *Πρῶτον μὲν ὑποθέσεις δεῖ αἱρεῖσθαι καλὰς καὶ μεγαλοπρεπεῖς, καὶ ΠΟΛΛΗΝ ΩΦΕΛΕΙΑΝ τοῖς ἀναγνωσομένοις φερούσας.* TOVPIVS. Nihil opus est tam audaci mutatione. Omnes codd. et vett. editt. habent *τε*, et deinde *περιποιοῦν*. Ad *καίρια* e mente Longini referas illud de affectibus 8, 2 ss. et alia, quae Caecilius omiserat. Non magnam autem vtilitatem libellus eius afferebat legentibus, quia fere nihil aliud explicabat, quam notionem sublimitatis, neque docebat, quomodo animus ad magnos sensus excitari et institui possit. Argumentatio aeque procedit per orationem concisam, quae hic placuit Longino, ac per periodum, quae sine iusta causa Toupio placuit.

Εἶτ'] Hic non est *deinde*, sed *quare*. Consequentiam notat ex antecedentibus. Nihil noui iam subiicitur, sed aliquid, quod in primis verbis latet, et inde elicitur. Sic et Sect. 3. extr.

δευτέρου δὲ τῇ τάξει, τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου] Imi-

tatur Demosthen. Olynth. III. p. 23. *τὸ γὰρ πράττειν τῦ λέγειν καὶ χειροτονεῖν ὕϛερον ὂν τῇ τάξει, πρότερον τῇ δυνάμει καὶ κρεῖττόν ἐϛι.* Rvhnkenivs.

εἰς ποσὴν μεγέθους ἐπίδοσιν] *Ad faciendos aliquot in sublimitate progressus.* Ita vertendus est iste locus. Tovpivs. Rectius *aliquos* quam *aliquot progressus* dicas. Sed melius totum locum vertas aut vt Morus fecit, aut sic: *qua ratione ingenia nostra in sublimi dictione paullo altius extollere possimus.*

§. 2. *ὡς αὐτῆς τῆς ἐπινοίας καὶ σπουδῆς ἄξιον ἐπαινεῖν*] Non male vertit vir doctissimus, *ob ipsam eius cogitationem studiumque laudare.* Sensus est: Sed Caecilius non tam eo nomine, quod nonnulla praetermiserit, est reprehendendus, quam quod opus huiusmodi susceperit, et in eo studium laboremque posuerit, laudandus. Nempe Caecilius primus, vt videtur, *ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ* scripserat. Quod nescio an aliis observatum. Ceterum haud aliter locutus est Plutarchus de Educat. p. 1. *Πάνυ δὲ ΑΞΙΟΝ ΕΠΑΙΝΕΙΝ καὶ Λακεδαιμονίους ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΟΦΡΟΣΥΝΗΣ.* Tovpivs.

φέρε, εἴ τι δὴ] Elegantissimam illam voculam *δὴ* minus cepere Interpretes. *Age, si quid et nos,* quod Caecilium fugisset, *obseruauerimus, videamus.* Sed hasce elegantias non adsequitur lingua Latina. Tovpivs. Particulae *δὴ* vis mihi videtur esse, vt in Pleonasmis Graecis ostendi, *quod maxime spectandum est.* Nempe ea, quae iam significat auctor, Caecilius vel paucis tetigerat, vel omnino praetermiserat.

ἀνδράσι πολιτικοῖς] *oratoribus:* totus enim hic Longini liber potissimum in oratorum vsus scriptus est, vnde facile et de consilio eius, et de digressionibus, et de delectu exemplorum statui poterit. Ipsum verbum eodem significatu occurrit 44, 1, *φύσεις πολιτικαί.* Etiam Dion. Hal. T. 2, p. 86 f. *τέχνην πολιτικὴν* et *λόγον ῥητορικὸν* promiscue dixit, ibidemque p. 177, v. 42 *πολιτικοὺς καὶ ῥήτορας ἄνδρας* eos, qui accusant, defendunt, vituperant. Cf. p. 172, v. 12, 13, et Aristot. rhet. 3 in. *πολιτικοὶ ἀγῶνες.* Aphthon. progym. init. *διήγημα πολιτικὸν, ᾧ παρὰ τοὺς ἀγῶνας οἱ ῥήτορες κέχρηνται.* Origo ita loquendi ex iis intelligi potest, quae ad Isocr. Paneg. c. 1. monuimus. Morvs. Addit idem Morus in *Libello animaduu.:* „Adeo notum est, *πολιτικὸν* inter-

dum significare *dicentem ad populum* s. *oratorem*, vt in variis lectionibus *πολιτικὸς* et *ῥητορικὸς* permutentur. Exemplum occurrit in Platone (Alcib. sec. p. 230. v. 38. ed. Basil.). Qui enim hic *ἄνδρες πολιτικοὶ* dicuntur, ii in eclogis Stobaei, vbi Platonis locus repetitus est, sunt *ῥητορικοὶ*, quae quidem lectionis varietas haud dubie e glossemate orta est. V. Gottleberi Animaduerss. ad Plat. p. 129."

ὡς πέφυκας καὶ καθήκει] Ita recte vir doctissimus ex MS. Paris. Isocrates Orat. ad Philippum: *Διόπερ ἐπιχειρῶ συμβουλεύειν τοῦτον τὸν τρόπον, ὃν ἐγὼ ΠΕΦΥΚΑ καὶ δύναμαι.* Arrian. Epictet. III. 24. *Οὐ γὰρ συνταπεινοῦσθαι ΠΕΦΥΚΑΣ, οὐδὲ συνατυχεῖν, ἀλλὰ συνευτυχεῖν.* Locus ita vertendus est: *Ipse autem nobiscum, amice, de singulis huius commentarii partibus ingenue, vt soles, et te decet, iudicabis. Praeclare enim ille, qui cum declararet, quid Diis simile haberemus, Beneficentiam dixit et Veritatem.* Ceterum de hoc dicto, quod ad Pythagoram refertur, vide Aelian. Var. Hist. XII. 59. Themist. Orat. XV. p. 192. et, vt alios taceam, Damascium apud Suidam nostrum v. *Ἀγαθοεργία.* Tovpivs. Lectionem ego vulgatam, *πέφυκε,* seruaui, primo quia durius est diserte, nec repetita coniunctione *ὡς,* tertiam personam adiungere secundae. Nam vsitatiora multo, et molliora sunt, quae subintellecta coniunctione verbum eiusdem personae adiunctum habent, vt: *ὡς πέφυκας καὶ εἴωθας.* Deinde sic recte et concinne sequitur vniuerse dictum et impersonale verbum *καθήκει,* quod importunum esset et inscitum, nisi simile verbum *πέφυκε* (*natura comparatum est*) antecederet.

συνεπικρινεῖς ἀληθέστατα] Forte lacuna, quam Franciscus Portus hic esse suspicatur, ita supplenda: *συνεπικρινεῖς φιλοφρονέστατα καὶ ἀληθέστατα,* vt *εὐεργεσία* ad *φιλοφρονέστατα* referatur, *ἀλήθεια* ad *ἀληθέστατα.* Anonymus Scriptor in Catalogo Bibl. Mediceae Tom. II. p. 294. *σὺ δὲ μετ' ἐπιμελοῦς ἀναγνώσεως κρίναι τὰ κείμενα, καὶ εἴ τι παρεῖται, δήλωσον ἀσμενέστατα.* Dictum Pythagorae, quod Longinus respexit, commemoratur ab Aeliano V. H. XII. 59. Rvhnkenivs. Lacunam hic ego nullam esse puto. In ipso *συνεπικρίνειν* est notio *recte facti,* nempe auxilii amico praestiti, aut, si quis vult, *beneficii* dati. Nimirum indigna est tanto philosopho sen-

tentia, si hanc *εὐεργεσίαν* posuit in *beneficiis dandis.* Nam sapientia quoque et iustitia aliisque virtutibus homines sunt Deo similes. Sed si eam posuit in *recte agendo*, complexus est illo dicto duos modos, quibus solis bene mereri de aliis possumus, id quod fit *recte agendo* et *vera loquendo.* Fortassis ipse Pythagoras, si illud verbum tum fuit ambiguum, aliud adhibuit, vt *ἀγαθοεργίαν*. Vid. Suid. h. v. et Themist. or. XV. p. 192.

§. 3. *ἀκρότης καὶ ἐξοχή τις λόγων ἐςὶ τὰ ὕψη*] Habuit a Plutarcho Tom. II. p. 444. *ἡ μὲν ἀπροσδεὴς τοῦ ἀλόγου, καὶ περὶ τὸν εἰλικρινῆ καὶ ἀπαθῆ νοῦν συνιςαμένη σοφία καὶ φρόνησις, αὐτοτελής τις ἐςὶν ΑΚΡΟΤΗΣ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ καὶ δύναμις.* Tovpivs.

ἐνθένδε ποθὲν] Sicut *ἐκεῖ που* s. *ἐνταῦθά που* est *in aliqua illius loci parte* aut *illo fere loco,* sic *ἐνθένδε ποθὲν* est *ex aliqua illius loci parte,* siue *ab aliqua re, quae illud attingit,* aut *ex hoc fere.* Vid. Sect. 6. et Plato in Euthyd. Vol. III. p. 40. et in Phaedro Vol. X. p. 284. Sed mirum, quod de hac re cum dubitatione statuitur, aut quod non tota sublimitatis laude scriptores illi primas tulisse dicuntur. Itaque corrigas licet, vt *ποθὲν*, loco mutato, ponas post *ἄλλοθεν*, aut, quod durius videtur, pro *ποθὲν* legas *δήπουθεν.*

ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα] Vt facilis et vera Langbaenii emendatio *ὑπερέβαλον*, sic durae et contortae aliorum explicationes. Formam loquendi Longinus duxit e Platone Menex. p. 408. B. *ὅπως μάλιςα μὲν ὑπερβαλεῖσθε καὶ ἡμᾶς καὶ τοὺς πρόσθεν εὐκλείᾳ.* Himerius Declam. p. 46. *ὦ μόνοι ταῖς μεγάλαις πράξεσιν χρόνον καὶ φθόνον νικήσαντες.* Rvhnkenivs. Langbaenius, vir eruditissimus et Oxonii nostri quondam decus, legebat *ὑπερέβαλον.* Quod et probat cl. Ruhnkenius. Sed neutrum verum. Scribendum proculdubio, *περιέλαβον. Suisque laudibus saecula circumdederunt.* Eulogius apud Photium Biblioth. p. 760. *Παῦλον τὸν ΠΕΡΙΛΑΒΟΝΤΑ τὴν οἰκουμένην τῷ τῆς εὐσεβείας κηρύγματι.* Quae plane gemella sunt. Tovpivs. Nec mihi satis placebat *περιέβαλον*, quia non liquet, qui tropus insit. Itaque aliquando putabam, legi posse *περιεβάλοντο*, (*occuparunt, vindicarunt*) vt *εὐκλείαις* non ablativi sed dativi vim habeat. Sed iam magis placet Tou-

pii *περιέλαβον, complexi sunt,* vt εὐκλείαις datiuus sit instrumenti.

§. 4. σὺν ἐκπλήξει] Haec verba (fort. suo loco mota, reponendaque inter τὸ et θαυμάσιον) ferri possunt, quoniam referri videntur ad antec. ἔκστασιν, et rationem quodam modo monstrant, cur admirabilia maiorem vim habeant, quam argumenta. Sed τοῦ πρὸς χάριν vide ne sit interpolatoris. Nam sola πιθανὰ, eorumque inventio et dispositio, deinceps comparantur cum sublimibus. Alioqui mallem legi τὸ σὺν ἐκπλήξει, vt sensus esset: *Quod percellit, vbique fortius est, quam argumenta ad persuadendum apta; et mirabile fortius est, quam id quod gratiam habet.* Langbaenius idem coniecerat, sed diverso sensu. Ceterum vsus verbi κρατεῖν idem occurrit 9, 14.

Εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν] Perperam haec sollicitavit vir doctissimus. Locus ita distinguendus est: πάντῃ δέ γε σὺν ἐκπλήξει τοῦ πιθανοῦ καὶ τοῦ πρὸς χάριν ἀεὶ κρατεῖ τὸ θαυμάσιον· εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν etc. Rationem enim reddit Noster, cur τὸ πιθανὸν superent τὰ ὑπερφυᾶ. Quod et recte animaduertit cl. Morus. Tovpivs. Quia id, quod auctor hic profert, falsum est, si vniuerse pronuntiatur, recte adiungit ὡς τὰ πολλά. Nempe hoc verum est, cupiditate aliqua posse animum totum ita commoueri, vt vim argumentorum non sentiat. Clare hoc ipse 17, 1., etiamsi tyrannus se cohibuerit, tamen (propter iram in animo residentem) eum oratione quamvis diserta non moueri.

ἐξενεχθὲν] *edita:* a fulminibus, quae erumpunt ex nubibus. Portvs.

πάντα διεφόρησεν, καὶ τὴν τοῦ ῥήτορος εὐθὺς ἀθρόαν ἐνεδείξατο δύναμιν] Optime vertit non optimus Interpretum Petrus Paganus: *Res omnes fulminis instar disiicere, et vniuersam statim oratoris vim patefacere solet.* Nam istam esse aliquando huius temporis vim verissime monuit eruditissimus Graeuius Lect. Hesiod. cap. 5. et ante eum ὁ μέγας Casaubonus ad Laertii Chilonem et Aristophanis Equites. Ita locutus est Demosthenes Olynth. II. p. 6. Ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τὶς ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. Cuius loci elegantiam minus adsecuti sunt Interpretes. Tovpivs.

P 2

Quoniam Toupius ad h. l. nihil nisi de re monuit tironibus hodie nota, Wakefield in Silv. Crit. P. I. p. 17. tacita significatione eum reprehendit. Nempe allatis Longini verbis dicit: „Ita scilicet solent probi scriptores exprimere *vehementes* et *subitos* affectus; quod magnum Toupium non satis perspectum habuisse serio dolet.“ De tempore illo, quod *ἀόριστον* dicitur, tantum addam, cum proprie sit praeteritum, ac tantummodo distinctionis gratia nomen ab vsu minus frequenti acceperit, in locis quam plurimis, quae sic, vt ostendit Toupius, verti solent, praeteriti quandam vim verbis manere; non eam quidem, quae historice rem factam et transactam significet, sed quae innuat, *fieri et fore, vt quam celerrime et opinione citius praeterierit.* Itaque h. l. significatur incredibilis illa fulminis celeritas, qua non tam *disiiciantur*, quam *disiecta euanuerint* corpora ab eo tacta. Nec vero aoristus 1 solus hanc vim habet, sed et reliqua praeterita, vt 17, 2. *δέδυκε* et *ἐκπέφευγεν*. Alia ex aliis scriptoribus loca hic non congeram. De *σκηπτῷ* vid. ad 12, 4.

SECT. II.

§. 1. *Ἡμῖν*] Opponitur hoc antecedenti *αὐτὸς tu ipse*. Est ergo *Mihi*, vt 17, 1. Verba *ἢ βάθους* mihi suspecta sunt. Sed quoniam iis remotis sententiae numeri non optime cadunt, ea ferenda esse puto.

γεννᾶται γὰρ, φησὶ] Scribe cum Manutio, *φασί*. praecedit enim, *ἐπεί τινες ὅλως ΟΙΟΝΤΑΙ*. et mox legitur, *χείρω τε τὰ φυσικὰ ἔργα, ὡς ΟΙΟΝΤΑΙ*. Sed ad haec levia non adtenderunt editores. Confer nos infra ad Sect. 29. 44. Tovpivs. Minutum profecto est, vtrum *φησὶ*, an *φασὶ* legatur: nam etiam *φησὶ*, vt latinum *inquit*, praesertim vbi aduersarii verba ponuntur, de pluribus dici solet. Cf. 29, 1. 24, 2. et Gronou. ad Liu. 34, 3. Morvs. Recte secutus videor in talibus locis Morum. Ita et 9, 2 et 44, 2. Nam et alii scriptores *φησὶ* pro *φησί τις*, quod nos *man sagt*, ponere solent. Semel hoc monuisse sufficiat.

τὰ φυσικὰ ἔργα] Num hic sunt *opera ingenii*, an *ingenia* ipsa? Posterius nonnulli versione exprimunt. Res quidem et cetera verba non repugnant. Adde quae 23, 3 de verbo *ἔργων* monui. Sed certe 22, 1, quem lo-

cum Morus indicauit, et 36, 3 *φυσικὰ ἔργα* sunt ea, quae homines instinctu naturae faciunt. Itaque et h. l. rectius interpretamur *opera* ex ingenio prolata.

κατασκελετευόμενα] Simillimus est Plutarchi locus (de puer. educ. T. II. p. 5. fin. ed. Bas.): Qui philosophiam adsequi non potuerunt, nec eam principem omnium disciplinarum censent, aliis rebus discendis *ἑαυτοὺς κατασκελετεύουσι*, *vires ingenii consumunt*, vt nulla magnopere spes grauiorum discendarum iis supersit. Egit de verbo Cl. Schwebelius ad Onosandrum (Strateg. 1, 4. p. 12.), qui imperatorem tenui victu et cultu esse vult, quoniam luxus et profusio soleant *κατασκελετεύειν*, *vires et neruos incidere.* Morvs.

§. 2. *καιρὸν*] Si *καιρὸς* hic esset *loci* aut *temporis opportunitas*, vt Morus cepit, rectius auctor *τὰς ποσότητας* posteriori loco posuisset. Sed est sine dubio *modus*, Germ. *das Maas*, et *ποσότητες* parum ab eo differunt. Sic etiam *ἄσκησις* et *χρῆσις* hic ad vnum fere redeunt. Denique et alibi auctor synonyma coniungit simili ratione. Ceterum vt *παρορίσαι* commode refertur ad *ποσότητας* et *καιρὸν*, ita *συνενεγκεῖν* (*in subsidium demonstrare*, *suppeditare*) ad *ἄσκησίν τε καὶ χρῆσιν*.

παρορίσαι] Ars praeter alia potest *παρορίσαι*, h. e. (proprie) *paullatim, et ita, vt non sentias, definire ποσότητας et καιρόν*. Haec certe vis est praepositionis *παρὰ* in verbis nonnullis. Apud Plutarchum de fort. Rom. Egeria dicitur *πολιτείαν* Romanam *παραπαιδαγωγεῖν καὶ συσχηματίζειν*, *sensim instituere et auxilio suo ad certam formam redigere.* Vid. Hemsterhusius ad Lucian. Nigrin. 12. Sed apud Longinum praepositio non videtur vrgenda. Cf. 10, 6. et 38, 1.

ὡς ἐπικινδυνότερα etc.] Expressit locum Platonis, multorum imitatione celebratum, Theaet. p. 115. B. *καὶ ἄττοντες φέρονται, ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα.* quae Themistius Orat. I. p. 17. ad verbum descripsit. Plutarch. Tom. II. p. 501. D. *ἀλλ' ἀκυβέρνητος καὶ ἀνερμάτιστος εἴς τι ναυάγιον φοβερὸν ἐξέπεσε.* Dio Cassius LII. p. 672. *ὥσπερ ὁλκὰς χωρὶς κυβερνήτου σαλεύει τε καὶ ἄττει δεῦρο κἀκεῖσε, καθάπερ ἀνερμάτιστος οὖσα.* Eodem respexit Hermog. Form. p. 238. qui, quod ad sententiam attinet, cum Longino conuenit: *ἴσως ἂν αὐτὸν καὶ σφάλλοι μᾶλλον τὰ τῆς φύσεως πλεονεκτήματα χωρὶς τέχνης*

τινὸς ἀλόγως ἄττοντα πρὸς ὅ, τι καὶ τύχοι. Suidas: *Ἀνερμάτιςον· ἀςήρικτον, ἄοπλον, ἀπαρασάλευτον.* Pro vltima voce scribe *ἀπαρασκεύαςον,* vt habet Lex. Sangerm. MS. Plutarchus T. II. p. 454. A. *ἄνθρωπος ἐν θυμῷ καὶ ὀργῇ σαλεύων, ἂν μὴ παρεσκευασμένον ἔχῃ τὸν οἰκεῖον λογισμόν.* Ex Suida suspicetur aliquis, tollendum esse *ἀςήρικτα,* vt explicationem vocis *ἀνερμάτιςα.* Sed saepe a Longino vocabula idem significantia iunguntur. RVHNKENIVS. Locus elegans, sed neutiquam sanus. Oratio enim scabra est et inuenusta. Equidem cum Tollio censeo nonnulla deesse: nam comparationem hic initam esse plane euincunt ista verba, *δίχα ἐπιςήμης ἐαθέντα — ἀμαθεῖ τόλμῃ λειπόμενα.* Adde quod Manutius habet, *οὕτω τὰ μεγάλα,* quod haud spernendum. Quare totum locum ita legendum et refingendum esse puto: *Καὶ ὡς ΕΠΙΚΙΝΔΥΝΟΤΕΡΑ ΤΑ ΠΛΟΙΑ αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν δίχα ἐπιςήμης ἀςήρικτα καὶ ἀνερμάτιςα ἐαθέντα, ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΕΠΙΚΙΝΔΥΝΑ ΤΑ ΜΕΓΑΛΑ ἐπὶ μόνῃ τῇ φορᾷ καὶ ἀμαθεῖ τόλμῃ λειπόμενα.* Sed hoc hariolari est. Respexit autem noster, vt nemo non vidit, ad Platonem in Theaetet. p. 115. *Ἀλλ' οἵ τε ὀξεῖς καὶ ἀγχίνοι καὶ μνήμονες ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύῤῥοποί εἰσι, καὶ ἄττοντες φέρονται, ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιςα πλοῖα.* Quem secutus est Philo Tom. 2. p. 343. necnon Dio Cassius lib. 52. p. 672. quem hic in transitu emendabo: *Καὶ διὰ ταῦτα ἡ πόλις ἡμῶν ὥσπερ ὁλκὰς ΚΑΛΗ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗ, πλήρης ὄχλου παντοδαποῦ, χωρὶς κυβερνήτε πολλὰς ἤδη γενεὰς ἐν κλύδωνι φερομένη, σαλεύει τε καὶ ἄττει δεῦρο κἀκεῖσε, καθάπερ ἀνερμάτιςος οὖσα.* Ita scribendus est iste locus. Confer nos infra ad sect. 35. Huc facit Plutarchus in Lycurgo. *Αἰωρουμένη γὰρ ἡ πολιτεία καὶ ἀποκλίνουσα νῦν μὲν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἐπὶ τυραννίδα, νῦν δὲ ὡς τὸ πλῆθος ἐπὶ δημοκρατίαν, οἷον ἕρμα τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν ἐν μέσῳ θεμένη καὶ ἰσοῤῥοπήσασα τὴν ἀσφαλεςάτην τάξιν ἔσχε καὶ κατάςασιν.* Qui locus elegans, et ex Polybio adumbratus VI. 8. TOVPIVS. Et defendi potest vtcunque locus, et explicari. Nempe *ὡς* positum esse potest pro *ὅτι.* Sic idem *ὡς* pro repetendo *ὅτι* legitur 30, 1 et alibi. Post *ἐπικινδυνότερα* intelligendum *ἐστί.* Deinceps *οὕτω,* si Manutius non ex ingenio addidit, est *leuiter, negligenter, sine cura,* de qua significatione dixi in Pleonasmis Graecis. Porro ad

τὰ μεγάλα intelligendum erit *τῶν φύσεων*, (*magna ingenia.*) Denique verbosius quidem auctor, sed fortasse non sine causa, illud *αὐτὰ — ἐαθέντα* explicat verbis *ἐπὶ μόνῃ — λειπόμενα:* in quo notandum est, quod Morus subscripsit: „Vsitatius est," inquit, „*ἐπιλειπόμενα τῇ φορᾷ.* Vid. ad Isocr. Paneg. 2. Kuhn. ad Pausan. 1, 1, vbi *νεώσοικοι* diniditur, *νεὼς καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν οἶκοι.*" Quod vero aliquanto post in Animaduu. mutata sententia deleri voluit *μεγάλα* et *λειπόμενα*, et non de ingenio, sed de dictis, agi statuit, id repudiandum est. Denique et ipse locum mancum puto, eiusque non verba, sed sensum vtcunque reuocari additis post *ἑαυτῶν* verbis *τὰ πλοῖα*, et deinde *φύσεων* post *μεγάλα*.

Δεῖ γὰρ αὐτοῖς, ὡς κ. etc.] Similiter Lucianus *de conscr. hist.* c. 45. in simili disputatione, relicto tropo a nauibus ducto, ad alium transit, ductum a tractatione iumentorum.

§. 3. *Ὅπερ γὰρ ὁ Δημοσθένης*] Respexit Demosth. contra Aristocrat. p. 297. ed. Tayl. *Δυοῖν ἀγαθοῖν ὄντοιν πᾶσιν ἀνθρώποις, τοῦ μὲν ἡγουμένου καὶ μεγίστου πάντων, ΤΟΥ ΕΥΤΥΧΕΙΝ, τοῦ δὲ ἐλάττονος μὲν τούτου, τῶν δὲ ἄλλων μεγίστου, ΤΟΥ ΚΑΛΩΣ ΒΟΥΛΕΥΕΣΘΑΙ, οὐχ ἅμα ἡ κτῆσις ἀμφοῖν παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις.* Quem locum vide quantum immutauerit et ad suum vsum adcommodarit Longinus. Sed sic solet noster Criticus. Deinde lego et distinguo, *τὸ δὲ κυριώτατόν τε καὶ αὐτὸ τὸ εἶναί τινα τῶν ἐν λόγοις ἐπὶ μόνῃ τῇ φύσει, οὐκ ἄλλοθέν ΠΟΘΕΝ ἡμᾶς ἢ παρὰ τῆς τέχνης ἐκμαθεῖν δεῖ.* Quae elegantia singularis est. Noster supra, *Οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐνθένδε ΠΟΘΕΝ.* Thucydides I. 22. *τοῖς ΑΛΛΟΘΕΝ ΠΟΘΕΝ ἐμοὶ ἀπαγγέλλουσιν.* Locus ita vertendus est: *Et quod inprimis notandum, neque id ipsum, inesse scilicet nonnulla in oratione, quae soli naturae sunt adsignanda, aliunde discere poterimus quam ex arte.* TOVPIVS.

ὡς ἡ μὲν] His voculis terminatur pagina in cod. antiquiss. Parisiensi, et deinceps exciderunt: „duo folia, nempe quartum et quintum ex quaternione *ΚΔ,*" vt vir doctus in exemplo edit. Tollii, quod est in biblioth. Acad. Lipsiensis, notauit. Insequentia verba, *φύσις τὴν τῆς εὐτυχίας τάξιν ἐπέχει* etc. ad finem vsque Sectionis, Tol-

lius e Vat. 1. restituit: in quibus quae correxerit, e Varr. Lectt. cognosci potest.

Τὸ δὲ κυριώτατόν τε] Particula *τε* hic tollenda est.

Εἰ ταῦθ', ὡς ἔφην, ἐπιλογ.] Haec respiciunt ad illa §. 2. init. *Ἐγὼ δὲ ἐλεγχθήσεσθαι* etc.

καθ' ἑαυτὰ] Legendum puto *καθ' ἕκαστα* aut *καθ' ἕκαστον*.

νομίσαιτο θεωρίαν] Manifesto prauum est. Aliud est *νομίζειν*, aliud *νομίζεσθαι*, quod non animaduertit vir doctissimus. Quare haud inconsulte, opinor, cl. Boiuinus, *ἡγήσαιτο*. Quod omnino verum. Verbum non semel vsurpat Longinus. Tovpivs. Non inutile aut iniucundum erit ipsum audire Boiuinium. Sic autem ille in nott. ad versionem Boilauii: *Je ne sai par quel hazard les cinq ou six lignes que Tollius a euës d'un Manuscrit du Vatican, et qui se trouvent aussi dans un Manuscrit du Roi (No. 3171) transposées et confondues avec un fragment des Problemes d'Aristote, ont pu être conservées. Il y a apparence que quelqu'un aiant rencontré un morceau des deux feuillets entiers, mais gâtez, n'aura pû copier que ces 5 ou 6 lignes. A la fin de ce petit Supplément, dont le public est redevable à Tollius, je crois qu'il faut lire ἡγήσαιτο, et non pas κομίσαιτο, qui ne me paroit pas faire un sens raisonnable. Le Mst du Roi, où se trouve ce même Supplément, n'a que σαιτο, de la première main: κομί est d'une main plus récente. Cela me fait soupçonner, que dans l'ancien Manuscrit le mot étoit à demi effacé, et que quelques-uns ont crû mal-à-propos qu'il devoit y avoir κομίσαιτο.*

SECT. III.

§. 1. *καὶ καμίνου*] Quod T. Faber de coniectura vidit, Aeschyli fragmentum esse, planissime confirmat Ioannes Siceliota Commentario MS. in Hermogenem, quem Parisiis excussimus in bibliotheca Camilli Falconeti V. C. *φαίνεται δὲ ἡ ἀτοπία τοῦ ποιητοῦ* (Aeschyli, cuius ante mentionem fecerat) *ἐν τῷ τῆς Ὠρειθυίας δράματι, ὅπυ ταῖς δυσὶ σιαγόσι φυσσῶν ὁ Βορέας κυκᾷ τὴν θάλασσαν· οὐ γὰρ φέρω ἐπὶ μνήμης τὰ ἰαμβικὰ, ἐπιλαθόμενος. διὸ καὶ Σοφοκλῆς μιμεῖται. λέγει δὲ περὶ τούτων Λογγῖνος ἀκριβέστερον ἐν τῷ κα' τῶν φιλολόγων.* Vnus, quod sciam,

Sicceliota est, qui Aeschyli *Orithyiam* commemorat; in quo pro *Σοφοκλῆς μιμεῖται* scribendum *Σοφοκλῆς οὐ μιμεῖται*, vt sensus sit, Sophoclem in eiusdem argumenti dramate non imitatum esse Aeschylum. Nam Sophocles etiam *Orithyiam* dederat, vt e Strabone VII. p. 452. colligere licet. Ante hic Aeschyli locus vix intelligi poterat. Nunc, vbi ex *Orithyia* ductum ostendimus, clara omnia. Loquitur Boreas iratus ac fremens, quod Erechtheus ipsi Orithyiam negarat, minaturque adeo, se regiam Erechthei incensurum, etiamsi caminum restinxerint:

Εἰ καὶ καμίνου σχῶσι μάκιςον σέλας·
Εἰ γάρ τιν' ἑστιοῦχον ὄψομαι ψόλον.

Sic enim hunc locum egregie restituit vir praestanti ingenio et eruditione, Samuel Musgrauius, in literis ad me datis. *ψόλος ἑςιοῦχος* dicitur, vt *πῦρ ἑςιοῦχον* apud Plutarch. Tom. II. p. 158. C. vt et *ψόλος ἐπιβώμιος* in Aeschyli fragmento apud Scholiast. in Nicand. Theriac. p. 38. Caeterum vix dubito, quin Aeschylum ob oculos habuerit Ouidius Met. VI. 677. RVHNKENIVS. Assentior Tollio legenti,

Καὶ μὴ καμίνου σχῶσι μάκιςον σέλας.

Quod et sensus loci postulare videtur. Deinde lego,

Εἰ γὰρ τὸν ἑςιοῦχον ὄψομαι μόνον.

Ἑςιοῦχος est *magister domus* siue *custos puellae*, quam adamauit Boreas, de quo Aeschylus in fabula Orithyia. Hesychius: *Ἑςιοῦχος. οἰκουρὸς, οἰκώναξ.* Hinc *ἑστιυχεῖν*, *domum gubernare*, siue *ciuitati praeesse.* Charondas ap. Stobaeum p. 290: *ἄρχοντες γὰρ ἑστιουχῦσι πόλεως καὶ πολιτῶν σωτηρίας.* Quod verbum rarum. Iamblichus in Babylonicis apud Suid. v. *Ἄβρα. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο χαλεπὸν ἦν καὶ σπάνιόν τι, τῆς ΟΙΚΟΥΡΟΥ φυλαττούσης, καὶ ἄβρας τινὸς ἄλλης συμπαρούσης, ἀναπείθει τὴν κόρην λαθοῦσαν τοὺς γονεῖς ἀποδράναι. Quoniam autem accessus ad puellam rarus ac difficilis erat, cum diligenter custodiretur, et alia ancilla una adesset, persuadet puellae, vt clam parentibus aufugiat.* Ita scribendus et vertendus iste locus, quem non intellexit Interpres. Quare minatur Boreas apud Aeschylum, *Si vel custodem solum puellae viderit, se totas aedes, nisi ignem restinxerint, pessundaturum.* Sed in his quisquiliis nihil certi. Ceterum, vt recte monuit Tanaq. Faber, nonnulla hic

interciderunt: nam illud *πρὸς οὐρανὸν ἐξεμεῖν*, quod vituperat Longinus, in hoc loco non comparet. Eadem locutio occurrit apud Attium, quem laudat Cicero, Nat. Deor. II. 35.

Aut forte Triton fuscina euertens specus,
Subter radices penitus vndanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad coelum euomit.

Ad quem locum consulendus Dauisius. Tovpivs. Quod in versu 2 Musgrauius *ψόλον* reponi voluit pro *μόνον*, id est sane elegantius et versui praebet aliquid lucis, sed nititur coniectura minime verisimili.

Μίαν παρείρας] Cur *vnam* potius, quam *plures?* Lege:

Βίᾳ παρείρας πλεκτάνην χειμάῤῥοον. Rvhnkenivs. Illud *μίαν* est insolenter se iactantis, vel ex *vna* scintilla siue flamma se conglobatos ignes flatu suo excitaturum, quo quasi reti inuoluat domum. Vir doctus in Biblioth. Philologica Volborthii Vol. I. p. 104 s. de h. l. ita: „Cel. Ruhnk. pro *μίαν* legit *βίᾳ*, propterea, quia *πλεκτάνην* de *flamma* accepit. Mallem vero de volumine venti, turbine accipere, vt Aristoph. Au. 1714. *πλεκτάνη καπνοῦ, volumen fumi.* Sic verborum

Εἰ γάρ τιν' ἑστιοῦχον ὄψομαι ψόλον (vulgo *μόνον*)
Μίαν παρείρας πλεκτάνην χειμ. etc.

sensus erit aptissimus hic: *Si scintillam quandam in foco videro, immittam vnum turbinem: sic scintilla erumpet in ignem, et domus comburetur.* Confirmat nostram interpretationem et hoc, quod Boreas haec inflatis genis atque adeo iamiam immissurus ventum dixit, et quod *χειμάῤῥοον* est epitheton, quod vento conuenit, non flammae.“ Hoc propterea maxime non satis placet, quia ventus per se non occurrit in oculos. Aliter se res habet in fumo et igne, cuius *πλεκτάνην* facile quis animo effingat et sibi ante oculos ponat.

πρὸς αὐγὰς] Timaeus *ὑπ' αὐγὰς* interpretatur: ... *ὑπὸ τὸν πεφωτισμένον ἀέρα.* Ibi Ruhnkenius: „Elegans loquendi formula, *ἰδεῖν τι ὑπ' αὐγὰς*, ducta ab emtoribus, latens panni vitium ad *solem* explorantibus: cui *Ernestus* Clau. Cic. bene comparat *εἰλικρινὲς*, siue quod ad *εἵλην* spectatum, purum reperitur.“ Notandum et quod Hemsterh. ibidem: „Medici,“ inquit, „distinguunt *ὑπ' αὐγὴν* et *πρὸς αὐγὴν*, vt ostendit Hippocr. *κατ' Ἰητρ.*

vbi interprete Galeno T. XII. p. 19, 20 hoc vocat, *ὅταν πρὸς ταύτην ἐστραμμένον ᾖ τὸ χειριζόμενον· illud, τὸ βραχὺ παρακεκλιμένον.*" Hoc discrimen sine dubio verum est, vbi illa clare inter se opponuntur. Sed hic *πρὸς αὐγὰς* non diligentius examen significat, quam, quod vsitatius dicitur, *ὑπ' αὐγάς.*

ὑπονοςεῖ πρὸς τὸ εὐκαταφρόνητον] Elegantissimum est. Plutarchus de Repub. Gerend. p. 811. *Καὶ τὸ θαυμαζόμενον αὐτῶν ἐν ἀρχῇ τῆς ἐπιμελείας εἰς χλευασμὸν ΥΠΟΝΟΣΤΕΙ καὶ γέλωτα.* Quod plane gemellum est. Tovpivs.

στόμφον] Morus in nota *inanem verborum strepitum* interpretatur. Sed vel hic locus ostendit, per se esse *verborum grandium strepitum, non inanem,* etsi possit esse *iusto maior.*

§. 2. *ὁ τῶν Π. Ζεὺς*] Hunc (*θεῦ*) titulum reges Orientis saepius affectabant. De Mithridate Athenaeus 5, 12, p. 213: *Πᾶσα δὲ πόλις ταῖς ὑπὲρ ἄνθρωπον τιμαῖς ὑπαντῶσα καταχαλεῖται τὸν θεὸν βασιλέα.* Aethiopum *ἐπιτήδευμα* vocat Diodorus Sic. L. III. p. 101. *τοὺς βασιλεῖς θεὺς νομίζειν.* Notus etiam est in historia Antiochus *Θεὸς* dictus. Addi potest Euripid. Hippol. v. 88. et Troad. v. 1169. Artemidor. 2, 37. Nota est Menecratis medici, qui se Iouem appellauit, stolida arrogantia, de qua Aelianus V. H. 12, 51, aliique ibid. in notis allegati. Steinheilivs.

Γύπες, ἔμψυχοι τάφοι] Non satis assecuti sunt viri docti ad hunc locum, et H. Columna ad Ennium p. 142. quid a Longino reprehendatur. *Bustum* et *sepulchrum* recte et eleganter dicitur de ventre, in quo cibi conduntur et consumuntur. Nec ita dicere praestantissimi quique scriptores dubitarunt. Vide Pricaeum ad Apul. Met. V. p. 100. Sed *viuum bustum* dicere ineptum est, propterea quod *viuum* de *busto* dici nulla ratione potest, vt pulchre vidit cl. Ernestus Init. Rhetor. p. 846. Hae tamen ineptiae non vni Gorgiae placuerunt. Lucret. V. 291.

Viua videns viuo sepeliri viscera busto.

Sidon. Apollinar. Carm. IX. 109.

Fratris crimine qui miser voratis
Viuum pignoribus fuit sepulchrum.

Etiam Lucianus, quod mireris, Dial. Deor. VI. p. 347. senem decrepitum vocat *ἔμψυχον τάφον*, vbi vide Hemsterhusium. Similes aliquot lascivientis ingenii nugas e Demade collegit Athenaeus III. p. 99. multo plures ex aliis Tzetzes Commentario versibus politicis scripto in Hermogenem, qui ineditus seruatur in Bibliotheca Leidensi:

Πόῤῥω δὲ λαμβάνονται (μεταφοραὶ), ὥσπερ ποιεῖ Χοιρίλλος,
Καλῶν τοὺς λίθους, γῆς ὀςᾶ, τοὺς ποταμοὺς, γῆς φλέβας·
Ὡς τὴν Σελήνην, οὐρανοῦ πάλιν Αἰσχρίων σίγανα.
Οὕτω γὰρ λέξεσιν αὐταῖς αὐτὸς Αἰσχρίων λέγει·
Μήνη τὸ καλὸν οὐρανοῦ νέον σίγανα.
Τὸν λόγον ἐκτραχύνουσι, σκληρύνουσι δὲ πλέον,
Ἢ μᾶλλον εἰς ψυχρότητα σύρουσι γελαςέαν·
Ὡς καὶ ὁ γράψας τὰ ψυχρὰ ταυτὶ τῶν ἰαμβείων·
Στενὸν κατ' Ἑλλήσποντον, ἐμπόρων χώρην,
Ναῦται θαλάσσης ἐςρέφοντο μύρμηκες.
Καὶ πολλαχοῦ δύςηνα τοιαυτὶ λέγει·
Ὁ δ' ἐξελὼν ἱμάντα φορτίου ζώνην.
Ἶρις δ' ἔλαμψε, καλὸν οὐρανοῦ τόξον
Καὶ,
Πίσσαν ἑφθὴν, ἣν θύραι μυρίζονται.

Pro *σίγανα* v. 3. et 5. scribendum *σίγμα*. Sic enim Aeschrion *nouam lunam* vocabat a figura sigmatis Graeci C. Ex quo loco refellitur, quod Isaacus Vossius et Ez. Spanhemius statuebant, hanc sigmatis figuram serius in Graecorum consuetudinem venisse. Nam Aeschrion, siue Samius sit, siue Mitylenaeus, certe vetustus scriptor est. Vide Ionsium de Script. Hist. Phil. II. 2. p. 124. Rvhnkenivs.

καί τινα τῶν Καλλισθένους] MS. Vat. *καί τινα τῶν Περσῶν Καλλισθένους*. Scribe, *τῶν Περσικῶν*. Callisthenis *Περσικὰ* laudat Photius in Lexico inedito, et ex eo Suidas et Apostolius. De eo plurima, vt solet, cl. Hemsterhusius ad Polluc. IX. 93. Eum vituperat Cicero ad Quintum II. 13. *Callisthenes quidem vulgare et notum negotium, quemadmodum Graeci aliquot locuti sunt.* Tovpivs. Sic haud dubie, pro *τῶν Καλλ.* legendum *τῶν Περσικῶν Καλλισθένους*. Sed tamen quoniam *Περσῶν*

ex antecedd. temere hic repeti potuit, ipse non ausus sum illud in verbis Longini ponere.

μετέωρα] Cum Sophistae olim nonnulli *μετεώρων* scientia nimium se iactarent, factum est, vt vulgo 1) *eas rerum coelestium* hoc nomine appellarent, *ad quarum scientiam nec sensu nec ratione perueniri posset,* et 2) *omnino res, quarum plane inutilis esset cognitio.* Prior vsus protulit metaphoram, vt *μετέωρα* essent *dicta ita elata, vt eorum sensum assequi et rationem aperire nemo posset.* Patet hoc ex multis locis, qualia sunt Plat. Apol. 2. Xenoph. Conuiu. 6, 7.

φυσῶν κατὰ τὸν Σοφοκλέα] Locus Sophoclis extat integrior apud Cicer. ad Atticum II. 16. *Cneus quidem noster iam plane quid cogitet nescio.*

Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
Ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ.

Librarii vero ex duobus optimis versibus vnum fecere non malum.

Σμικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ.

Sed dum senario consulerent, sensum plane pessunderunt. Particula enim negatiua omnino desideratur, quod et recte animaduerterunt viri eruditi. Longinus proculdubio scripsit, nulla metri ratione habita, *οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοις, φορβειᾶς δ' ἄτερ. Non paruis quidem tibiis, sed sine capistro.* Quod de Clitarcho omnino verum videtur. Huc facit Plutarchus de Adulat. p. 56. *Πτολεμαίῳ δὲ τί περιῆψεν ἄλλο ΦΟΡΒΕΙΑΝ ΚΑΙ ΑΥΛΟΥΣ; οὐχ ὁ κολακευόντων ἔπαινος;* TOVPIVS.

σμικροῖς μὲν αὐλ. φορβειᾶς δ' ἄτερ] Secundum schol. vet. Aristoph. Vesp. 579. *φορβειαὶ* sunt *δέρματα τὰ περὶ τὸ στόμα τῶν αὐλητῶν προσδεσμευόμενα, ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσει.* Singulare quidem hoc; sed ex opinione vulgi: et sensus allegoriae facile inde repetitur, quem etiam Ernesti in Claui Cic. sub v. *φυσᾷ* sic exprimit: „Clitarchum esse egregio spiritu; sed cum temperare eum non possit, nimium euehi, et inde tumorem, *μετέωρα*, exsistere.“ Sed ego codd. omnes et vett. editt. secutus eo minus negationem *οὐ* putaui addendam, quod Longinus scriptorum verba pro lubitu mutare solet, et quod sensus verior et ingenio Clitarchi conuenientior hic est: *Exiguis quidem viribus, sed magno conatu.*

Ἀμφικράτους] Amphicrates, Sophista Atheniensis, patria eiectus, primum Seleuciae exulauit, deinde in Tigranis aula vixit, et ibi inedia periit. Haec et alia de eo narrat Plutarch. Lucull. p. 506. C. Recte Ionsius de Script. Hist. Phil. II. 15. p. 179. ei tribuit librum *περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν*, quem laudant Athenaeus XIII. p. 576. C. et Diog. Laert. II. 101. Obiter castigandus ridiculus Langbaenii error, qui ex male accepto Athenaei loco Amphicratis librum versibus scriptum putabat. Quod ab Athenaeo laudatur,

Ἀβρότονον Θρῄϊσσα γυνὴ γένος· ἀλλὰ τεκέσθαι
Τὸν μέγαν Ἕλλησιν φασὶ Θεμιςοκλέα.

non Amphicratis distichon est, sed incerti Epigramma in Abrotonum, quod ita scribitur in Anthologia inedita:

Ἀβρότονον Θρῄϊσσα γυνὴ πέλον· ἀλλὰ τεκέσθαι
Τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιςοκλέα.

Idem Epigramma laudat Plutarchus in Themistocl. et eo alludit Tom. II. p. 753. D. Amphicratem iterum perstringit Longin. Sect. IV. Rvhnkenivs. Fraterculorum istorum, Amphicratis et Hegesiae, meminisse videtur Lucianus in Rhet. Praecept. p. 9. *Εἶτά σε κελεύσει ζηλοῦν ἐκείνους τοὺς ἀρχαίους ἄνδρας, ἕωλα παραδείγματα παρατιθεὶς τῶν λόγων, οὐ ῥάδια μιμεῖσθαι, οἷα τὰ τῆς παλαιᾶς ἐργασίας ἐςὶν, ΗΓΗΣΙΟΥ καὶ τῶν ἀμφ' ΑΜΦΙΚΡΑΤΗΝ καὶ Νησιώτην.* Ita scribendus iste locus. Vulgo legitur *τῶν ἀμφὶ Κράτητα.* Per *Νησιώτην* vero intelligendus, vt recte vidit Graeuius, Gorgias Leontinus, rhetor antiquissimus, de quo supra Noster: et sic intelligendus, opinor, Athenaeus lib. 2. p. 70. *Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Ἀσίας περιηγήσει, εἰ γνήσιον τοῦ συγγραφέως τὸ βιβλίον, Καλλίμαχος γὰρ αὐτὸ ἀναγράφει ΝΗΣΙΩΤΟΥ.* Sed de hoc viderint eruditi. Tovpivs.

καὶ Μάτριδος] De Matride isto parum compertum habuerunt Interpretes. Intelligendus autem videtur Matris *Thebanus*, qui encomium in Herculem scripsit, idque soluta oratione, si Langbaenio credideris. Athenaeus lib. X. p. 412. *Μάτρις δὲ ἐν τῷ τοῦ Ἡρακλέους ἐγκωμίῳ, καὶ εἰς πολυποσίαν φησὶ τὸν Ἡρακλέα προκληθῆναι ὑπὸ τοῦ Λεπρέως, καὶ πάλιν νικηθῆναι.* ad quem locum consulendus Casaubonus. Idem lib. II. p. 44. *Atheniensem* vocat. *Μάτρις δὲ ὁ Ἀθηναῖος, ὅσον ἐβίω χρόνον, οὐδὲν ἐσιτεῖτο ἢ μυρσίνης ὀλίγον.* Verum

Ptolemaeus Hephaestio apud Photium, vnde hanc fabulam mutuatus est Athenaeus, *Thebanum* vocat. *Ματρις ὁ Θηβαῖος ὑμνογράφος μυρσίνας παρ᾽ ὅλον τὸν βίον ἐσιτεῖτο.* Quare corrigendus videtur Athenaeus ex Photio, et legend. *Μάτρις ὁ Θηβαῖος.* Nam de eodem vterque accipiendus, *Ὑμνογράφῳ* scilicet, qui hymnum in Herculem scripserit, qui et ipse erat Thebis oriundus. Huc accedit Diodorus Sicul. l. 24. *Τὸν δὲ ἐξ Ἀλκμήνης γενόμενον ὕςερον πλείοσιν ἔτεσιν ἢ μυρίοις Ἀλκαῖον ἐκ γενετῆς καλούμενον, ὕςερον Ἡρακλέα μετονομασθῆναι, οὐχ ὅτι δι᾽ Ἥραν ἔσχε κλέος, ΩΣ ΦΗΣΙΝ Ο ΜΑΤΡΙΣ, ἀλλ᾽ ὅτι τὴν αὐτὴν ἐζηλωκὼς προαίρεσιν Ἡρακλεῖ τῷ παλαιῷ, τὴν ἐκείνου δόξαν ἅμα καὶ προσηγορίαν ἐκληρονόμησε.* Vbi fragmentum huius Matridis deprehendisse videor:

— ὅττι δι᾽ Ἥραν
Ἔσχε κλέος. —

Vel forsan versus ita fuerat conceptus,

Ἡρακλέα καλέεσκον, ὅτι κλέος ἔσχε δι᾽ Ἥραν.

TOVPIVS.

§. 3. *μεγάλως ἀπολισθαίνειν*] Io. Columbus ad Lactant. de M. P. 13. recte legit: *μεγάλων ἀπολισθαίνειν.* quod confirmat Codicis Parisini scriptura *μεγάλω.* Sed vt senarius rectis pedibus incedat, scribendum:

Μεγάλων ἀπολισθάνειν ἁμάρτημ᾽ εὐγενές.

RVHNKENIVS. „Vitiosa Manutii in hoc loco lectio nata videtur ex eo, quod versum hunc Iambicum esse censuit: sed vt cl. Boiuinus notauit, nullibi occurrit versus Iambicus duobus Anapaestis incipiens.“ *Pearce.* De pedibus Iambici nihilo certiores sunt viri doctissimi, quam de iis quae apud Antipodas. Nec melius quidem hic se gessit noster Ruhnkenius. Nihil autem certius quam Senarium istum ex veteri aliquo Comico, nam Comici in re metrica minus religiosi sunt, esse desumptum, atque ita esse scribendum:

ΜΕΓΑΛΩΝ ἀπολισθαίνειν ἁμάρτημ᾽ εὐγενές.

Huc respexit Plutarchus in Crasso. *ΗΜΑΡΤΕ μὲν, ὠρέχθη δὲ ΜΕΓΑΛΩΝ.* Quocum facit Herodotus VIII. 100. *Καλῶς τελευτῆσαι τὸν βίον, ὑπὲρ ΜΕΓΑΛΩΝ αἰωρηθέντα.* Quod imprimis notandum. Dicitur autem *ἀπολισθαίνειν, ἀπολισθάνειν* et *ἀπολισθεῖν*, vt *ἀλφαίνειν, ἀλφάνειν* et *ἀλφεῖν, οἰδαίνειν, οἰδάνειν* et *οἰδεῖν*, et si

quae alia. Negat quidem non nemo in Miscellaneis Criticis aliam fuisse huius verbi formam, quam *ἀπολισθάνειν*. Sed obstare videtur, vt alios permultos taceam, Musaei, si qua demum, auctoritas:

— *ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων*
Ἕλκος ΟΛΙΣΘΑΙΝΕΙ —

Quod non animaduertit vir doctissimus. Ceterum, dum hoc agimus, restituendum hoc verbum Alciphroni III. 11. *Οἶδα ἀκούσας ἄλλα τινὰ δαιμόνων ὀνόματα, ὧν διὰ τὸ πλῆθος ἀπολεῖσθαί μοι τῆς μνήμης τὰ πλείονα.* Quae expedire non potuit cl. Berglerus. Reponendum absque controuersia: *ΑΠΩΛΙΣΘΕ μοι τῆς μνήμης. Memoria mea exciderunt.* Cyrillus contr. Iulian. p. 288. *Καὶ ΑΠΩΛΙΣΘΕ μὲν τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειότητος, ὡς κυριοκτόνος, ὁ Ἰσραήλ.* Leonidas in Epigrammate,

— *ΑΠΩΛΙΣΘΟΝ δὲ βίοιο*
Κάλλαισχρος, Λιβυκοῦ μέσσα θέων πελάγευς.

Tovpivs.

§. 4. *οἱ χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις*] Nihil verius T. Fabri eleganti coniectura, *οἱ χαῦνοι καὶ ἀναλθεῖς*. Sed vocis *ἀναλθὴς* ratio, vulgo minus cognita, paulo vberius explicanda videtur. Ab *ἄω*, *spiro*, est *ἅλω* vel *ἄλω*, Latinum *halare* et *halere*, vnde *halitus*, et *ἀλέα*, *vapor calidus*, et *ἀλεαίνειν*, *calefacere*. Ab *ἄλω* etiam deriuatur *ἄλθω* et *ἄλθα*. Hesychius: *Ἄλθα· θερμασία, ἢ θεραπεία.* In quibus prima vis est *calefaciendi*, altera *sanandi*, quam habent deriuata *ἀλθάω, ἀλθαίνω, ἐπαλθὴς, εὐαλθὴς, δυσαλθὴς, ἀναλθής*. Hesychius: *Ἀναλθές. ἀνίατον, ἀνυγίαστον.* Vide Foesium Oecon. Hippocr. Hoc sensu *ἀναλθὴς* magnus Hemsterhusius reddebat Luciano Tragopod. v. 8.

Τίς τὴν δυσώνυμόν σε δαιμόνων ἄρα
Εἰς φῶς ἀνῆκ', ἀναλθὲς ἀνθρώποις βλάβος;

Quod quanto elegantius est scriptura, quae vulgo circumfertur: *Εἰς φῶς ἀνῆκεν; ἦλθες ἀνθρώποις βλάβος.* Sed *ἄλω*, et inde ducta, praeter vim *sanandi*, habent etiam vicinam *augendi* potestatem, quam satis ostendit Latinum *alere*. Hesychius: *Ἀλθαίνει· αὔξει.* Galenus Gloss. Hippocrat. *Ἀναλθές·* (*ἀναλδὲς* idem) *ἄτροφον, ἀναυξές.* Quo sensu animalia strigosa, quae nullum ex alimentis incrementum capiunt, *ἀναλθῆ* dicuntur. Vnde Longinus, aliique Rhetores hanc vocem traduxerunt ad *orationem ma-*

cram et exilem, quae ad copiam et magnitudinem ali et augeri non potest. Dionys. Halic. in Dinarcho p. 115. *Οἱ δὲ Ἰσοκράτην καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπτιοι, καὶ ψυχροὶ, καὶ ἀσύςροφοι, καὶ ἀναλήθεις.* Omnino legendum *ἀναλθεῖς*, etiamsi Tollius hinc praesidium petat vulgatae lectioni. Eadem corruptela in Dionysii Demost. p. 166. *ταῦτα μέντοι πολλαχῆ μακροτέραν τε αὐτὴν* (*περίοδον*) *ποιεῖ, καὶ ἀληθεςέραν, ἀπαθῆ τε.* Sic vulgo editur. At MS. Regius, teste Io. Capperonnerio V. C. in Comment. Acad. Inscr. Tom. XXIV. p. 19. pro *ἀληθεςέραν* exhibet *ἀναληθεςέραν*, ex quo facile est veram lectionem *ἀναλθεςέραν* elicere. Oratorem *ἀναλθῆ ſtrigosum* vocat Cicero Brut. 16. *Quanquam in Lysia saepe sunt etiam lacerti, sic vt fieri nihil possit valentius: verum est certe genere toto strigosior.* RVHNKENIVS. Legebat Tanaq. Faber, *ἀναλθεῖς.* Quod et nescio quomodo probat Ruhnkenius. Sed nihil mutandum. *χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις, in quibus nihil veri atque solidi.* Dionysius Halicar. in Dinarcho p. 184. *Οἱ δὲ Ἰσοκράτην καὶ τὰ Ἰσοκράτους ἀποτυπώσασθαι θελήσαντες, ὕπτιοι, καὶ ψυχροὶ, καὶ ἀσύςροφοι, καὶ ΑΝΑΛΗΘΕΙΣ.* Idem in Demosth. p. 270. vbi de Isocratis dictione agit. *Ταῦτα μέν τοι πολλαχῆ μακροτέραν τε αὐτὴν* (*περίοδον*) *ποιεῖ καὶ ΑΝΑΛΗΘΕΣΤΕΡΑΝ, ἀπαθῆ τε καὶ πανηγυρικὴν μᾶλλον ἢ ἐναγώνιον.* Ita scribendus iste locus ex MS. Reg. Paris. Vulgo nullo sensu legitur *ἀληθεςέραν.* Idem error tollendus infra p. 299. *Ἡ μὲν γὰρ οὐδὲν ἔξω τῆς εὐμορφίας ἐπιτηδεύει, καὶ παρὰ τοῦτ' ἐςιν αὐτῆς τὸ καλὸν ἐν ΑΝΑΛΗΘΕΣΙ· ἡ δὲ οὐδὲν ὅτι οὐκ ἐπὶ τὸ χρήσιμον καὶ ΑΛΗΘΙΝΟΝ ἄγει. Platonis enim dictio nihil praeter elegantiam et venustatem sectatur, et proinde causis non veris convenit: Demosthenis autem dictio nil, nisi quod vtile et verum est, quaerit.* Ita scribendus et interpretandus iste locus. Quod ex antithesi satis liquet. Vocem *ἀναλήθης* vsurpat etiam Plutarchus in Coriolano. *Ὅτι τοίνυν ἁπλῶς τις ὁ Μάρκιος ὑπείληπται τῷ τρόπῳ γεγονέναι καὶ αὐθέκαςος, ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης πανοῦργος ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ ΑΝΑΛΗΘΗΣ, οὐκ ἄδηλόν ἐςιν.* Item Arrian. Epict. p. 541. *Ὀμόσαι δύναμαι, ὅτι οὐδεὶς οὕτως ἐςὶν ἀναίσθητος ἢ ΑΝΑΛΗΘΗΣ, μὴ ἀποδύρα-*

σθαι τὰς αὐτοῦ συμφορὰς, ὅσῳ ἂν ᾖ φίλτερος. Quem locum perperam sollicitauit doctissimus editor. Hinc *Ἀναλήθως* M. Antonino II. 16. *Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἡ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, ὅταν ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάστως καὶ ΑΝΑΛΗΘΩΣ τι ποιῇ ἢ λέγῃ.* His contraria *Ἐναλήθης* et *Ἐναλήθως.* Longinus sect. 15. *τῆς δὲ ῥητορικῆς φαντασίας κάλλιστον ἀεὶ τὸ ἔμπρακτον καὶ ΕΝΑΛΗΘΕΣ.* Tovpivs.

Καὶ μήποτε περιϊστάντες ἡμᾶς εἰς τοὐναντίον] Manutius *καὶ δήποτε:* quod placet. *Et quae non raro etiam in contrarium deducunt.* Damascius apud Suid. v. *Σεβηριανός. Δικάζων δὲ πικρότατος ἦν, ΚΑΙ ΔΗΠΟΤΕ ἐξαγόμενος ὑπὸ θυμοῦ φόνους εἰργάσατό τινας οὐκ εὐαγεῖς οὐδὲ εὐτυχεῖς.* Noster infra sect. 38. *ΕΣΘ' ΟΤΕ δὲ καὶ εἰς ὑπεναντιώσεις ἀντιπεριΐσταται.* Quod perinde est. Tovpivs. Sensus elucet, modo verborum ordinem recte constituas. Est autem hic: *Οἱ δὲ ὄγκοι εἰσὶ κακοὶ* — (*δηλονότι*) *οἱ χαῦνοι καὶ ἀναλήθεις, καὶ* (*ὁρᾶν χρὴ*) *μήποτε περιϊστ.* etc. *Turgidus autem habitus, et corporis et orationis, vitiosus est, is nempe, qui tantummodo tumorem praebet, non carnes et pinguedinem; et addere fortasse licet, qui in contrarium aliquando deducit.* Itaque non necessaria videtur mutatio *τοῦ μήποτε* in *δήποτε.*

Elegans est coniectura Fabri, *ἀναλθεῖς*, eoque magis laudanda, quod etiam Ruhnkenio probabatur. Sed tamen *ἀναλήθεις* feruandum puto. Structuram verborum iam demonstraui. Secundum eam verbis *οἱ χαῦνοι ... εἰς τοὐναντίον* definitur, siue, vt dicunt, determinatur subiectum *ὄγκοι*: neque, quod quis putet, vltima, *καὶ μ. π. ἡμ. εἰς τοὐναντίον*, nouum praedicatum faciunt, additum priori *εἰσὶ κακοί.* Nam durum omnino (quamquam non inusitatum) est participium pro tempore finito, atque h. l. *περιϊστάντες* pro *περιϊστῶσι.* Sed, quod caput est, gradatio reperitur in his verbis. *Ὄγκοι* dicuntur 1) *χαῦνοι, non prorsus solidi, sed ob tumorem praebentes speciem iusto veroque ampliorem;* ergo *non plane inanes:* 2) *ἀναλήθεις, specie fallentes, succis et corpore non abundantes:* 3) *μήπ. ... τοὐναντίον;* ergo, *in quibus omnia sunt exilia et exsucca.*

οὐδὲν γάρ, φασὶ etc.] Quae sequuntur, senarium redolent, qui ita a Poeta, quicunque demum fuerit, profectus videtur,

Οὐκ ἐστὶν οὐδὲν ξηρότερον ὑδρωπικοῦ.

Quod Atticae elegantiae est. Aristoph. Av. 1342.

Οὐκ ἐστὶν οὐδὲν τοῦ πέτεσθαι γλυκύτερον.

Menander in Adelph. p. 6. ed. Cler.

Οὐκ ἐστ' ἀνοίας οὐδὲν τολμηρώτερον.

Quae ita erant corrigenda ex Stobaeo p. 93. ed. Franc.

Οὐκ ἐστ' ἀνοίας οὐδὲν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
Τολμηρότερον ——

TOVPIVS.

Τί ποτ' οὖν ... ἢ δῆλον ὡς] Scribe cum Fabro, *ἢ δῆλον*. *Quidnam est igitur quod puerile appello? Nihil aliud profecto quam sensus scholasticus.* Plato Apol. Socrat. §. 26. *Ἐγὼ δὲ δὴ τίνος ὑμῖν ἀντιτιμήσομαι; ἢ δῆλον ὅτι τῆς ἀξίας.* Porphyrius de abstin. lib. 3. *Ἀλλ' εἰ πάντες τούτοις πεισθεῖεν τοῖς λόγοις, τί ἡμῖν ἔσται; ἢ δῆλον ὡς εὐδαιμονήσομεν.* Atque ad hanc normam corrigendus Demosthenes contr. Leptin. p. 27. ed. Tayl. *Πῶς ποτ' ἂν ἔχοιτε πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας; ἢ δῆλον ὅτι φωνὴν οὐκ ἀνάσχοισθε ὡς συκοφαντούντων.* Nec non Iulianus Orat. 5. p. 179. ed. Spanh. *Ἀλλὰ τί πέρας ἔσται μοι τῶν λόγων; ἢ δῆλον ὡς ὁ τῆς μεγάλης ὕμνος θεοῦ.* Vulgo male scribitur, *ἡ δῆλον*. Sed in his saepius peccatum. Deinde sequitur, *ὑπὸ περιεργίας λήγουσα εἰς ψυχρότητα.* Vbi libri meliores *ὑπὸ περιεργασίας*. quod mire placet. *Sensus scholasticus, eo quod nimis elaboratus sit, in frigidum desinens.* Haec mens Longini. Vocem elegantissimam vsurpat Schol. ad Euripidis Hippolytum 521. *Τὴν Ἀφροδίτην δὲ ἐπικαλεῖται ὡς παραστατοῦσαν ταῖς τοιαύταις ΠΕΡΙΕΡΓΑΣΙΑΙΣ.* Atque hic notanda verba *Περιεργαζεσθαι* et *Προσπεριεργάζεσθαι*: quod verbum restituendum Straboni lib. 1. p. 30. *Καὶ ΠΡΟΣΠΕΡΙΕΡΓΑΖΕΤΑΙ γε, πυνθανόμενος τί συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ, πολλῶν ὑπάρξαι τόπων ἔμπειρον. Et praeterea curiose admodum agit, quaerens quid ad virtutem poeticae faciat multorum locorum peritia.* Ita scribendus est iste locus. Vulgo *προσεργάζεται*. Sed MSS. *προσεπεργάζεται*. vnde veram lectionem elicuimus. Philo Iud. de Virtut. p. 556. *ὁ δὲ ἠλίθιος, οὐδὲ πενθερὸς ὢν ἔτι, τὰ μὴ καθ'*

αὐτὸν ΠΡΟΣΠΕΡΙΕΙΡΓΑΖΕΤΟ. Synesius in Dion. p. 66. *τῷ παντὶ ἂν ἔχοι καλῶς, μηδὲν ΠΡΟΣΠΕΡΙΕΡΓΑΖΕΣΘΑΙ.* Tovpivs. *Νόησιν* hic male vertunt *sensum* et *sententiam.* Est potius *genus* quoddam *dicendi*, vt recte interpretatur Tollius. Locus ipse hoc docet clarissime. Sed et haec ad firmandam hanc significationem faciunt. Primo *νόημα*, quae est proprie *sententia*, a *νοήσει*, *sentiendi ratione*, secundum formam certe differt. Et quamquam *νόησις* etiam pro *νοήματι* et apud alios et apud nostrum (ut 4, 1.) dicitur, tamen et latiori sensu potest vsurpari. Prorsus idem fit in verbo *διανοίας* maxime *ἀναλόγῳ*. Nam et vna singulatim est *sententia*, et *ratio sententias efferendi*, vt ostendam ad fragm. 8, 2. Lectionem *περιεργασίας* praetulerim cum Toupio alteri, *περιεργίας*, quia de singularum sententiarum putida exornatione agitur, non de habitu et vitio. Nam analogia vult, *περιεργίαν* esse vitium animo insitum aut more et disciplina contractum; *περιεργασίαν* autem actionem ex hoc vitio natam. Fateor equidem, vitium posse commemorari, ita vt nihilominus intelligatur actio inde suscepta: sed tamen quoniam paria ceterum vtrinque momenta ostenduntur, inclino in hanc partem, quam significavi.

περιττοῦ] *Eximium quid* intelligit (*der prächtige Ausdruck*). Sic Diod. Sic. 1, 46. 47, et 13, 108 *περιττότερον εἰργασμένον* dixit, *artificiosius structum*, et 12, 54 *σχηματισμοὺς περιττοτέρους, exquisitas figuras.* Idem 12, 15 legi cuidam Charondae tribuit *περιττόν τι*, idque appellat *ἀποδοχῆς* et *ἐπαίνου ἄξιον*, item *σοφόν.* Cf. ib. c. 20, et Valken. ad Eurip. Hippol. v. 948. Morvs.

πεποιημένου] Haec est elocutio, quae vulgarem consuetudinem ad alium habitum inflectit, (cf. Dion. Hal. T. 2, p. 165, v. 39, et p. 166, v. 19) sive, vt est apud Aristot. rhet. 3, p. 237, v. 13, *ἐξαλλάττει τὸ εἰωθὸς καὶ ξενικὴν ποιεῖ τὴν λέξιν* (*der bearbeitete, gekünstelte Ausdruck*). Idem Dionysius p. 166, v. 7. orationem *ἀποίητον* appellat, quae eadem est *ἰσχνὴ* et *ἀφελής*. Pearcius ad 8, 1. laudauit Cic. Or. 3, 48. *oratio polita atque facta quodammodo.* Plato Apolog. c. 1, *πλάττειν λόγους.* Morvs.

ἐποκέλλοντες δὲ εἰς τὸ ῥοπικὸν καὶ κακόζηλον] Pearcius pro sua Graecae linguae intelligentia *ῥοπικὸν* expo-

nit *humile*. Quod vt Graece doctis nouum et inauditum est, sic nihil verius Vossiana coniectura *ῥωπικὸν*, quae nec Tollio displicet. Proprie quid sit *ῥωπικὸν*, copiose docet Salmasius ad Vopisci Aurelian. 45. Longinus sic vocat genus dicendi, *quod non naturali pulchritudine commendetur, sed lenociniis et ineptiis fucatum sit, nitorem fucatum et adscititium habeat.* Apposite Hesychius: *Ῥωπικόν. τὸ ἐπίκτητον καὶ ὡραϊσμένον.* Sic scribimus pro *ὡραῖον.* Nam Rhetores hoc vitii genus *ὡραϊσμὸν* vocant. Vide cl. Piersonum ad Moerid. Attic. p. 76. Rvhnkenivs. Editio princeps Robortelliana, *ὑποκέλλοντες.* Omnino vere atque eleganter. Noster supra, *φύσει γὰρ ἅπαντες οἱ μεγέθους ἐφιέμενοι, φεύγοντες ἀσθενείας καὶ ξηρότητος κατάγνωσιν, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐπὶ τοῦθ᾽ ΥΠΟΦΕΡΟΝΤΑΙ.* Quod plane geminum est. Quod sequitur, *εἰς ῥοπικὸν*, omnino exsibilandum est. Nos rescripsimus cum MS. Ven. *εἰς τὸ ῥωπικὸν καὶ κακόζηλον.* Quod et magno Casaubono placuisse intellexi. Nimirum quod minutum, et affectatum, et nullius fere pretii est, *ῥῶπον* sive *ῥωπικὸν* vocant Graeci, de quo Hesych. Suidas, Photius in Lex. inedito, alii. Polybius in Excerptis Valesii p. 1434. ed. Gronov. *Τὸν δὲ πραγματικὸν τρόπον ὑπέφαινε μὲν τέλειον, ἦν δὲ ψευδεπίγραφος καὶ ΡΩΠΙΚΟΣ.* Plutarch. de Amore prolis p. 495. *Πανταχοῦ μὲν γὰρ ἡ φύσις ἀκριβὴς, καὶ φιλότεχνος, καὶ ἀνελλιπὴς, καὶ ἀπερίτμητος, οὐδὲν, ὡς ἔφησεν Ἐρασίστρατος, ἔχουσα ΡΩΠΙΚΟΝ.* Idem in Lycurgo: *Τὸ γὰρ σιδηροῦν ἀγώγιμον οὐκ ἦν πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οὐδ᾽ εἶχε τιμὴν καταγελώμενον, ὥστε οὐδὲ πρίασθαί τι τῶν ξενικῶν καὶ ΡΩΠΙΚΩΝ.* Quae bona fide exscripsit Porphyrius de Abstin. lib. 4. Hinc *Ῥωποπώλης*, *a haberdasher of small wares*, et *Ῥωπογράφος*, *a sign-painter.* de quo cl. Salmasius ad Spartiani Adrianum, et Lampridii Heliogabalum. Eleganter Leonidas in Epigrammate:

Ἁ μάτηρ ζῶον τὸν Μίκυθον, οἷα πενιχρὰ,
Βάκχῳ δωρεῖται, ΡΩΠΙΚΑ γραψαμένα.
Βάκχε, σὺ δ᾽ ὑψώσῃς τὸν Μίκυθον· εἰ δὲ τὸ δῶρον
ΡΩΠΙΚΟΝ, ἃ λιτὰ ταῦτα φέρει πενία.

Tovpivs.

κακόζηλον] Hoc cum de omni prava imitatione dici possit, vt et per se, et e Quintil. II, 3, 9. et VIII, 3, 56.

patet, tamen Graeci rhetores maxime vsurpant *de ornatu nimis ambitiose et inepte quaesito;* vt sub *ζήλῳ* non *imitatio*, sed *studium* et *cupiditas* intelligenda sit. Demetrius Phal. §. 190. *Καθάπερ τῷ μεγαλοπρεπεῖ παρέκειτο ὁ ψυχρὸς χαρακτὴρ, οὕτω τῷ γλαφυρῷ παράκειταί τις διημαρτημένος· ὀνομάζω δὲ αὐτὸν τῷ κοινῷ ὀνόματι κακόζηλον.* Quae deinceps rei latius explicandae causa disputat, ea plane cum hoc loco conveniunt. Plura congessit, etsi non optime digessit, Ernesti in Lex. technol. Gr. rhetoricae.

§. 5. *ὁ Θεόδωρος*] Intelligas licet rhetorem illum magni nominis, quem Plato in Phaedro Vol. X. p. 364. appellat *τὸν χρηστὸν* et *τὸν βέλτιστον λογοδαίδαλον Βυζάντιον ἄνδρα.* Langbaenius Theodorum Gadarenum esse opinatur, e servili genere natum, praeceptorem autem Tiberii Caesaris. Is cum scripserit *περὶ ῥήτορος δυνάμεως*, facile etiam de *παρενθύρσῳ* dicere potuit.

ἄκαιρον καὶ] Alienae manus esse puto.

πολλὰ γὰρ] Ita locutus est Diodorus Sic. I. 4. *Πολλὰ γὰρ παρὰ τὰς ἀγνοίας τῶν τόπων διήμαρτον οὐχ οἱ τυχόντες μόνον τῶν συγγραφέων, ἀλλά τινες καὶ τῶν τῇ δόξῃ πεπρωτευκότων.* Confer D. Iacobum III. 2. et cl. Gronovium ad Aelian. Var. Hist. III. 8. Addas Dionys. Halic. Art. Rhet. X. 6. et Hierocl. p. 296. ed. Needham. vbi rem minus recte administrarunt cl. editores. Atque hinc obiter vindicandus Callimachus in Dian. 27.

—— *Πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας.*

vbi idem est *πολλὰς χεῖρας* et *πολλὰ χεῖρας.* Quomodo locutus est Auctor Arimaspiorum a Longino nostro infra laudatus:

Ἦ που ΠΟΛΛΑ θεοῖσι φίλας ἀνὰ ΧΕΙΡΑΣ ἔχοντες. Tovpivs.

ἀσχημονοῦσιν εἰκότως] Distingue, *πρὸς οὐδὲν πεπονθότας ἀκροατὰς ἀσχημονοῦσιν· εἰκότως.* Quod adeo elegantioribus placuit, vt nihil supra. Lycurgus contra Leocrat. *Οὐδ' αἱ παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαι τοῖς προδόταις βοηθοῦσιν. ΕΙΚΟΤΩΣ· οὐδὲν γὰρ πρότερον ἀδικοῦσιν ἢ περὶ τοὺς θεοὺς ἀσεβοῦσι.* Diodorus Sic. in Excerpt. p. 568. *Ἕκαστος ἐθαύμαζε τὴν τἀνδρὸς ἀρετήν. ΕΙΚΟΤΩΣ· παράδοξον γὰρ ἐφαίνετο πᾶσιν.* Ita constituendus est iste locus, quem male mulctavit cl. Wesselingius. Ceterum Plutarchum suum de Audit. p. 39.

ob oculos habuisse videtur Noster: *Οἱ δὲ εὐθὺς ἀντικόπτοντες, οὔτε ἀκούοντες οὔτε ἀκουόμενοι, λέγοντες δὲ πρὸς λέγοντας ΑΣΧΗΜΟΝΟΥΣΙ.* Tovpivs. Pronum esset corrigere: *εἰκότως, ὡς ἔξεστ.* etc. Sed etiam alibi haec breuitas placet auctori, vt *ἅτε* vel *ὡς* omittat.

ἄλλος ἡμῖν ἀπόκειται τόπος] Is locus est S. 15.

SECT. IV.

§. 1. *εἴπομεν*] Videtur c. 3. initio dixisse. Morvs.

ὁ Τίμαιος] De Timaeo isto, historico Siculo, alii aliter, vt solent: nam laudatur ab his, culpatur ab illis. De eo Polybius, Diodorus, Plutarchus, Suidas, alii. Tovpivs.

πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος οὐκ ἄφορος] Male, quae recta et plana sunt, pervertit Pearcius. *οὐκ ἄφορος* est *ἐπίφορος, εὐεπίφορος, κατάφορος, εὐκατάφορος.* Sect. V. *ἐπίφορον εἰς συνταγμάτων κατόρθωσιν τὰ κάλλη.* Plutarch. Tom. II. p. 623. D. *εἴς τε ποίησιν μελῶν καὶ μέτρων, ὡς οὐδὲν ἄλλο πάθος, ἐπίφορος καὶ κατάντης.* Idem p. 703. C. *ταῦτα γὰρ οὐ ποιεῖ πρὸς δεισιδαιμονίαν ἐπιφόρους.* Nescio an *ἐπίφοροι* etiam legendum Sect. XLIV. *μάλιστα πρὸς ἡδονὰς λόγων εὔφοροι.* Sed vulgatam confirmat Dionys. Halicarn. *Τέχνη* p. 36. *εὔφορος πρὸς ἀνδρῶν ἀρετήν.* Rvhnkenivs. Nos reuocauimus distinctionem pristinam: *Ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα ἱκανὸς, καὶ πρὸς λόγων ἐνίοτε μέγεθος οὐκ ἄφορος.* Quo nihil verius. Sic noster infra sect. 44. *καὶ μάλιστα πρὸς ἡδονὰς λόγων εὔφοροι.* quod gemellum est. Haud aliter Dionys. Halic. Art. Rhet. cap. 3. a Ruhnkenio laudatus: *Πόλις μεγάλη, πολυάνθρωπος, ΕΥΦΟΡΟΣ πρὸς ἀνδρῶν ἀρετήν.* Eleganter Iulius Capitolinus in Marco: *Post Veri obitum Marcus Antoninus solus rempublicam tenuit, multo melior et* FERACIOR AD VIRTVTES. Ceterum mentem Longini optime expressit Tollius, *Scriptor sane cetera egregius, et ad orationis granditatem non raro assurgens.* Tovpivs. Prauam distinctionem Pearcii, qui comma posuit post *μέγεθος*, et deinde *οὐκ ἄφορος* quasi absolute dictum vertit *non sterilis*, iam dudum sustulerat Morus.

ἀλλοτρίων μὲν ἐλεγκτ. ἁμαρτημάτων] Diod. Sic. V, 1. *Τίμαιος... διὰ τὰς ἀκαίρους καὶ μακρὰς ἐπιτιμήσεις εὐλόγως διαβάλλεται, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐπιτιμήσεως Ἐπιτίμαιος ὑπό τινων ὠνομάσθη.* Sed magnam eius in scribendo eloquentiam, de qua Longinus ante, laudat Tullius de Or. II, 14.

§. 2. *Θαυμαστὴ.... σύγκρισις*] Inepta sane est oratoris et bellatoris comparatio: quae hanc vnam ob causam Timaeo potuit in mentem venire, quod hic bellum contra Persas gessit, ille olim suaserat. Bellatoris cum alio homine comparatio ita tantummodo locum habet, si in vtroque inest *ἀνδρεία*, id quod venusta ratione significat Longinus. Quod si paucis diebus aut horis Isocrates orationem illam composuisset, minus inepta esset ad laudandum Alexandrum comparatio. Sed equidem puto, eam ab homine *ἐλεγκτικῷ* institutam fuisse (quamquam alieno loco) ad carpendam Isocratis tarditatem. Haec vt pro Longino non minus, quam pro Timaeo, disputarem, commouit me iudicium viri docti in Bibliotheca Philol. a Volborthio edita, Vol. I. p. 102. Is postquam merito reprehendit Toupium, qui de rebus ipsis et iudiciis Longini fere nihil protulerit, Longini iudicium redarguere conatur, cum dicit, comparationem non posse vlterius extendi, quam scriptor voluerit.

τριάκοντα] Cum Messenii, Pausania auctore (4, 13), vicesimo anno a Spartanis victi sint, existimauit Faber, a librariis Longini *κ* (20) in *λ* (30) mutatum esse. Iam e loco Pausaniae nihil quidem, nisi hoc apparet, illo anno bellum primum Messeniacum finitum esse, quo nondum subacti erant Messenii; bis enim redierunt ad arma: tamen Longini verba non nimis vrgenda videntur. Eos a Spartanis subactos dicit, quia finito primo bello quiescere aliquamdiu, vt victi, coacti sunt. Cf. Diod. Sic. 15, 66. Morvs.

§. 3. *Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις, ἁλοῦσι* etc.] Classicus locus est Thucydidis 6, 27. Praeterea *τοῖς Ἀθηναίοις ἐπιφωνεῖ* liberius et dilucidius vertetur: *de iis iudicat:* certe sensus loci simpliciter huc redit. Nam si quis, omni re proposita, dicatur *ἐπιλέγειν, ἐπιφωνεῖν, ἐπικρίνειν, ἐπιῤῥήσεσι χρῆσθαι, ἐπισημαίνεσθαι,* his verbis omnino iudicium de ea re significatur, quod ut mox probantis est, mox improbantis, sic verbis his alterutra

significatio interdum tribui potest. Plutarchus in *de poetis legendis* (p. 22. ed. Krebs.) qui locus in hanc rem perutilis est, sic explicat: *ψῆφον ἐπιφέρειν τοῖς πραττομένοις ἢ λεγομένοις.* In ipso denique Longini loco, *δι' ἕνα ἄνδρα δίκην ἔδωκαν*, verteram: *propter vnum illum Hermocratem* (eius honorandi causa) *poenas dederunt:* nempe Mercurius Athenienses ab Hermocrate vinci voluit, vt Hermocratem, prolem suam, honoraret. Sic *διὰ τοῦτο* et *δι' ἕνα ἄνδρα* sibi respondent. Si quis cum Wetstenio (ad Iohann. 6, 57) et Pearcio malit: *per eum puniti sunt*, non repugnabo, cum *διὰ τούτου* et *διὰ τοῦτο* permutari constet. Morvs. Haec ex eius Libello animadverss. ad L. in rem nostram vertere visum est. In notis ante editis ad *ἐπιφωνεῖ* scripserat: "*acclamat iis*, velvt castigans. Sic Epictet. 1, 5. *ἐπιλέγειν.*" Et ad *περικόψαντες*: "Diod. Sic. 13, 2. Cornel. Alcib. c. 3."

Ἑρμοκράτην τὸν Ἕρμωνος] Eandem fabulam tangit Plutarchus in Niciâ. *Ὥσπερ ὅταν λέγῃ Τίμαιος τοῖς Ἀθηναίοις οἰωνὸν ἡγήσασθαι, γεγονέναι τὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔχοντα τοὔνομα στρατηγὸν ἀντειπόντα πρὸς τὴν στρατηγίαν· καὶ ΤΗι ΠΕΡΙΚΟΠΗι ΤΩΝ ΕΡΜΩΝ προσημαίνειν αὐτοῖς τὸ δαιμόνιον, ὡς ὑπὸ ΕΡΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΤΟΥ ΕΡΜΩΝΟΣ πλεῖστα πείσονται παρὰ τὸν πόλεμον.* Tovpivs. Dux ille Hermocrates erat Syracusanorum: de quo Diod. Sic. 13, 75. et plura Thucydides l. 6 et 7.

§. 4. *Τί δεῖ περὶ Τιμαίου λέγειν; ὅπου γε*] Manutius, *Καί τοι τί δεῖ.* Vterque cod. Vat. *Καὶ τί δεῖ.* quae vera lectio. Schol. ad Aristoph. Acharn. 278. *Καὶ τί δεῖ περὶ ἀσπίδος καὶ πηδαλίου λέγειν; ὅπου γε* — Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. lib. 1. *Καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄλλων λέγειν; ὅπου γε* — Iosephus contr. Apion. p. 439. *Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν κατὰ πόλεις καὶ βραχυτέρων; ὅπου γε περὶ τῆς περιηγήσεως τῆς Περσικῆς στρατείας οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασι.* Ita scribendus iste locus cum Eusebio. Vulgo omittitur *γε*, non sine elegantiae detrimento. Tovpivs.

ὄμματα στρέψαις] Manutius et MSS. nonnulli, *μεταστρέψαις.* Quomodo legitur apud Xenoph. Lacedaem. Republ. p. 679. Quod et nescio quomodo elegantius videtur. Tovpivs. Illud *στρέψαις* mihi videtur gravius et suauioris soni hoc loco, quam quod Xenophontis libri

praebent, *μεταστρέψαις*. Per se intelligitur, oculos ad rem aliquam spectandam vocatos *aliorsum* vocari: nec bene se excipiunt syllabae *ματα μετα*. Sed tamen a Longino videtur mutatum.

τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων] Non solus Longinus ita in Xenophonte legit, sed etiam Stobaeus Serm. XLII. p. 287. Vulgati quidem Stobaei libri habent *ἐν τοῖς θαλάμοις*, sed *ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς* in Codd. Regiis reperit Hugo Grotius, cuius collatio est in Bibliothecâ Leidensi. Quid? vtroque vetustior scriptor, Aretaeus Cappadox, imitatione suâ ostendit, sic se in Xenophonte legisse, de Caus. Morb. I. 7. p. 34. *τάδε πάσχει ἄμφω τὰ εἴδεα, καὶ ἡ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖσι παρθένος.* Qui locus inprimis notandus. Rvhnkenivs. MS. Eliensis, *τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ΗΜΩΝ παρθένων*. Sic mox Longinus, *τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ΗΜΩΝ κόρας*. Ceterum quod dixit Xenophon, dixit etiam Aretaeus Cappadox de Caus. Morb. lib. I. 7. p. 34. *Τάδε πάσχει ἄμφω τὰ εἴδεα, καὶ Η ΕΝ ΤΟΙΣ ΟΦΘΑΛΜΟΙΣΙ ΠΑΡΘΕΝΟΣ*. Quod et Ruhnkenium nostrum animadvertisse video. Tovpivs. Verbum *ὀφθαλμοῖς*, quod Toupius dat ipsi Xenophonti, relinquendum videtur Longino, ac potius illi, qui exemplum eius scripserat.

Οἷον δὲ, Ἡρ.] Hic post vltimum verbum *ὀφθαλμοῖς* exclamandi signum, quo nunc vtimur, posui, hactenus editoribus obsecutus, qui ab *Οἷον* nouam periodum incipiunt. Nam interrogandi signum perperam post *οἷον* adhibent, quod pro *ποῖον* nunquam ponitur. Sed constructio et plena sententia videtur esse: *καὶ τοιοῦτο δὲ, Ἡράκλεις, [ἔπρεπε Ἀμφικράτει], οἷον τὸ τὰς ἁπάντων* etc. Sed tamen fateor, me subdubitantem haec scripsisse.

τὰς ἁπάντων ἑξῆς κόρας] Inepte Morus, *in posterum omnes pupillas.* imo, *omnes omnino pupillas.* Confer nos ad finem sect. 33. Tovpivs.

Ἰταμόν φησι] *de impudente dicit.* Locus est Homeri Il. *ά*, 225. Morvs.

ὡς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς; ἰταμὸν,] Haec corrupta sunt et male distincta. Equidem scribendum arbitror: *ὅπου φασὶν οὐδενὶ οὕτως ἐνσημαίνεσθαι τήν τινων ἀναίδειαν, ὡς ΤΩι ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ΙΤΑΜΩι. Nullâ re magis declarari aliquorum impudentiam, quam oculorum torui-*

tate. Quod planum et perspicuum est. Huc facit Plutarch. in Amator. p. 767. *ΙΤΑΜΟΥ μὲν ἤθους καὶ ἀκολάστου καὶ διεφθορότος σημεῖα ΤΟΙΣ ΕΙΔΕΣΙ τῶν γυναικῶν ἐπιτρέχει.* Tovpivs.

§. 5. φωρίου] Est τὸ φώριον primo idem, quod *κλέμμα*: deinde *rem furto ablatam*, quam quis male sibi vindicauit, significat: denique *id, quod occulto fit et furtim.* Tertiae significationis exempla Suidas T. III, p. 629 collegit: alterius vero exemplum est in Iosephi Archaeologia (5, 1, 10 et 14). Achanes, qui in rem, ab alio amissam furtoque expositam, inciderat, eamque cupide rapuerat, conuictus facinoris ὡμολόγει τε τὸ κλέμμα, καὶ τὰ φώρια παρῆγεν εἰς μέσον: *fassus est, et ipsam rem, furto ablatam, in medio posuit.* Quae cum ita sint, Longinus καθάπερ φωρίου ἐφάπτεσθαι de eo vsurpauit, qui ingeniose ab aliquo dictum alteri *sublegit*, atque *cupide* sibi vindicat et imitatur. Neque adeo hoc differt ab illo notissimo, ἁρπαγμὸν ἡγεῖσθαί τι, quod in Paulino quoque loco (Philipp. 2, 5.) nonnullis ita intelligendum visum est, *cupide re aliqua vtendum putare.* Certe videntur omnia huius formulae exempla, a Wetstenio nominatim et Lamberto Bosio prolata, in hac notione *cupide vtendi* conuenire. Morvs. Graeca sunt sana, sensus obuius. Nil noui fecit Timaeus; fecit quod fures solent, qui, quicquid in manus venerit, praedam suam ducunt. Haud aliter locutus est Alciphro III. 52. *Ἀλλὰ γὰρ τὰ ἐκ τῆς οἰκίας σκεύη καθ' ἓν ΩΣΠΕΡ ΦΩΡΙΑ λαμβάνουσι. Quin et suppellectilem ex domo quasi praedam suam conuasant et exportant.* Ita scribendus et vertendus iste locus, qui viros doctissimos frustra exercuit. Themistius Orat. VII. ad Valent. *Ὑπὸ μάλης] ἔκρυπτον τὰς ἀσπίδας ΩΣΠΕΡ ΦΩΡΙΑ κακοῦργοι.* Dio Chrysost. p. 411. *Περιστέλλων ΚΑΘΑΠΕΡ ΦΩΡΙΑ κλέπτης.* Priscus in Excerptis Hoeschelii p. 43. *Τὰς φιάλας ἐνέχυρα, καὶ οὐ ΦΩΡΙΑ λαβών.* Atque hinc obiter emendandus Plutarchus in Demetrio: *Ἐξορμήσαντος ἐπὶ Θρᾴκην τοῦ Δημητρίου, ὥσπερ ἔρημα καταληψομένου.* Legendum proculdubio: *ὥσπερ ΕΥΡΗΜΑ καταληψομένου.* Xenoph. Exped. VI. p. 404. *Εἰ δὲ μισθὸν προσλήψοιντο, ΕΥΡΗΜΑ ἐδόκει εἶναι.* Sirachides XXIX. 4. *Πολλοὶ ὡς ΕΥΡΗΜΑ νομίζουσι δάνος.* Aristides Tom. II. p. 47. *Οὐδ', εἰ μετέχει τέχνης, ΕΥΡΗΜΑ ποιεῖσθαι.* ad

quem locum vide Scholiastam. Isaeus Orat. 8. p. 540. *Ἡγεῖται γὰρ αὐτῶν ἑκάτερος ΕΥΡΗΜΑ ἔχειν ὅ, τι ἂν τῶν Ἀστυφίλου λάβῃ.* Lysius contr. Archebiadem apud Dionys. Halicar. in Isaeo p. 170. *Ἐγὼ οὖν σε ἀξιῶ μὴ ΕΥΡΗΜΑ ΗΓΕΙΣΘΑΙ τὴν ἡλικίαν τὴν ἐμὴν, ἀλλὰ παραλαβόντα τοὺς ἐμοὺς φίλους καὶ τοὺς σαυτοῦ, διηγήσασθαι περὶ τοῦ χρέους, ὅθεν γεγένηται· κἂν δοκῇς ἀληθῆ λέγειν ἐκείνοις, οὐδέν σοι δεήσει πραγμάτων, ἀλλὰ λαβὼν ἐπὶ τὰ σαυτοῦ.* Quae postrema corruptissima sunt, et viris doctissimis fraudi fuerunt. Scribendum sine controversiâ: *ἀλλὰ λαβὼν ΑΠΙΘΙ τὰ σαυτοῦ.* Locus ita vertendus est: *Quod si illis videberis id quod res est proferre, nullum exinde tibi negotium facessam, quin tu rebus tuis repetitis abeas.* Nos Angl. *Take that thine is, and go thy way.* Xenoph. Exped. lib. 7. *Ταῦτα ΛΑΒΩΝ καὶ τοὺς τῶν ἀδικησάντων σε ὁμήρους προσλαβὼν ΑΠΙΘΙ.* Plato in Epist. ad Dionis amicos p. 301. *ΑΠΙΘΙ ΛΑΒΩΝ τὰ χρήματα ταῦτα.* Aelian. Var. Hist. IX. 25. *Εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμοῦ ΛΑΒΩΝ ΑΠΙΘΙ.* Ceterum vt Lysias *μὴ εὕρημα ἡγεῖσθαι*, sic D. Paulus ad Philipp. II. 6. *οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο.* Quod perinde est. Tovpivs.

ἐκ τῶν ἀνακαλυπτηρίων] Reddunt, *postridie nuptiarum:* vereor vt recte. Diserte grammaticorum doctissimus, Hesychius: *Ἀνακαλυπτήριον, ὅτε τὴν νύμφην πρῶτον ἐξάγουσι ΤΗι ΤΡΙΤΗι ΗΜΕΡΑι.* Confer viros doctissimos ad Callimachi Dian. 74. et imprimis cl. Wesseling. ad Diodor. V. 2. Latini *Repotia* dicunt. Glossae Nomicae Labbei: *Ῥεπώτια, ἡ τρίτη τῶν γάμων ἡμέρα.* Quocum et facit Philoxenus in Glossis. Huc respexit Petronius Satyr. cap. 26. loco venustissimo, sed cuius mentem nemo interpretum adsecutus est: *Iam Psyche puellae caput inuoluerat flammeolo; iam Embasicoetas praeferebat facem; iam ebriae mulieres longum agmen plaudentes fecerant, thalamumque incestâ* (leg. *ingestâ*) *exornauerant veste. Tum Quartilla iocantium quoque libidine accensa, et ipsa surrexit, correptumque Gitona in cubiculum traxit. Sine dubio non repugnauerat puer, ac ne puella quidem tristis expauerat nuptiarum nomen. Itaque quum inclusi iacerent, consedimus ante limen thalami, et in primis Quartilla per rimam improbe diductam adplicuerat oculum curiosum, lusumque puerilem libidinosâ specula-*

batur diligentiâ. Me quoque ad idem spectaculum lentâ manu traxit. — Venerat iam TERTIVS DIES, *id est, expectatio liberae coenae.* Haec satis eleganter Petronius. Frustra autem viri docti de *Saturnalibus* et *coenâ liberâ* hic disputant. Intelligit Arbiter *tertium post nuptias diem,* siue *Ἀνακαλυπτήρια,* quo flammeolo nouae nuptae amoto, amici affinesque conuiuio excipiebantur, atque adeo laute et libere genio litabant. Atque ita intelligendus D. Iohannes II. 1. *Καὶ ΤΗι ΗΜΕΡΑι ΤΗι ΤΡΙΤΗι γάμος ἐγένετο ἐν Κανὰ τῆς Γαλιλαίας. Et tertio post nuptias die,* siue *Ἀνακαλυπτηρίοις, erat conuiuium nuptiale in Canâ Galileae.* Qui locum aliter accipiunt, falluntur. TOVPIVS.

ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας, ἔχων] Non Timaeo, sed Rhetori cuidam frigidum dictum tribuit Plutarchus de Vitioso Pudore, T. II. p. 528. *ὅθεν ὁ μὲν ῥήτωρ τὸν ἀναίσχυντον οὐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, ἀλλὰ πόρνας.* quem locum P. Petitus ad Aret. Cappad. p. 177. per errorem, vt Rufi Ephesii, laudat. Bernardus Martinus Var. Lect. IV. 13. *Rhetorem* apud Plutarch. intelligit *Demosthenem.* Sed cum hoc, tum alia, quae ibi disputat, refellere non est tanti. Equidem intelligam Hegesiam, quem alii quoque ob simile ineptiarum studium cum Timaeo confuderunt. Vide quae notavimus ad Rutil. Lup. I. p. 26. Inter frigida Timaei, quae, Longino teste, Caecilius posuerat, sine dubio hoc etiam fuit, apud Plutarch. T. II. p. 717. C. *γενομένου μὲν (Εὐριπίδου) ἡμέρᾳ, καθ' ἣν οἱ Ἕλληνες ἐναυμάχουν ἐν Σαλαμῖνι πρὸς τὸν Μῆδον, ἀποθανόντος δὲ, καθ' ἣν ἐγεννήθη Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος τῶν ἐν Σικελίᾳ τυράννων· ἅμα τῆς τύχης, ὡς Τιμαῖος ἔφη, τὸν μιμητὴν ἐξαγούσης τῶν τραγικῶν παθῶν, καὶ τὸν ἀγωνιστὴν ἐπεισαγούσης.* RVHNKENIVS.

§. 6. *Τί δὲ ὁ τἄλλα θεῖος Πλάτων;*] Codd. omnes, *Τί δὲ ὁ τἄλλα.* Distinguo, *τί δέ; ὁ τἄλλα θεῖος Πλάτων τὰς δέλτους θέλων εἰπεῖν, Γράψαντες, φησὶν, ἐν τοῖς ἱεροῖς θήσουσι κυπαριττίνας μνήμας.* Sic saepius Noster. Atque ita locutus est Dio Chrysost. p. 408. *Τί δέ; ὁ Περσεὺς οὐκ ἂν ὄντως ὑπερπτῆναι δοκεῖ τὴν πόλιν;* Ita distinguendus iste locus. Deinde quod legitur Herodoteum de Persarum legatis, *τὰς καλὰς γυναῖκας ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν,* idem fere tradit de Alexandro Plutar-

chus p. 676. *τὰς δὲ ἄλλας αἰχμαλώτους ὁρῶν ὁ Ἀλέξανδρος κάλλει καὶ μεγέθει διαφερούσας, ἔλεγε παίζων, ὡς εἰσὶν ΑΛΓΗΔΟΝΕΣ ΟΜΜΑΤΩΝ ΑΙ ΠΕΡΣΙΔΕΣ.* Tovpivs. Male distingui iubet Morus *Τί δέ; ὁ τἄλλα θεῖος Πλάτων τὰς δ.* etc. Ipse quidem recte dubitans post *Πλάτων* demum posuit signum interrogandi. Sed Toupius eum secutus exemplum hic etiam affert non necessarium: nam infinitis sane locis *Τί δέ;* transitum parat ad aliud. Sed hoc loco in vnam sententiam adiungendus est nominatiuus *Πλάτων:* in quo ellipsis est *τοῦ γράφει,* vel *φησὶ,* vel *ποιεῖ.* Dixi de talibus ad Xenoph. Apol. §. 17. Locus Platonis est Legg. V. Vol. VIII, p. 233. Post *μνήμας* ille additum habet *εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον καταγεγραμμένας.* Melius h. l. Morus ad verbum reddidisset: *scripta in templo reponunto cupressina monumenta.* Ceterum ipse monet, si Plato dixisset *μνήματα,* non habiturum fuisse Longinum, quod reprehenderet.

καὶ πάλιν] Legg. VI. Vol. VIII. p. 305. Tollius ad h. l. non solum ex ipso Platone, sed etiam ex aliis, similia profert, maxime tamen e poetis. Denique assentior hic auctori, durum esse deiectis olim muris somnum tribuere, quia nihil antecedit in illa disputatione, quo tropus mitigetur. Alia res est, cum personae loquentes, id quod saepe fit apud Platonem, translationem persequuntur et in iocosam allegoriam mutant. Talibus enim passim adspersis abstergitur taedium seuerae disputationis.

§. 7. *τὸ Ἡροδότειον*] Exstat V, 18.

ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν] Ferendum existimem Herodotum feminas *ἀλγηδόνας ὀφθ.* vocantem, ea ratione, qua oculi etiam *amoris viae* vocantur; qua de re ad Alciphr. p. 152. [Ibi St. ad *ὄμμασι* haec: Sunt enim oculi secundum Maximum Tyr. diss. 9, p. 113. *ὁδοὶ κάλλους.* Achilles Tat. L. I, p. 17: *ὀφθαλμὸς γὰρ ἐρωτικῷ τραύματι:* et p. 35: *ὀφθαλμὸς γὰρ φιλίας πρόξενος.* Philostr. ep. 51, p. 938: *ἢ δηλονότι ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, ἀφ᾽ ὧν μόνων κάλλος εἰσέρχεται.*] Ludit praeterea eleganter Anacreon in eodem, Od. 16. Et inprimis huc pertinet locus Libanii p. 712, vbi de pulchritudine agit: *σοβαρὸν γὰρ οἷον πρὸς ἡμᾶς ἐνητένιζε, καὶ τὸ βλέμμα θάνατος ἦν.* Steinheilivs.

ἔχει τινὰ παραμυθίαν] Sic loquitur Longinus de frigido Herodoti loco, cum eum *excusari* quodammodo *posse* censet. Ita saepe numero Chrysostomus: *ἐπειδὴ μέγα (φορτικὸν, ἐπαχθὲς) ἐφθέγξατο, πάλιν αὐτὸ παραμυθεῖται:* et quidem sensu duplici. Nam vel is, qui primo gloriosius, postea vero demissius locutus erat; vel qui durius in alios inuectus, post haec lenius et mitius dixerat, *παραμυθεῖται τὸν λόγον, mitigat dicta, offensionem orationis tollit.* Hinc si quid frigidiuscule dictum, tamen, vt Longinus loquitur, *παραμυθίαν* habeat, *excusationem habet*, et mitigari potest excusando. Neque vero ex huiusmodi formula loquendi exsculpi debebat figura rhetorica, *παραμυθία*, quam in Stephani Thes. L. Gr. in h. v. notatam vidi. Loca Chrysostomi sunt T. 8, p. 400. T. 2, p. 25. ed. Paris. et alia plura. Iam cum in his exemplis *παραμυθεῖσθαι* sit *mollius et blandius loqui*, etiam Paulinum illud (Philipp. 2, 1.) *εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης*, interpreter, *si qua sunt amoris blandimenta.* Nam rogare alios per amoris blandimenta (per quidquid amor habet blandi ad alios flectendos) multo mihi magis secundum naturam dici videtur, quam per *solatium amoris* rogare. Laetor vero, me sententiae meae auctorem laudare posse Theodoretum, qui *ἀγάπης ψυχαγωγίαν* interpretatus est: T. 3. p. 453, ed. Halens. Morvs.

ἐκ τοιούτων προσώπων] Contendit Faber, non *προσώπων* a Longino scriptum esse, sed *προφάσεων*. Modeste contradicit Morus: sed ipse et in nota et in versione verba illa sic reddit, vt loquendi rationem non satis cognitam habuisse videatur. *Ἐκ τοιούτων προσώπων* plane idem est, quod Latini dicunt *e talibus personis*, h. e. *cum tales personae loquentes inducuntur*, siue *cum quis tales personas loqui fingit, iisque aliquem sermonem tribuit.* Dionysius Hal. in iudicio de Thucydide p. 155: *Κατ᾽ ἀρχὰς μὲν ἐκ τοῦ ἰδίου προσώπου δηλοῖ τὰ λεχθέντα ὑφ᾽ ἑκατέρων. Ἐπὶ μιᾶς δ᾽ ἀποκρίσεως τοῦτο τὸ σχῆμα διατηρήσας, τὸ διηγηματικὸν, προσωποποιεῖ τὸν μετὰ ταῦτα διάλογον καὶ δραματικόν.* [f. *τὸ μ. τ. διαλογικὸν* etc.] Demetrius Phal. §. 279: *οὐκ ἐκ τοῦ ἰδίου προσώπου λέγειν, ἀλλὰ ἐκ τοῦ τῶν πατέρων.* Tiberius Rhetor c. 12. extr. *ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ λίαν ἰσχυρότερον τὸν τρόπον ἐκ τοῦ προσώπου τῶν λεγόντων πεποίηκεν.* Melius

igitur Morus illa a Graecis sumta forma vertisset: *ne ex talibus quidem personis loquentem posteritatis* etc.

SECT. V.

§. 1. *Ἀφ' ὧν γὰρ ... γίγνεσθαι φιλεῖ*] MS. Par. *γεννᾶσθαι*. Non male. Vulgatam autem lectionem firmare videtur Democritus siue nescio quis apud Stobaeum Eclog. Ethic. p. 205. *Ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ ΓΙΓΝΕΤΑΙ, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκοίμεθα.* Ad quem locum respexisse videtur Longinus. Tovpivs.

Ὅθεν] Vti verba habent, bene Morus vertit *itaque*, Tota enim periodus pertinet ad sententiam, *Ἀφ' ὧν ... φιλεῖ.*

ἐπίφορον] i. e. *ὃ ἐπιφέρει εἰς κατόρθωσιν*, *quod confert.* Vsitatius *συμφέρειν εἴς τι.* Plato quidem Phaedon. c. 53. *ἐπιφέρειν τί τινι*, *inferre aliquid*, saepe dixit; sed diuersa syntaxi. Morvs. Eandem *τοῦ ἐπίφορον* explicationem, exploratis repudiatisque pluribus, quas ipse excogitauerat, tuetur in Animaduersionibus, et comparat ventum *ἐπίφορον* siue *secundum*, Thucyd. III, 47. Nec sane, si verba Longini salva sunt, melius quid facile exquiretur. Sed Gori ad h. l. ita: *Credo che nel Greco qui* (ante *Ὅθεν* aut in *Ὅθεν*, vbi ipse G. posuit asteriscum) *sia scorrezione o lacuna.* De vitio et mihi venerat in mentem. Melius certe fluet oratio, si pro *Ὅθεν* legeris *Οἷον*, i. e. *exempli gratia*; et deinceps *καίτοι αὐτὰ τ.* i. e. *attamen haec ipsa*, pro *καὶ αὐτὰ τ.*

τά τε κάλλη ... αἱ ἡδοναὶ] Distinguit Longinus *κάλλη* ab *ἡδοναῖς*, vti Dionysius Halic. *περὶ συνθ.* c. 10. et alibi. Illa, quantum sentio, plus habent grauitatis et vsum latius patentem: hae nomine ipso satis definiuntur et tam in rebus insunt, quam in verbis, nec vbique admittuntur. Nam 30, 1. *κάλλος* e verborum delectu natum inter virtutes orationis refertur, quarum quaeque grauitatis speciem habet: et *ἡδονὴ* 29, 2. (si locus aliquid auctoritatis habet) posita est hoc angustiori sensu. Leue est, quod addam, nec tamen superuacaneum. *Ἐπιτυχίαν* hic vertunt *felicitatem, prosperum successum*, et alibi adiectiuum *ἐπιτυχής*, quod saepius occurrit, similibus verbis, vt dicta excellentia bonorum scriptorum, e

sententia Longini, magis casui deberi videantur, quam arti et ingenio disciplina exculto. Tenendum igitur, non vsitatam τύχης notionem illis inesse, sed illam a propria verbi τυγχάνειν significatione ductam. Ἐπιτυχὴς igitur est *qui scopum ferit* i. e. *qui recte scribit* siue *qui in scribendo praecepta naturae et artis obseruat;* et ἐπιτυχία *recta scribendi ratio.* Sic vsus tulit. Itaque Dionys. Halicarnassensis T. II. p. 95. vt synonyma τοῦ ἐπιτυχέος ponit δεξιὸν, σοφὸν, περιττόν. Sed hoc vel verbo monuisse plus satis erat.

ὑπερβολαὶ] Veram lectionem esse arbitror, καὶ αἱ μεταβολαὶ καὶ αἱ ὑπερβολαί. Non solum enim Dion. Hal. T. 2, p. 82. vtrumque coniunxit, sed Longinus etiam, qui se postea de his dicturum fatetur, de plurali c. 23, de hyperbole c. 38 egit, et antimetabolen c. 23 nominauit, vbi codices quidam μεταβολὴν habent. Morvs. Illud ergo scripsi, vt iam Tollius, Hudson et Gori fecerant, coniunctis diuersorum librorum lectionibus.

τὰς τοῖς ὑψηλοῖς ἀνακεκραμένας κακίας] Sic scripsi e legibus syntaxeos. Libri omnes et manu et typis scripti hunc ordinem verborum habent: τὰς ἀνακεκρ. κακίας τοῖς ὑψηλοῖς: quod vitium quis credat, non dicam Longino, sed puerulo Graeco excidere potuisse? Natura ipsa quemuis monet, ne sic positis verbis sensum efferat absurdum et repugnantem. Ita nemo Romanus olim dixerit, *mixta vitia virtutibus effugere;* neque nunc popularium quisquam nostrorum, *das vermischte Böse mit dem Guten vermeiden,* nisi forte metri importunitate similiue necessitate hanc soloecam rationem sequi coactus sit.

SECT. VI.

Ἔστι δὲ] sc. ἐκφεύγειν. Male haec sectio a superiore diuulsa, et in quibusdam editionibus singulari inscriptione notata est. Morvs.

ὡς εἰπεῖν ἐν παραγγέλματι] *quatenus dicere licet, per praecepta*, scil. acquiri posse illam iudicandi sollertiam. Morus in indice posuit παραγγέλμασι.

ἐντεῦθέν ποθεν] *ex iis fere* (s. *quodammodo*), *quae iam dicturus sum.* Iam Portus τὸ ποθεν ad modestiam retulit.

SECT. VII.

Mancum et perturbatum videtur initium huius capitis. Interpunctionem ego secutus sum eam, quae minimum difficultatis habere videretur. Periodum ea facit paulo longiorem, quam velles: sed fortassis auctor partem grauissimam disputationis suae ab insigni periodo ordiri atque etiam externa orationis specie nouum rerum ordinem significare voluit. Similem eius ludum Sect. 22. et alibi obseruare videmur. Nimirum si post *οὐ μέτριον* primam periodum absolutam statuas, alteram post *ὑπερορῶντας*, durius est, quod ante *οὐκ ἂν* desideratur *οὕτως*, aut similis particula; et, quod caput est, tautologon hoc oritur: *Sicut in vita communi* (siue *in negotiis et commodis vitae*) *nihil magnum est, cuius contemtus est magni faciendus: ita nec sapienti magna bona videbuntur ea, quorum contemtus non mediocre bonum sit.* Nam primum illud, nihil magnum esse in vita, etc. non minus e iudicio sapientis dictum est, quam posterius. Ergo verbis *τῇδέ που* demum incipit apodosis. Obscuri interpretes Paganus et Pizimentius iam sic periodum, vt video, constituerunt.

προςτραγῳδούμενον] Diuitias *τραγῳδεῖν*, vt 15, 3 *ἐκτραγῳδεῖν τὰ πάθη*, et centies apud alios scriptores, significat, *diuitiarum pretium augere dicendo;* sed plerumque, *immodice augere.* Itaque *τὸ τραγῳδούμενον τοῦ πλούτου* erit, habere hoc diuitias, vt possit perquam splendide de iis dici, *splendor.* MORVS.

τῇδέ που] Necessario *τῇδέ* in vnum iunxi, vt *δε* sit encliticum, sicut et in Robortelli editione expressum est. Ceterae: *Τῇ δέ.*

ἔχοι τε ταύτην] MS. Par. *ἔχοι τοιαύτην.* recte. Scil. qualem supra memoratam. Deinde distingue, *ἀναπτυσσόμενα δὲ, ἄλλως εὑρίσκοιτο χαῦνα.* *Quae si forte explicueris, tumida omnino atque inania inueniantur.* *Ἄλλως χαῦνα, non nisi tumida atque inania.* Maximus Tyr. XXXVII. 2. *Καὶ πόλεως τὸ καλούμενον δὴ τοῦτο νόμος ἄνευ πειθοῦς τῶν χρωμένων σύγγραμμά ἐστιν ΑΛΛΩΣ ΚΕΝΟΝ.* Idem XII. 5. *καὶ μόνος ἂν εἴη οὗτος νόμος, οἱ δὲ ΑΛΛΩΣ καλούμενοι δόξαι ψευδεῖς.* Ita scribendus iste locus, cuius elegantiam minus perspectam habuerunt viri eruditissimi. Artemidorus in

Prooemio: *Τὰς ἀντιλογίας δεδιὼς τῶν ἀνθρώπων — λεγόντων ὅσα λέγουσιν, ἢ ΑΛΛΩΣ ΓΥΜΝΑΣΜΑΤΑ καὶ διατριβὰς ἑαυτοῖς ποριζομένων.* Quem locum minus intellexit cl. Reiskius. *ἄλλως γυμνάσματα, non nisi exercitia et disputandi argumenta.* Lucian. in Prometheo: *Τέρψις ΑΛΛΩΣ καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα.* Aristides II. p. 281. *Εἰ μὲν γὰρ ΑΛΛΩΣ ταῦτ᾽ ἔστι λόγου χάρις καὶ ἡδονὴ, τί τῆς ῥητορικῆς ταῦτα κατηγορεῖ;* Ita scribendus iste locus ex Codd. MSS. Atque una opera corrigendus Aristides I. p. 135. *Ἐπὶ μὲν Σάμῳ δέκατος αὐτὸς στρατηγῶν, ἀποκρύψας τοὺς ἄλλους ἅπαντας στρατηγοὺς, καὶ δείξας ὄνομα ἄλλους ὄντας.* Reponendum omnino: *ὄνομα ΑΛΛΩΣ ὄντας.* Ita locutus est Aristides II. p. 502. *ὁ δὲ Κῦρος ΑΛΛΩΣ ΟΝΟΜΑ ἐστιν αὐτῷ.* vbi recte Interpres, *Cyrus autem illi inane quoddam nomen est.* Thucydides VIII, 78. *Τοῦ μὲν οὐκ ἐθέλοντος — ἀλλὰ τὰς παρὰ Τισσαφέρνους Φοινίσσας ναῦς μένοντες,* (leg. *μένοντος,*) *ΑΛΛΩΣ ΟΝΟΜΑ καὶ οὐκ ἔργον, κινδυνεύειν διατριβῆναι.* Ita legendus et distinguendus est iste locus, in quo expedire se non poterat eruditissimus Dukerus. Nimirum Astyochus pugnam detrectando, et Phoenissas naves frustra praestolando, se suosque in summum periculum coniecerat. Haec mens Thucydidis. Eandem locutionem vsurpat Menander in Hypobolimaeo apud Stobaeum:

Εἰ μή τις ΑΛΛΩΣ ΟΝΟΜΑΣΙ χαίρει κενοῖς.

Item Sophocles Trachin. 827.

Ὄγκον γὰρ ΑΛΛΩΣ ΟΝΟΜΑΤΟΣ τί δεῖ τρέφειν;

Callimachus in Epigrammate:

—— χὠ μὲν ἐν ὑγρῇ
Νεκρὸς, ἐγὼ δ᾽ ΑΛΛΩΣ ΟΥΝΟΜΑ τύμβος ἔχων.

Philo Iud. adv. Flaccum p. 541. *ὁ δυνάμεις πολλὰς πεζὰς καὶ ἱππικὰς καὶ ναυτικὰς, οὐκ ΑΡΙΘΜΟΝ ΑΛΛΩΣ, ἀλλ᾽ ὅσον δοκιμώτατον ἐν ὑπηκόοις ἔχων.* Ita legendus iste locus, quem non intellexit cl. Mangeius. Euripides Troad. 476.

Κἀνταῦθ᾽ ἀριστεύοντ᾽ ἐγεινάμην τέκνα,
ΟΥΚ ΑΡΙΘΜΟΝ ΑΛΛΩΣ, ἀλλ᾽ ὑπερτάτους Φρυγῶν.

Ad quem locum manifesto respexit Philo. Confer etiam Aristoph. Nub. 1203. et nos Epist. Crit. p. 80. Sed haec explicatiora atque vberiora sunt, quam pro more atque

instituto nostro. Tovpivs. Verba τέρψις ἄλλως etc. in Prometheo Luciani, opinor, non exstant, sed simile exemplum c. 6. extr. λῆρος γὰρ ἄλλως τὸ τοιοῦτον. Alia eiusdem generis protulit Ruhnkenius ad Timaeum sub verbis οὐκ ἄλλως προνοεῖν.

§. 2. ἐπαίρεταί τε .... ἀνάθημα λαμβάνουσα] Sic MS. Paris. sed scribendum ἀνάστημα. Suidas: Ἀνάστημα ψυχῆς. τὸ πρὸς ἀρετὰς ἐπιτεταμένον καὶ σύντονον ἰδίωμα. Frequentius dicitur παράστημα ψυχῆς, quod hic intrusit Manutius. Vide L. Bos Animadv. p. 94. Longinus vero colorem duxit e Platonis Lyside p. 107. B. οἱ καλοὶ, ἐπειδάν τις αὐτοὺς ἐπαινῇ καὶ αὔξῃ, φρονήματος ἐμπίπλανται καὶ μεγαλαυχίας. Rvhnkenivs. MSS. complures ἀνάθημα. quod vel furca expellendum. MS. Ambros. ἀνάστημα. Omnino vere. Hesych. Ἀνάστημα, ὕψωμα. Suidas, Ἀνάστημα ψυχῆς. τὸ πρὸς ἀρετὰς ἐπιτεταμένον καὶ σύντονον ἰδίωμα. Idem, Ἀνεστηκὼς, ἀνάστημα ἔχων. Εὐνάπιος· Ἐλεύθερος δὲ ὢν, καὶ ἀνεστηκὼς ἐκ παιδὸς τὴν τύχην γενόμενος. Scribe, τὴν ΨΥΧΗΝ γενόμενος, quomodo recte legitur apud Suid. v. Αἰλιανός. Est autem vox ἀνάστημα rarior et exquisitior. Quid quod ista verba ἀνάθημα et ἀνάστημα non semel permutari nouimus. vide Ioseph. Iud. Antiq. p. 449. ed. Hauercamp. Locus autem ita vertendus est: *Natura enim nescio quomodo animus noster vera atque genuina sublimitate eleuatur, spiritumque quendam alacriorem nactus, gestit atque exultat, quasi ipse peperisset, quod ab aliis modo acceperat.* In quo imitatus est noster Quintilianum suum Instit. Orat. VIII, 2. *Sed auditoribus etiam nonnullis grata sunt haec, quae cum intellexerint, acumine suo delectantur, et gaudent,* NON QVASI AVDIVERINT, SED QVASI INVENERINT. Tovpivs.

§. 3. μηδ' ἐγκαταλείπῃ τῇ διανοίᾳ πλεῖον τοῦ λεγομένου τὸ ἀναθεωρούμενον — οὗ πολλὴ μὲν ἡ ἀναθεώρησις] Expressit manifesto noster rhetor Diodorum Sic. XIII, 35. Ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν λέξιν σύντομος, καὶ ΠΟΛΛΗΝ τοῖς ἀναγινώσκουσιν ΑΠΟΛΙΠΩΝ ΑΝΑΘΕΩΡΗΣΙΝ. Ita quoque locutus est Plutarchus in Lycurgo: Ἐδίδασκον δὲ τοὺς παῖδας καὶ λόγῳ χρῆσθαι πικρίαν ἔχοντι μεμιγμένην χάριτι, καὶ ΠΟΛΛΗΝ ΑΠΟ ΒΡΑΧΕΙΑΣ ΛΕΞΕΩΣ ΑΝΑΘΕΩΡΗΣΙΝ. Quod sequitur, πίπτῃ δ', ἂν τὸ συνεχὲς ἐπισκοπῇς, leuiter corru-

ptum est. Scribendum, ἐπισκοπῇ. *Si paulo diligentius perpendat.* Scil. homo iste ἔμφρων, de quo sermo est. Nihil verius hac emendatione. Toupius. Merito vituperat Toupium vir doctus in Bibl. Crit. Amst. Vol. I. P. III. quod Longinum h. l. fingit e verbis Diodori Siculi profecisse. Sed emendatio ἐπισκοπῇ pro ἐπισκοπῆς magnam veri speciem habet. Wakefield quidem Silv. Crit. P. IV. p. 175. ita: „Non accesserim equidem Toupianae emendationi; atque eo magis, quod ibi lectoris eius prudentiae atque eruditioni videatur abblandiri rhetor politissimus: quamuis iudicem locum aliter deprauatum vna atque etiam altera labe, quibus obuiam ituri sumus." Tum ponit totius periodi verba; et in his (pro ἂν τὸ συνεχὲς ἐπισκοπῇ) *ΑΝ ΑΥΤΟ ΣΥΝΕΧΩΣ ΕΠΙΣΚΟΠΗι.Σ.* Haec mutatio minime conuenit orationi Longini. Iudicium autem praemissum de *rhetore abblandiente* mihi est obscurum: sed, quantum assequor, claudicat.

μέχρι μ. τ. ἀ. σωζόμενον] Ab initio sententiae particulam quis desideret, vt ἅτε. Sed similia sunt apud Longinum, vt modo §. 1. ὧν αὐτὸ τὸ περιφρονεῖν ἀγαθὸν οὐ μέτριον, pro ὧν γε aut ὧν δὴ αὐτὸ etc. de quibus vniuerse alibi.

ἀναθεώρησις] Exempla spectandae sublimitatis praeiuit Longinus 9, 6. 10. 10, 3. 15, 4. 16, 3. 4. Esse autem ἀναθεωρεῖν, *denuo spectare, examinandi causa,* clarissime intelligi potest e loco Diod. Sic. 15, 7. Morus.

ἀδύνατος ἡ κατεξανάστασις] Ita recte dedit vir doctissimus ex Robortello et libris MSS. Est autem κατεξανάστασις vox elegans, et quam non adsequitur lingua Latina. Eam non male exponit Pearcius. *Cui impossibile est obsistere. Quod deprimere vel deminuere nequeas.* Respondet enim iis quae supra leguntur, πίπτῃ δὲ, ἂν τὸ συνεχὲς ἐπισκοπῇ, εἰς *ΑΠΑΥΞΗΣΙΝ*. Quod miror non vidisse Interpretes. Vocem vsurpat Iamblichus de Vit. Pythag. cap. 16. Δόξης τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων ἀνεπιτήδευτον καταφρόνησίν τε καὶ *ΚΑΤΕΞΑΝΑΣΤΑΣΙΝ*. Idem cap. 31. Δόξης τε καὶ πλούτου καὶ τῶν ὁμοίων ἀνεπιτήδευτος *ΚΑΤΕΞΑΝΑΣΤΑΣΙΣ*. Vbi vide quae adnotauit eruditissimus Kusterus. Hinc Sextus Empir. p. 710. καταφρονητικὰ μὲν τοῦ ἡδέος, *ΚΑΤΕΞΑΝΑΣΤΑΤΙΚΑ* δὲ τῶν ἀλγηδόνων. ad quem locum consulendus Fabricius. Illud autem κατεξανάστη-

σις, quod in plerisque Editis est, ne Graecum quidem est, et praelo, non Manutio, acceptum referendum est. Tovpivs.

§. 4. *τοῖς ἀπὸ διαφόρων … λόγων*] Pearcius, cum, quid *λόγοι* significarent, non videret, sententiam interpungendo corrupit. *Λόγοι* sunt *sermones, linguae*, vt Dacierius vidit. Polyb. XI, 17. *οἷς οὐ νόμος, οὐκ ἔθος, οὐ λόγος, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἦν κοινόν*. Themist. Orat. VIII. p. 105. C. *οὐδὲ ὁμόγλωττον ὄντα τοῖς λόγοις τοῖς ἡμετέροις*. Rvhnkenivs. Haec male administrauit vir doctissimus. Nos veram distinctionem cum Manutio et Robortello restituimus. Dicit autem noster rhetor, eam demum veram esse sublimitatem, quae viris omnium aetatum atque linguarum placeat; quippe quae, in quemcunque sermonem verteris, permanebit. Quod et recte adnotavit cl. Dacerius. Equidem solus Interpretum, quod mireris, rem vidit Paganus: *Quando enim vnum quiddam et idem simul de iisdem rebus visum fuerit omnibus, qui institutis, vita, studiis, aetate, LINGVA, inter se differant, tunc* etc. Ceterum non dissimili argumentandi ratione vtitur Polybius XI, 17. de Hannibale. *Εἶχε γὰρ Λίβυας, Ἴβηρας, Κελτοὺς, Φοίνικας, Ἰταλοὺς, Ἕλληνας, οἷς οὐ νόμος, οὐκ ἔθος, οὐ ΛΟΓΟΣ, οὐχ ἕτερον οὐδὲν ἦν κοινὸν ἐκ φύσεως πρὸς ἀλλήλους· ἀλλ' ὅμως ἡ τοῦ προεστῶτος ἀγχίνοια τὰς τηλικαύτας καὶ τοιαύτας διαφορὰς ἑνὸς ἐποίει προστάγματος ἀκούειν, καὶ μιᾷ πείθεσθαι γνώμῃ*. Quae bona fide vertit Liuius XXVIII, 12. Tovpivs. *Λόγοι* etsi per se possunt esse *linguae* aut *dialecti*, tamen h. l. mihi aliud esse videntur, quia superiora omnia, *ἐπιτηδεύματα, βίοι* etc. referri possunt ad homines eiusdem nationis, et quia, si latius patere volebat auctor iudicium suum, addere etiam debebat *ἐθνῶν, πολιτειῶν, νόμων*. Verum *linguas* esse ponamus: num credibile est, *Graecum* rhetorem non modo Romanorum, sed et Celtarum, Aegyptiorum, Syrorum, Scytharum aliarumque gentium existimationi permisisse iudicium de *sublimitate*; praesertim cum eam niti statuat magna elocutionis facultate, contenerique magna ex parte delectu verborum aliisque rebus multis, quae cogitari non possunt sine interiori *Graecae linguae* scientia? — An forte illud ponendum post *τῶν αὐτῶν*, vt sint *dicta*, de quibus iudicium ferri debeat? Sed no-

vissime filius inter alia breuiter notata hoc misit: „*λόγων: de placitis philosophorum.*" Hoc non videtur spernendum. Vid. ad Fragm. 2, 2, et maxime 5, 3.

τόθ' ἡ ἐξ ἀσυμφ. ὡς κρ. καὶ σ.] Haec perperam sollicitauit vir doctissimus. Plutarchus aduersus Colot. p. 1123. *Ποίαν δὲ οὐκ ἄνω καὶ κάτω ποιεῖ ΣΥΓΚΑΤΑΘΕΣΙΝ ΚΑΙ ΚΡΙΣΙΝ.* Nemesius de Nat. Hom. cap. 12. *Τοῦ δὲ διανοητικοῦ εἰσὶ γενικῶς μὲν αἵ τε ΚΡΙΣΕΙΣ ΚΑΙ ΣΥΓΚΑΤΑΘΕΣΕΙΣ.* Optime et ad rem nostram Quintilian. V, 11. *Adhibetur extrinsecus in causam et auctoritas. Haec, secuti Graecos, a quibus Κρίσεις dicuntur,* iudicia *aut* iudicationes *vocant; non de quibus ex causa dicta sententia est, nam ea quidem in exemplorum locum cedunt, sed si quid ita visum gentibus, populis, sapientibus viris, claris ciuibus, illustribus poetis, referri potest.* Quae Longinum nostrum illustrant egregie. Tovpivs. De verbis propositis, quorum vim interpretes non ceperunt, tu sic habeto. *Ἀσύμφωνοι* Longino hic dicuntur iudices, qui *non de composito* sententias ferunt eandem in partem, sed quorum quisque, *re non communicata cum ceteris iudicibus*, pro fide sua et pro eo, quod ipsi videtur iustum et verum, statuit. Pertinet huc Aristotelis locus Polit. II, 8. *Κοινολογοῦνται γὰρ ἀλλήλοις* (sc. *οἱ διαιτηταὶ*) *περὶ τῆς κρίσεως. Ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον τούτῳ τῶν νομοθετῶν οἱ πολλοὶ παρασκευάζουσιν, ὅπως οἱ δικασταὶ μὴ κοινολογῶνται πρὸς ἀλλήλους.* Proprie ergo, vt dixi, *ἀσύμφωνοι* sunt *iudices, qui ante causam agendam nihil de sententia alterutram in partem ferenda inter se decreuerunt;* hoc autem loco *homines, quorum diuersae opiniones esse debere videntur de virtutibus orationis.* Iam *κρίσις*, quo verbo Longinus hic vtitur, proprie est *sententiae dictio* in foro et in iusto iudicio. Sic positum legimus 44, 9. Hic autem tropus inest, cuius significandi atque etiam mitigandi causa *ὡς* est praepositum. Est nempe, vt patet, iudicium rhetoricum de vera aut ficta alicuius dicti sublimitate. De fonte metaphorae, quamquam minime dubio, nemo interpretum monuit: et plerique fortasse idem senserunt, quod Portus, qui ad *ἀσυμφώνων* haec scripsit: „i. e. *διαφόρων:* sed metaphora est a musicis, qui peccant in concentu, et symphoniam corrumpunt." Sed de v. *κρίσεως* ille nihil. Ce-

terum digna est philosopho et rhetore sententia. Hoc nempe significat: si homines maxime diuersis imbuti de rerum natura opinionibus, quibus opinionibus necesse sit eorum regi et definiri iudicia, de certa tamen quadam re vnum idemque statuant, consensum illum mirificum non posse pendere e rebus, quae fere moderentur hominum iudicia, sed ex illa ipsa re; eamque necessario esse talem, qualis videatur hominibus istis tam inter se dissidentibus.

SECT. VIII.

§. 1. *ὡς ἂν εἴποι τις, πηγαί τινες*] *Quinque fere* sublimitatis fontes ponit auctor. Nam *τινὲς* ad *πέντε* pertinet, non tropi mutandi causa adiectum est; cui rei iam inseruiunt illa, *ὡς ἂν εἴποι τις*. Significat igitur Longinus, plures etiam fontes sublimitatis posse statui, sic vt quis, aliter instituta diuisione, *τὴν ἐν τῷ λέγειν δύναμιν*, quae hic fundamenti loco ponitur, in numerum referre possit; sed hos esse *γονιμωτάτους*, *praecipuos* et *maxime certos* fontes.

πηγαὶ γονιμώταται] Etiamsi *γόνιμος* in lexicis non habet significationem *genuini*, tamen Hesychius *γόνιμον* sic explicat, vt sit *γνήσιον*, veluti cum filius *genuinus* dicitur, qui non est adoptiuus. Etiam Suidas in *παρακεκινδυνευμένον* (T. 3. p. 31) vtitur Aristophanico loco e Ranis (v. 96), vbi *γόνιμος ποιητὴς* eodem Suida auctore est *verus*, *germanus*. Cum ergo *γόνιμος* et *fecundus* et *genuinus* verti posset, non dubitaui posterius praeferre: neque enim quaeritur h. l., qui sint *fecundi* sublimitatis fontes, sed quaenam *vera* et *certa* eius causa sit. In alio Longini loco (44, 3) libertas, quae est *νᾶμα γονιμώτατον* verae eloquentiae, vt opinor, *verissima* et *certissima eloquentiae causa* dicitur. De mutilo loco (31, 1) non integrum est iudicare. Morvs.

τῆς ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως] Hanc omnes, qui Latine interpretati sunt, verterant *dicendi facultatem*. Nihil autem addiderunt, quo vis eius subtilius definiretur, aut vnde pateret, quibus finibus illam circumscriptam existimarent. Boileau: *la faculté de bien parler;* et Heinekius noster similiter: *die Geschicklichkeit wohl zu reden;* vterque apte et verbis conuenienter, sed tamen obscure

et ambigue. Deterius multo is, qui versioni Boilauii notas adiecit, *De St. Marc;* qui verti debuisse significat: *le talent de la parole:* et addit: „Par la signification que je donne à ces mots, *προϋποκειμένης ... δυνάμεως, praeconstituta dicendi facultate,* je suppose que Longin regardoit le talent de la parole, la faculté de bien parler, comme quelque chose qui se peut acquérir. Cela n' est vrai que jusqu' à un certain point. Mais c' étoit l' opinion des Anciens." Fluctuatur ille, vt apparet, nunc appellans *la parole,* h. e. facultatem sonos articulatos edendi, qua discernimur a brutis, nunc *la façon de bien parler,* h. e. bene loquendi facultatem, quae homines bene institutos et excultos discernit ab imperitis et rudibus. Sed quorsum haec ego? vt Longinum a repugnantia liberem. Nempe *facultas dicendi*, secundum Latinos rhetores, est vno verbo *eloquentia:* atque ita complectitur cum ceteras artes oratoris, tum ipsam vim *sublimis dictionis.* Iam qui e fundo siue solo rem dicit oriri, quam ipsam illius fundi siue soli partem esse statuit, is haud dubie sibi repugnat: non enim et adesse iam res et post oriri potest; non pars soli, ex quo fontes quinque oriuntur, ex his ipsis fontibus potest oriri. Vt breuiter dicam, Longinus hic intelligi vult *elocutionis facultatem.* Iam per se *δύναμις* simpliciter hoc sensu ponebatur, id quod Ernesti in Lexico technol. Gr. rh. sub h. v. ostendit. Sed vt eo clarius esset, non sententiarum siue rerum inueniendarum sollertiam hic simul significari, addidit auctor *ἐν τῷ λέγειν*, pro quo dicere poterat *ἐν τῇ λέξει*, quod vt magis vsitatum ambiguitati occurrisset. Vnus interpretum, quos contuli, I. G. Schlosser, rem ipsam secutus recte verba cepit: nam Graecae linguae, vt ipse fatetur, minus erat gnarus. Vertit ille: *Denn ich setze die Beredsamkeit des Ausdrucks voraus.* Frustra quis opponat, multa etiam ad elocutionem pertinentia, maxime inde a sect. 16. explicari. Non enim ibi praecepta elocutionis traduntur ignaris, sed breui significatione repetuntur, vt iam nota, quo deinde ostendi possit, quatenus ea sublimem faciant orationem.

ἧς ὅλως χωρὶς οὐδὲν] Legebam, *ἧς ΟΦΕΛΟΣ χωρὶς οὐδέν. sine qua nihil vtique profeceris.* Ὅλος et Ὄφελος in libris scriptis non raro confunduntur. Dionysius Halicar. Epist. ad Pomp. in re non dissimili p. 209. *Πρώτη*

τῶν ἀρετῶν γένοιτ' ἄν, ΗΣ ΧΩΡΙΣ ΟΥΔΕΝ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τοὺς λόγους ΟΦΕΛΟΣ. ad quem locum respexisse videtur Longinus. Idem Antiq. Rom. IV, 80. ΩΝ ΧΩΡΙΣ ΟΥΔΕΝ ἂν γένοιτο τῆς ἀνθρωπίνης σπουδῆς καὶ προνοίας ΟΦΕΛΟΣ. Damascius apud Photium Biblioth. p. 1033. Ὡς ΟΥΔΕΝ γένοιτ' ἂν ΟΦΕΛΟΣ ἄνευ εὐμοιρίας. Lucian. I. p. 736. ΟΥΔΕΝ γὰρ ἂν εἴη ΟΦΕΛΟΣ ὑμῶν, μὴ οὕτω διακειμένων. Dio Chrysost. Orat. III. p. 49. Ἥδιστον ὁραμάτων φῶς, ΟΥ ΧΩΡΙΣ οὐδὲ τῶν ἄλλων ΟΦΕΛΟΣ ΟΥΔΕΝ τῶν καλῶν. Sed nihil muto. Tovpivs. Recte Toupius suam damnat coniecturam, qua ὅλως mutari voluerat in ὄφελος. Desideraretur certe genitiuus eius rei, cuius non esset ὄφελος, v. c. παραγγελμάτων. Ceterum in οὐδὲν breuitas ellipseos est arguta et quasi graphica. Exempla iam non habeo certa: sed exstat nescio quod epigramma, quod terminatur hac sententia: τἄλλα δὲ οὐδέν.

τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρεπήβολον] Etsi haec vox nullo dum exemplo confirmata est, tamen viris doctis non minus proba videtur quam μεγαλεπήβολος. Sed Longinus, ni fallor, scripserat: τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἁδρὰς ἐπήβολον. Error facile e scribendi compendio nasci potuit. Rvhnkenivs. Libri nonnulli, ἁδρεπίβολον. Sic solent scilicet. Idem ἐπήβολος et ἐπίβολος. εὐεπήβολος et εὐεπίβολος. δυσεπήβολος et δυσεπίβολος. μεγαλεπήβολος et μεγαλεπίβολος. Qua de re vide, praeter viros doctos ad Longinum, cl. Wesseling. subtiliter agentem ad Diodor. I, 19. Emendandus hac occasione Phurnutus siue Cornutus de Nat. Deor. cap. 22. Πάντας τοὺς βιαίους καὶ ΜΕΓΑΛΕΠΙΒΟΛΟΥΣ γενομένους Ποσειδῶνος ἐμύθευσαν ἐκγόνους εἶναι. Vulgo male legitur, μεγαλεπιβούλους. Tovpivs. Vox ἁδρεπήβολος per η scribenda in media syllaba; quamquam ἐπιβολὴν per iota scribamus. Consule Eustath. ad Il. *Θ*, p. 640. de huius vocis orthographia. Praeter allata e Porphyrio multo plura e veteribus Grammaticis de hac v. affert idem ad Od. *B*, p. 1448. Namque ibi et Platonis et Xenophontis habentur exempla, notaturque, οὐ ποιητικὴν λέξιν, ἀλλ' Ἀττικὴν εἶναι κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἢ παρὰ τοῖς ὕστερον ἠμέληται. Adde etiam Suidam et Etymologicum Magnum in ἐπήβολος. Ἁδρὸν quid sit, docet Suidas, quando ἁδρότητα explicat per ὑψηλότητα. Schvrzfleischivs p. 18.

Ad diiudicandam vim verbi et ad quaerendam causam verborum adiunctorum *περὶ τὰς νοήσεις* etiam hoc in subsidium recte voces, quod rhetores tria dicendi genera appellabant *τὸ ἁδρὸν, τὸ ἰσχνὸν* et *τὸ μέσον*. Nempe quia non solis sententiis definita distinguuntur haec dicendi genera, sed etiam eloquendi ratione, e Longini maxime disciplina, primo hic *τὸ ἁδρὸν*, *magnificum*, proponitur *τὸ περὶ τὰς νοήσεις*, cum in tribus vltimis partibus tractetur *τὸ περὶ τὴν λέξιν ἁδρόν*. Cf. et 40, 4. De Toupio ad h. l. iudicans vir doctus in Bibliotheca Philol. Volborthii Vol. I. p. 103. "Obiter dicit *μεγαλεπήβολος* et *μεγαλεπίβολος* similiaque verba *idem* esse. Immo differunt, sic, vt illud dicatur de eo, qui magna consequitur, hoc de eo, qui magna molitur. v. Wesseling. ad Diod. S. T. II. p. 262." Adde Cl. G. H. Schaefer in libro ad 15, 1. commemorato p. 48 et 119. Sed rem in medio relinquit Dorville ad Charit. p. 511. (ed. Lips.) et tantum Ionismo litteram *η* deberi significat.

θάτερα] Vid. ad 15, 3.

πεποιημένη] Vid. Morus ad 3, 4.

ἕν τι παρέλιπεν] Grauissimum antiqui librarii mendum editores h. l. propagarunt. Pro *ἔστιν ἃ* legendum est haud dubie *ἕν τι*, id quod ipse scribi curaui; et post *παρέλιπεν* non *ὡς καὶ*, sed aut *ὡς δὴ* aut *ὥς τοι* aut aliud, nisi a Grammatico *καὶ* additum statuas, postquam graue illud mendum inuectum erat. Hanc igitur voculam non mutaui. Sed ex *ENTI* natum esse *ΕΣΤΙ*, nemo dubitare debet. Litterae duae sequentes *N* et *Α* debentur Grammatico, qui aliquid corrigendum esse vidit. E quinque tantum partibus ineptum est *nonnullas* praetermissas dici. Cur homo non ineptus non diceret, e tam paucis quot et quas intelligi vellet? Quem porro non offendat, de vno *πάθει* praetermisso tam copiose, vsque ad finem sectionis disputari, de ceteris ne verbum quidem? Ac ne in sequentibus quidem commemoratur aliud quidquam, quod Caecilius praeterierit ex iis, quae ad argumentum ipsum pertineant. Nihil ergo certius est, quam vnum de *affectibus* locum, secundum partitionem Longini, ab eo fuisse omissum. Pro repetenda particula *ὅτι* non rarum est poni *ὡς*. Ita factum 2, 2 et 30, 1. Nempe in fine *ἀπὸ κοινοῦ* intelligendum est *παρέλιπεν*.

§. 2. Ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ἕν τι ταῦτ' ἄμφω] Legebam, ἀλλ' εἰ μὲν ἕν τι ταῦτ' ἄμφω ΕΝΟΜΙΣΘΗ, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ. Quomodo locutus est Dionysius Halicar. Antiq. Rom. I. p. 23. Πολλοῖς γέ τοι γένος ἓν ἄμφω ταῦτ' ΕΝΟΜΙΣΘΗ. Sed nihil necesse. Locus ita vertendus: *Sed si haec duo, quasi vnum idemque essent, coexistere etiam illi, et connata esse viderentur, fallitur.* Quae plena sententia. Tovpivs. Nimirum post ταῦτ' ἄμφω Toupius intelligit ex insequentibus ἔδοξεν αὐτῷ. Hoc facillimum videtur. Possit etiam locus ita expediri, vt post εἰ μὲν commate posito intelligas παρέλιπε τὸ πάθος. Sed ita post ἄμφω cogitandum esset ὄντα, et rursus εἰ ante ἔδοξεν. Haec videntur paullo duriora.

Ἀλωάδας] A nominatiuo Ἀλωάδαι, non Ἀλωάδες, vt Hudson posuit in indice: nam secundum hanc terminationem essent potius *filiae* Aloëi, non filii, qui intelliguntur, *Otus* et *Ephialtes*. Formam nominis Ἀλωάδαι, pro qua occurrit et Ἀλωΐδαι et Ἀλωεῖδαι, vt valde vsitatam defendit Hemsterhus. ad Luciani *Contemplantes* c. 3.

τῷ ποιητῇ] Homero, in Odyss. λ. 314 ss.

τὸ τούτοις ἔτι μεῖζον ἐπιφερόμενον] E vero sensu Longinus ita statuit. Sententia ipsa in admirationem rapit: verborum autem simplicitas fere occultat phantasmatis sublimitatem. Nam e iudicio philosophi, non poëtae (vt verbis Maximi vtar, Diss. 18, c. 1.) ὤνησεν αὐτοὺς οὐδὲν ἡ Ὄσσα ἐπιτεθεῖσα τῷ Ὀλύμπῳ, καὶ ὁ Ὄλυμπος τῷ Πηλίῳ, ἀλλὰ ἀπεῖχον τοῦ οὐρανοῦ, ὅσον ἀπέχει ἀπάτη δίκης.

§. 4. τὸ ἐμπαθὲς τὰ ὕψη ποτὲ συντελεῖν] Faber legendum censet ἐμπαθὲς ἐς τὰ ὕψη etc. et certe sic loquitur Longinus in initio Sect. 39, συντελουσῶν εἰς τὸ ὕψος: sed vox συντελεῖν sine praepositione reddi potest *contribuere* vel *conficere*. Pearcivs.

ἐνθουσιαστικοῦ] Ita recte, auctore Fabro, Tollius et Hudsonus, probante etiam Moro, qui comparat δαιμόνιον πνεῦμα 33, 5. Vulgatum est ἐνθουσιαστικῶς, quo probato πνεύματος friget, ac potius sensu caret.

ἐκπνέον] *spirans*. Sed malim ἐμπνέον s. ἐπιπνέον λόγους, vt 13, 2. *adflans orationem*. Videntur enim synonyma φοιβάζειν et ἐπιπνεῖν τοὺς λόγους. Morvs.

S E C T. IX.

§. 1. *παραστήματος*] Notandum puto ab aliis, vt leue, non notatum, in editione Manutii post verbum *παραστήματος* esse stellulam, lacunae notam, spatiumque aliquot verborum vacuum. Sed nihil alii de lacuna, neque Gudius in exemplo Dresd. quidquam adscripsit. Error, qui videtur, Manutii, vt opinor, inde natus est, quod priorem periodum terminari putauit verbis *πρὸς τὰ μεγέθη:* nam haec puncto distinxit a sequentibus, *καὶ ὥσπερ* etc. Ergo errore librarii verba quaedam excidisse putabat, cum ipse suo lapsus esset errore, inductus fortasse falsa codicis interpunctione.

§. 2. *Τίνα, φήσει, τρόπον;*] MS. Vat. *φήσεις.* Non male. *At inquies,* amicissime Terentiane, *Quomodo hoc fieri possit.* In iis quae sequuntur, *γέγραφά που καὶ ἑτέρωθι, τὸ τοιοῦτον ὕψος μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα,* rescripsimus cum Tollio, *ὅτι τὸ τοιοῦτον.* Nempe illud *ὅτι,* quod postulat sententia, absorptum erat a literis praecedentibus. Qui fons erroris vberrimus. Subintelligitur autem *ἐστί.* quod Longino familiare. Egregie autem et signanter, *μεγαλοφροσύνης ἀπήχημα.* Aeschines in Axiocho: *Καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω Προδίκου ἐστὶ τοῦ σοφοῦ ΑΠΗΧΗΜΑΤΑ.* Eleganter Basilius M. Homil. in Mart. Iulit. p. 148. *Πεφύκασι γάρ πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι ὡς τὰ πολλὰ ΑΠΗΧΗΜΑΤΑ εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων.* Quae imitatus videtur Isidorus Epist. I. 9. *Αἱ νυκτεριναὶ φαντασίαι, ὡς γέγραφας, φιλομαθέστατε, οὐ μόνον τῶν μεθημερινῶν εἰσι συντυχιῶν καὶ ὁμιλιῶν ΑΠΗΧΗΜΑΤΑ, ἀλλὰ καὶ τῆς ῥαθύμου συνηθείας γεννήματα.* Confer etiam Damascium apud Suid. v. *Χαλδαϊκοῖς ἐπιτηδεύμασι.* de quo nos in Cur. Nouiss. p. 143. Tovpivs. Nos ceteros codd. et vett. editt. secuti retinuimus *φήσει* (sc. *τις*). Minus etiam probandum illud *ὅτι* e coniectura positum: nam *τὸ τοιοῦτον ὕψος* accusatiuus est pendens a *γέγραφα,* et *ἀπήχημα* alter est accusatiuus per appositionem adiunctus, vt quasi ellipsis cogitetur *τοῦ ΟΝ.* Alius dixerit, ellipsin statuendam *τοῦ ΕΙΝΑΙ,* quod redit eodem. Sed grauius quid hic agendum. Morus, partitionem, qua Longinus vtitur, diligenter persecutus, hoc loco aliquantum a vero aberrauit; sed non tam sua

ipsius, quam auctoris aliqua, fortassis et librariorum culpa. Docere nempe vult Longinus, id quod Caecilius, vt 1, 1 legimus, praetermiserat, quibus modis naturalis sollertia iuuari possit ad inueniendas sententias sublimes. Triplex igitur modus explicari videtur. I) Induenda est *μεγαλοφροσύνη*, qua virtute praeditum fuisse Homerum, Alexandrum, Mosen, hoc capite demonstratur. Sequuntur digressiones cap. 10. et 11. II) Imitandi sunt magni scriptores: cap. 13, §. 2. et cap. 14. III) Concipiendae sunt animo clarissimae rerum imagines: cap. 15, et maxime §. 3. Hanc in sententiam Morus ad h. l. qui addit: "Hanc esse mentem Longini, et disputationis seriem, intelligent, qui finem totius loci (15, 12) legere voluerint." Non est negandum, extrema verba capitis 15 hanc opinionem praebere, quia continere videntur *ἀνακεφαλαίωσιν* rerum inde a c. 9, §. 2. tractatarum. At quid fiet partitione illa, qua Longinus 8, 1. totum librum descripsit? Nam secundum fontem dictionis sublimis, *τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος*, Morus et alii in argumentis capitum plane praeterierunt. Num ergo auctorem parum fuisse propositi memorem putemus, cum tamen de *πάθους* sublimitate aduersus Caecilium tam grauiter disputauerit? an tota haec pars intercidit? Imo *πάθος* illud furori diuino simile, secundus fons sublimitatis pluribus declaratur capite 15. Sicut illud cap. 8 appellauerat *σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος*, ita hic *ἐνθουσιασμὸν καὶ πάθος*; ostenditque, ex eo nasci *φαντασίας*. Addit deinde §. 2, ad duplex genus *φαντασιῶν*, quod ibi distincte commemoratur, requiri *τὸ συγκεκινημένον*, *animi commotionem*: quam in rem affert exempla. Non dicit diserte, *secundum* iam aperiri fontem: sed nec ceterorum numeros ponit, etsi suo quemque loco demonstrat: et quoniam primos duos fontes quasi in vnum confluentes facit 8, 1, *αὐθιγενεῖς συστάσεις* appellans, eo magis externam disputationis speciem ita instituere potuit, vt si de vna tantum re ageretur. Ceterum sectione 15. extrema aut ipse, ad sequentia properans, aut librarius lapsus est. Saltem pro *ἢ μιμήσεως, ἢ φαντασίας* etc. melius haberet *ἢ μιμήσεως ἀπογεννωμένων, καὶ περὶ τῶν ἐκ τοῦ πάθους καὶ τῆς φαντασίας ἀρκέσει*; aut simpliciter: *καὶ περὶ τῶν ἐκ τοῦ πάθους ἀρκέσει.* Sententiam nostram

de argumento capitis 15. firmant illa Quintiliani VI, 2, 29 sqq. Nam ille prorsus ita, vt Longinus, affectus e *φαντασίαις* maxime exsistere docet. De extremis illis 44, 12. non est quod h. l. dicamus.

ἡ τοῦ Αἴαντος ἐν Νεκυίᾳ σιωπὴ μέγα, καὶ παντὸς ὑψηλότερον λόγου] Quo respexit Plutarchum suum in elegantissimo libello de Educat. p. 10. *Σοφον γὰρ εὔκαιρος σιγὴ, καὶ παντὸς λόγου κρείττων.* Scribe ex Longino, *κρεῖττον*. Tovpivs. In *Νεκυίᾳ* siue Odyss. λ. vide v. 562. Ad silentium, quod aliquando grauissimae orationis vim habet, ac potius, vt recte hic iudicat Longinus, omni est oratione superius, pertinet, vt pars, aposiopesis. Analogon autem est artificium in pictura, quo rerum tectarum species existimationi spectatoris relinquitur, vt in Iphigenia, Timanthis pictoris opere, vultus Agamemnonis velatus.

§. 3. *οὐδὲ γὰρ οἷόν τε* etc.] Haec sumpsit a Demosthene de Rep. Ord. p. 126. *ἔστι δὲ οὐδέποτ᾽, οἶμαι, δυνατὸν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας, μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν· ὥσπερ οὐδὲ καλὰ καὶ λαμπρὰ πράττοντας, μικρὸν καὶ ταπεινὸν φρονεῖν.* Quae maximus orator ita probauit, vt totidem fere verbis repeteret Olynth. III. p. 39. Eundem locum expressit Cicero de Amicit. 9. *Nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam.*

§. 4. *Ἐγὼ μὲν ἂν ἠρκέσθην [εἰ Ἀλέξανδρος ἤμην . . . ἐπὶ χθονὶ βαίνει]*] Quae vncis inclusa sunt, non male suppeditauit ex Homero et Plutarcho vir bonus Gabriel de Petra. Sed et MS. Vat. exhibet *ἠρκέσθην το.* Vnde vna voce auctiorem Longinum praestabo. Rescribo, *Ἐγὼ μὲν ἂν ἠρκέσθην ΤΟΥΤΟΙΣ. Ego quidem hisce conditionibus acquiescerem.* Quae Graecis solennis locutio. Paulus in prima ad Timoth. VI, 8. *Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΡΚΕΣΘΗΣΟΜΕΘΑ.* Iosephus Antiq. Iud. p. 777. *Ἡρώδης δὲ καὶ ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΡΚΕΣΘΕΙΣ — πάντας ἀπ᾽ ἐκείνου τοὺς Ἐσσήνους τιμῶν διετέλει.* Polybius in Excerpt. Valesii p. 1402. *Ἀλλ᾽ ὅμως οὐκ ΗΡΚΕΙΤΟ ΤΟΥΤΟΙΣ.* Tovpivs. Responsum Alexandri, quod hic excidit, reperitur in Plutarchi Alexandro et apud Arrianum in Exp. Alex. II,

25. Versus Homeri est ex Il. *Δ*, 443: in quo *τὸ Ὁμήρου μεγαλοφυὲς* est accusatiuus, et *τὸ ἐπ' οὐρανὸν διάστημα* nominatiuus.

οὐ μᾶλλον τῆς Ἔριδος ἢ Ὁμήρου μέτρον] Mirum quod nonnulli *μέτρον* h. l. *versum* esse putarunt. Ita Gori: *che questo fosse verso più tosto della Discordia, che d' Omero;* num Pizimentium secutus? Hic ita: *non magis Eridis, quam Homeri carmen esse.* Audacter ita locutus est Longinus, pro feruido ipsius ingenio; e sublimitate illius dicti magnum Homeri ingenium aestimandum esse significans.

§. 5. *τὸ Ἡσιόδειον*] In Scut. Herc. 267.

Ὅσσον δ' ἠεροειδὲς etc.] Sunt ex Iliad. *E*, 770 ss.

κοσμικῷ διαστήματι] Scil. *ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς, spatio, quod interiectum est inter horizontem et inter oculum hominis trans mare, siue ad horizontem, prospicientis.* Recte deinceps illud dicitur: *ἂν δὶς ἑξῆς .... ἐν κόσμῳ τόπον.* Nam dimidiam tantum coeli partem vno intuitu metitur homo in specula sedens. Neque pictori autem neque poetae, qui suo more aliquid pingit, oculos in diversas partes conuertere licet; hactenus certe, quatenus coeli tantummodo quartam partem, siue quadrantem, vt mathematici vocant, eodem adspectu possumus complecti. At vero sunt, qui vituperent h. l. Longinum, vt qui saltus equorum coelestium in maius auxerit. "Indignor vero" (sunt verba Wakefieldii Silv. Crit. P. I, p. 17) "magnum rhetorem tam pueriliter accepisse poetae comparationem. Quid enim? *anne homo oculis videre solet vsque ad orbis terrarum terminos?* Anne iidem sunt *horizontis sensibilis* fines, qui *totius mundi?* Altum mehercule dormiebas, Dionysie; nihil enim tam ineptum, mihi crede, moliebatur poetarum princeps et prudentissimus." Durior est haec vituperatio: modestius erat aliquid requirendum in iudicio Longini. Locus Homeri sane non capit tantos equorum saltus, quantos ille noster iis tribuit, sed tantum comparandos cum spatio, quod longissimum oculis prospicere possumus *in terris.* Verum constat, Longinum vbique scriptorum verba e memoria vtcunque repetere. Hic autem non *pueriliter,* sed *nimis docte* accepit verba poetae, quae non iam diligenter examinauerat ob oculos ipsos posita. Horizontem iis significatum non voluit esse

horizontem terrae *verum*, siue *physicum*, circulum, qui terram in duas partes aequales diuidit; duo enim versus priores obstant; neque eum, quem vulgo dicunt *apparentem*, quem, vt ante diximus, intelligere debebat; sed *coelestem*, quem hi versus per se spectati, non comparati cum ceteris, (vt v. 773.) commode possunt significare. Nam qui e littore prospectat per mare coelum *ἠεροειδὲς*, i. e. *serenum*, is vtique vsque ad coeli terminum et ad *fines totius mundi* prospectat. Itaque si is esset sensus hyperbolae apud Homerum, quem Longinus, non satis memor totius loci, significauit, priori saltu facto equis non amplius relinqueretur in mundo spatium, quo alterum saltum dare possent.

§. 6. *μή οἱ ἔπειτα Γαῖαν ἀναῤῥήξειε Ποσειδάων ἐνοσίχθων*] Locus exstat in Iliad. *Υ*. 61. vbi legitur, *μή οἱ ὕπερθε*. quod melius. Huc respexit etiam Plutarchus de Audiend. Poet. p. 16. *Οὐδὲν πείσεται δεινὸν, οὐδὲ πιστεύσει φαῦλον· ἀλλ᾽ ἐπιλήψεται μὲν τοῦ* [*Ἀϊδωνέος*] *φοβουμένου τὸν Ποσειδῶνα, καὶ ταρβοῦντος, μὴ τὴν γῆν ἀναῤῥήξῃ, καὶ ἀπογυμνώσῃ τὸν ᾅδην.* Ita scribendus iste locus. Deinde notanda repetitio, *Πάνθ᾽ ΑΜΑ, οὐρανὸς, ᾅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα, ΑΜΑ τῇ τότε συμπολεμεῖ καὶ συγκινδυνεύει μάχῃ.* Sic solent Graeci. Haud dissimiliter Noster, Sect. 40. *ΟΜΩΣ κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι συγχρώμενοι — ΟΜΩΣ ὄγκον καὶ διάστημα περιεβάλοντο.* Quae frustra sollicitant. Denique libri meliores: *Ἀλλὰ ταῦτα φοβερὰ μέν· πλὴν ΑΛΛΩΣ εἰ μὴ κατ᾽ ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο, παντάπασιν ἄθεα, καὶ οὐ σώζοντα τὸ πρέπον.* Quod Graecae abundantiae est. Locus ita vertendus: *Haec quidem terribilia sunt; sed nisi allegorice accipias, impia omnino et praeter decorum.* TOVPIVS.

Ἐπιβλέπεις] Non est simpliciter i. q. *ὁρᾷς* vel adeo *ἐννοεῖς*, quod exprimit Petra, *Animaduertis;* sed *spectaculo ades, quasi testis rei oculis cernis.* Sed recte per interrogationem haec efferuntur. Vid. ad 33, 4.

ἀνατροπὴν δὲ ὅλου] Locus ita corrigendus: *ἀνατροπὴν δὲ διόλου καὶ διάστασιν τοῦ κόσμου λαμβάνοντος, πάνθ᾽ ἅμα, οὐρανὸς, ᾅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα, τῇ τότε συμπολεμεῖ καὶ συγκινδυνεύει μάχῃ.* RVHNKENIVS.

πάνθ᾽ ἅμα . . . ἅμα τῇ τότε μ.] Prius *ἅμα* pertinet ad antecedens *πάντα*, et *πάνθ᾽ ἅμα* est i. q. *ἅπαντα, ad*

vnum omnia siue *omnia omnino:* alterum autem grauitatis causa est additum, cum per se abesse posset propter praepositiones in verbis compositis eandem vim habentes, *συμπολεμεῖ* et *συγκινδυνεύει.* Ergo nec tollendum posterius *ἅμα*, neque ideo repetitum, vt Toupius vult, quod Graeci praeter ceteros sic soleant. In *τῇ τότε μάχῃ* oxymoron inesse videtur. *Istius temporis* est pugna: et tamen verba praesentis temporis adhibentur, vt eo magis rei gerendae, licet praeteritae, praesentes adesse videamur.

§. 7. *πλὴν ἄλλως*] Particula *ἄλλως* post *πλὴν* in pluribus bonis libris scripta quam vim habeat, non plane liquet. Quod Toupius eam abundantiae Graecae tribuit, id nihili est. Melius vertitur secundum illud quod ipse ad 7, 1. disputauit: *nisi per meram allegoriam dicta esse putes.* Sed vid. not. seq.

εἰ μὴ κατ' ἀλληγ. λ.] Dubitantis haec sunt; sequentia vero, *Ὅμηρος... αἰώνιον,* non dubitantis, sed vt proprie dicta accipientis. Quare verba *εἰ μὴ κατ' ἀλλ. λαμβάνοιτο* suspicor a vetere Grammatico ad marginem fuisse scripta, deinceps autem ab alio Longini verbis inserta praemisso verbo *ἄλλως*, quae est nota vsitata vel diuersae lectionis vel scholii.

Ὅμηρος γάρ μοι δοκεῖ... πεποιηκέναι] Distinguendum et legendum existimo: *Ὅμηρος γὰρ, μοὶ δοκεῖ,... πεποίηκε* etc. Locus verborum *μοὶ δοκεῖ*, sequentia verba tempore finito et magis *καταφατικῶς* posita, et vniuersa Longini oratio id suadere videbantur.

δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν ὁ θάνατος] In animo habebat Herodot. VII. 46. *ὁ μὲν θάνατος μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζώης, καταφυγὴ αἱρετωτάτη τῷ ἀνθρώπῳ γέγονε.* Incertus poeta, vel Sophocles, vt placet cl. Valckenario ad Eurip. Hippol. 1372. apud Plutarchum T. II. p. 106. D. *Ὦ θάνατε παιὰν ἰατρὸς μόλοις· λιμὴν γὰρ ὄντως ἀΐδας ἀν' αἶαν.* vbi legendum puto: *λιμὴν γὰρ ὄντως ἀΐδας ἀνιῶν.* Aeschyl. Suppl. 408. *Κούδαμοῦ λιμὴν κακῶν.* Critias apud Athenaeum X. p. 433. D. *πρός θ' ὕπνον ἥρμοσται τὸν καμάτων λιμένα.* Sed haec satis illustrata ab aliis. RVHNKENIVS.

οὐ τὴν φύσιν] Eleganter supprimitur *μόνον.* Quod tum Graecis, tum Latinis familiare. Noster supra, *Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' εἰς ἔκστασιν ἄγει*

τὰ ὑπερφυᾶ. Atque hinc castigandus Diodorus in Excerptis Valesii p. 581. ed. Wessel. Ἀπελύθη τῆς ἀγωνίας ὁ ὕπατος, ἔχων ΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΠΡΟΣ ΥΙΟΝ, ἀλλὰ καθάπερ ἐρωμανῆ τινὰ διάθεσιν πρὸς τὸ μειράκιον. *Cura atque anxietate liberatus est consul, quippe qui non paterna tantum beneuolentia, sed perdito quodam amore adolescentem prosequebatur.* Ita legendus est iste locus, quem perperam administrauit doctissimus Valesius. Quin et vna opera vindicandus Catullus in elegantissimo carmine de coma Berenices.

At tu non orbum luxti deserta cubile,
Sed fratris cari flebile dissidium.

Quem locum minus intellexit Isaacus Vossius. Tovpivs. Sic et Morus: "οὐ τὴν φ. i. e. οὐ μόνον τ. φ." Sed rectius talia loca interpretamur, quemadmodum h. l. Tollius: *non tam naturam ille, quam aerumnas infinitas fecit.* Scilicet sempiterna vita nullius momenti est ad felicitatem, si hanc interrumpunt τραύματα, στάσεις etc.

§. 8. ἄχραντόν τι καὶ ἄκρατον] Corrigunt viri docti, ἀκήρατον. quomodo exhibet margo MSti Eliensis. Cyrill. contr. Iulian. lib. 8. p. 287. ἡ ΑΧΡΑΝΤΟΣ καὶ ἡ ΑΚΗΡΑΤΟΣ φύσις. Iamblichus de Myster. p. 120. Οὐδὲ χραίνονται αὐτοὶ (θεοὶ) ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κηλῖδος. ΑΧΡΑΝΤΟΙ γάρ εἰσι πάντη καὶ ΑΚΗΡΑΤΟΙ. Confer Clem. Alexand. Cohort. p. 50. Proclum in Platon. Theolog. lib. 5. p. 321. Plutarch. Vol. II. p. 820. Heliodor. Aethiop. lib. 2. p. 120. Schol. ad Euripid. Hippolyt. 73. Apollon. Rhod. IV. 1025. Sed libri omnes ἄκρατον, quod neutiquam sollicitandum. Philo Vol. I. p. 506. Τὸ γὰρ Θεῖον ἀμιγὲς, ΑΚΡΑΤΟΝ καὶ ἀμερέστατον ὑπάρχον, ἅπαντι τῷ κόσμῳ γέγονεν αἴτιον μίξεως, κράσεως, πολυμερίας. Plutarch. de Isid. et Osir. p. 61. ed. Squire: τὸ δὲ Θεῖον οὐκ ἀμιγὲς οὐδ' ΑΚΡΑΤΟΝ ἔχοντας. Idem in Pericle: ΝΟΥΝ ἐπέστησε ΚΑΘΑΡΟΝ καὶ ΑΚΡΑΤΟΝ. Atque hinc emendandus Lucian. in Hermotimo. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος (Hercules) ἀποβαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς, καὶ ΚΑΘΑΡΟΝ τε καὶ ΑΚΡΑΤΟΝ φέρων τὸ ΘΕΙΟΝ ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεοὺς διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός. Ita legendus videtur et distinguendus iste locus. Quin et restituenda ista vox Synesio in Dion. p. 44. Οὐ γάρ ἐσμεν ὁ ἀκήρατος νοῦς, ἀλλὰ νοῦς ἐν ζώου ψυχῇ. Legendum, ὁ ΑΚΡΑΤΟΣ

ΝΟΥΣ. Confer Xenoph. Instit. Cyri lib. 8. p. 237. et cl. Markland. ad Max. Tyr. XXVIII. 7. vbi locum Longini tangit. Tovpivs.

τρέμε δ' οὔρεα μ. etc.] Iliad. *ν´*, 18 ss.

καὶ κορυφαὶ etc.] Totum hunc versum, quem Longinus ex Il. *υ*, 60 per errorem hic inseruit, e Vat. 2. 3. Ambr. El. ed. pr. et M. recepit Pearcius, eiecto *καὶ* ante *Βῆ δ' ἐλ.* quod in T. et H. occurrit. Morvs.

ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ] Scribe *αὐτῷ*. Quomodo recte legitur apud Homer. Il. N. 27. *Ἐπάταλλε αὐτῷ illi subblandiebantur, blandimentis regem suum agnoscebant.* Non intellexerunt Interpretes. Quin et sic quoque laudat Maxim. Tyr. XXXII. 7. Ceterum hunc locum imitatus videtur Q. Calaber V. 93.

—— Τοὶ δ' ἑκάτερθεν ἀολλέες ἀμφὶς ἄνακτα
Ἀγρόμενοι δελφῖνες ἀπειρέσιον κεχάροντο,
ΣΑΙΝΟΝΤΕΣ βασιλῆα ——

Tovpivs.

§. 9. *Ταύτῃ καὶ ὁ τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης* etc.] Fr. Portus hunc locum ab aliena manu venisse putat, propterea quod parum verisimile sit, Longinum in sacris literis versatum esse, aut vsurum fuisse exemplis Christianis. Priore ratione nihil leuius. Nam omnes fere huius aetatis philosophi, quibus saepe cum Christianis pugnandum esset, libros Christianorum cognitos habebant. Narrauit mihi aliquando I. I. Wetstenius, se in Catena Patrum MS. Longini iudicium de verbis D. Ioannis, *καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος,* reperisse. Sed vereor, ne qui hoc iudicium commemorauit, Longinum cum Amelio, philosopho Longini aequali, confuderit; cuius de his ipsis verbis sententia est apud Eusebium P. E. XI. 19. p. 540. Paulo probabilior est altera Porti ratio: quanquam ne ea quidem magnopere mouemur. Est denique vir longe doctissimus, qui totum hoc abruptius positum existimat, quam vt a Longino profectum esse videatur. Quod si fraudem hic versatam esse statuamus; idem eius auctor est, qui in alio Longini loco, de quo ad Rutil. Lup. II. p. 88. disputauimus, D. Pauli nomen satis impudenter inculcauit. Ceterum sublime illud, quod in Moysis loco est, et sensit, et imitando expressit Hermes apud Stobaeum Ecl. Phys. I. p. 123. vbi postquam, Platonis exemplo, summum Vniuersi auctorem induxisset ad re-

liquos deos orationem habentem, haec subiecit: *εἶπε, καὶ εὐθέως κοσμικῶς τῆς ἔτι γενέσεως διάστασις ἐγένετο, καὶ ἐφάνη μὲν ὁ οὐρανὸς ἄνω.* Sed proxime ad illam magnificentiam accedit Epigramma vetus de Xerxe, mare in terram, terram in mare vertente, Anthol. Lat. II, 13. p. 194.

Hoc terrae fiant, hoc mare, dixit: erant.

Sic enim I. F. Gronouius diuinitus emendauit quod vulgabatur: *Hoc terrae fiat: hac mare, dixit, eat.* Vide cl. Valckenarium ad Herodot. III. 135. Rvhnkenivs. At vero longe melior et simplicior emendatio nostra:

Quale fuit regnum, mundo noua ponere iura!
Hic terrae fiant, hac mare, dixit, eat.

Tovpivs.

Si vel breuiter de priore illa et grauiore quaestione pronuntiare licet, locum hunc de Mose genuinum esse, et auctorem a sacris Christianorum alienum fuisse, singula verba ostendunt. Alia aliunde petenda argumenta mitto. Vna iurisiurandi forma nobis sufficit, vt *νὴ Δία*, quod saepius occurrit, et *ὦ πρὸς θεῶν* 7, 3 et *νὴ τοὺς θεοὺς* Fragm. 6, 2 et alia, quibus Christianus extra iocum, et in epistola, certe non vsus est, illo praesertim seculo, quo vniuersa Christianorum secta religionis tuendae causa durissimis se legibus obstrinxerat. Adde Dissert. Philol. §. 13. De versu ex Anthol. hoc vt certissimum addo, a Gronouio eum esse corruptum. Illud *erant* (pro elegantissimo verbo *eat*) h. l. prorsus non est Latinum, quia repugnat vsui temporis imperfecti, quod repentinum rerum ortum nequaquam significare potest, et hic potius declararet, illas res iam ante fuisse et tum maxime in pristina conditione mansisse.

οὐχ ὁ τυχὼν ἀνὴρ] *non spernendus scriptor.* Sic Clitarchus 3, 2. *φλοιώδης ἀνήρ.* Qui aliud, quam de *scriptore* cogitarunt, et vel nobilitatem Mosis, vel Longini Christianismum in his quaesiuerunt, necessario nugati sunt. De controuersia Boilauii, Huetii et Clerici super hoc loco vid. Boilauii Opp. T. 2, p. 231 sqq. ed. Dresd. Morvs. Verba illa sic potius reddenda: *non vulgaris intelligentiae homo.* Non de *scriptore* hic cogitandum, sed de homine ingenioso et prudenti, qui e sensu recto sublime illud dictum protulerit. Nam si Longinus plura e Pentateucho legit, non potuit non iudicare, bene

scribendi rationem Moysi nullam fuisse notam. Ceterum, vt significaui, prudentem legislatorem et hominem rerum intelligentem agnoscere potuit.

ἐχώρησε κἀξέφηνεν] Libri alii, ἐχώρησε, alii ἐγνώρισε. Lego et distinguo: Ἐπειδὴ τὴν τοῦ θείου δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχώρησεν, ἐγνώρισε καὶ ἐξέφηνεν. *Cum Dei maiestatem pro dignitate concepisset, agnouit et indicauit.* Γνωρίζειν est vtrumque, et cognoscere, et facere vt alius cognoscat. de quo Casaubonus ὁ πάνυ ad Strab. I. p. 52. Tovpivs. Si mutatio illa inscita probari posset, ἐγνώρισε potius vertendum esset *notam fecit.*

§. 10. ὡς εἰς τὰ ἡρωϊκὰ μεγέθη συνεμβαίνειν ἐθίζει] Ita reddit Petrus Paganus, *Quo pacto scilicet ad Heroicas amplitudines ingredi soleat.* nempe vna cum heroibus, de quibus agit. Quod συνεμπνεῖν τοῖς ἀγῶσι vocat infra Longinus. Tovpivs. Eleganter hunc locum vertit Morus: magis ad verbum, sed ceterum non deterius Pearcius, qui sic: *vsitatum esse illi insurgere ad sublimia Heroica.* Sed in ed. Toupii pro his legitur: *quomodo assuefaciat nos secum vna ingredi in Sublimia Heroica.* Hoc miror a quo mutatum sit, cum repugnet animaduersioni Toupii. Verbum ἐθίζει h. l. est intransitiuum, *consueuit*, non *assuefacit.* Nam docere vult auctor, poetam solere simul cum Heroibus se extollere ad sublimia: et recte. Nam id h. l. agitur, vt intelligamus, artificem dicendi sensus altos induere debere: et hanc in rem iam exemplo Moysis et Homeri demonstratum est, quomodo quis sensus Deo dignos concipere debeat. Iam ostenditur, quomodo Homerus etiam *cum hominibus*, quos loquentes inducit, alte efferatur. Cf. et §. 11. init.

νὺξ ἄπορος αὐτῷ] Manutius, νὺξ ἄπειρος. Quocum facit MS. Eliensis. Recte. ἄπειρον σκότον vocat Pindarus apud Plutarch. de Aud. Poet. p. 17. Confer cl. Lennep. Animad. ad Coluth. I. XI. Deinde recte αὐτῷ. *apud illum.* quomodo et Noster alibi locutus est. Restituenda haec vox Dionysio Halicarn. de Struct. Orat. c. 16. Ἅπας ἐστὶν ὁ κατάλογος ΑΥΤΩι τοιοῦτος. ita scribendum, non αὐτῶν. Confer Dionysium cap. 22. p. 46. Atque ita quoque corrigendus Maximus Tyrius XXIX. I. Οἱ δὲ μακάριοι ΑΥΤΩι ἄνδρες, οὓς ἐκεῖνος ἐπαινῶν χαίρει, ἕτεροί εἰσιν ἐξ ἑτέρων ἐπιτηδευμάτων καὶ ἔργων. Quod et recte animaduertisse iam video doctissimum

Danisium. Tovpivs. Per se nimis leue et vulgare est, *αὐτῷ* dici pro *παρ' αὐτῷ* aut *ὑπ' αὐτοῦ*, quod et §. 15. occurrit. Sed eo quaerebat Toupius corrigendi opportunitatem.

Ζεῦ πάτερ, φησὶν,] Iliad. *ρ́*, 645.

ὅτι πρὸς τὴν μάχην ἀργεῖ] Tolle putidum glossema, quod quis adscripserat ad explicanda verba *ἐν ἀπράκτῳ σκότει*. *Ἄπρακτος ὥρα* eodem sensu est apud Hesych. v. *Ἀωρία*. Rvhnkenivs.

ὅτι τάχιστα] Non diserte id precatur Aiax. Sed quoniam solam lucem coelestem Graecis reddendam expetit, pluribus modis idem illud precatur, et maxime, quoniam indignationem quandam, vt morae impatiens, prodit, recte illud *ὅτι τάχιστα* posuit auctor.

§. 11. *οὔριος συνεμπνεῖ τοῖς ἀγῶσιν*] h. e. sublimibus cogitatis, *quasi vento secundo, incitat cursum et vim praeliorum;* quo significatur, illum res aequare dictis. Recte Morus conferri vult Luciani *de scr. hist.* c. 45.

Μαίνεται, ὡς ὅτ' Ἄρης etc.] Il. *ό*, 605 ss.

πολλῶν ἕνεκα προσεπιθεωρητέον] Non male Gabriel, *multorum causa.* quem et secutus est Tollius. Quaestio nempe erat celeberrima, vtrum poema prius scripserit Homerus, Odysseam an Iliadem. Lucian. Ver. Hist. Lib. 2. *Καὶ μὴν κἀκεῖνο ἐπεθύμουν εἰδέναι, εἰ προτέραν ἔγραψε τὴν Ὀδύσσειαν τῆς Ἰλιάδος, ΩΣ ΠΟΛΛΟΙ ΦΑΣΙΝ.* Seneca de Breuit. vitae cap. 13. *Graecorum iste morbus fuit, quaerere quem numerum remigum Vlixes habuerit: prior scripta esset Ilias an Odyssea: praeterea an eiusdem essent auctoris. Alia deinceps huius notae; quae siue contineas, nihil tacitam conscientiam iuuant; siue proferas, non doctior videberis sed molestior.* Illud autem *προσεπιθεωρητέον* minus cepisse videntur Interpretes. Tu verte, *Haec enim insuper non vna de causa obseruanda atque monenda duxi. Προσεπιθεωρεῖν* est *insuper* siue *auctarii vice obseruare.* Socrates Epist. VI. *Χρὴ δὲ μὴ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄλλον ἡμῶν ΠΡΟΣΕΠΙΘΕΩΡΕΙΝ βίον. Verum non hoc solum, sed et praeterea reliquum vitae nostrae institutum examinandum est.* Deinde sequitur, *ὅτι μεγάλης φύσεως ὑποφερομένης ἤδη ἴδιόν ἐστιν ἐν γήρᾳ τὸ φιλόμυθον.* vbi notanda vox *ὑποφερομένης*, quae non ex triuio est. Max. Tyrius XVI. 5. *Πᾶν γὰρ σῶμα ῥεῖ καὶ φέρεται ὀξέως, Εὐρίπου δίκην,*

ἄνω καὶ κάτω, νῦν μὲν ἐκ νηπιότητος εἰς ἥβην οἰδαῖνον; νῦν δ' ἐξ ἥβης εἰς γῆρας ὑπονοστοῦν καὶ ΥΠΟΦΕΡΟΜΕΝΟΝ. Qui locus elegans est. Tovpivs. Digressionis vim et notionem praepositione πρὸς verbo tribui, intelligimus e παρεξέβην, ὡς ἔφην §. 14. Simile est προςιστορεῖν §. 15. Verba ὑποφέρεσθαι et ὑπονοστεῖν de *aestu maris retro cedente* vsurpari, etiam Portus monet. Itaque nostri exprimere possint verbis *seichter werden*.

§. 12. ὑπόθεσιν] *argumentum*. Nihil aliud est, quam Gall. *le sujet* et Germ. *der Stoff* aut *der Gegenstand*. Leve hoc est et notum. Sed monendum duxi, quia Morus in nott. verbo *adumbrationis* et aliis minus claris explicat. Sed recte idem M. 38, 2.

προεγνωσμένους] *olim iam destinatos heroibus*, h. e. Homerus iam dudum, dum Iliada scripsit, decreuerat, hos quoque lamentari et luctu funebri decorare: nunc demum in Odyssea soluit (ἀποδίδοται) illud debitum. Ita ergo Odyssea fit Iliados additamentum. Hunc locum an recte interpretatus sim, nescio, quamquam fauet vsus loquendi in verbo προγινώσκειν, *antea decernere:* certe nemo alius, quod ego sciam, sensum verum vidit; plerique enim verterunt, *antea notos luctus*. Sed hoc non pertinet ad rem. Morvs. Recte sine dubio illud. Firmatur et sequentibus. Nam epilogus secundum rhetores ἔλεον, οἶκτον et alia πάθη continere debet: et quae deinceps e Nestoris oratione ponuntur Odyss. γ, 159. Ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται etc., ea pertinent ad οἴκτους, quos poeta in Iliade praeparauerat.

οὐ γὰρ ἄλλ' ἢ τῆς Ἰλιάδος ἐπίλογος] MS. Paris. οὐ γὰρ ἀλλ' ἤ. *Non enim nisi epilogus Iliadis est Odyssea*. Quod elegantius. Tovpivs. At Pearcius, diligentior ille in varietate verborum notanda, ἄλλ' esse tradit in MS. Par. prima (siue vna hac) syllaba accentu notata, sicut in ed. Robortelli. Sed haec minuta et odiosa relinquamus aliis.

§. 13. ὅλον τὸ σ. δρ. ὑπεστήσατο] Hesychius: Ἰλιάς· τὸ Ὁμήρου ΣΩΜΑΤΙΟΝ. Atque huc nescio an referendus D. Iudas in Epist. v. 9. Ὁ δὲ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος περὶ ΤΟΥ ΜΩΣΕΩΣ ΣΩΜΑΤΟΣ, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας. Sed de hoc viderint Theologi. Tovpivs. De verbis δραματικὸν et ἐναγώνιον Morus verbosius,

quam necesse erat. *Δραματικὸν* est, *in quo personae loquentes inducuntur,* atque ita res suas *agunt.* A fabulis scenicis *δράμασι κατ' ἐξοχὴν* dictis hoc petitum est. *Ἐναγώνιον* vero dicitur, *quod simile est contentioni oratoris in iudicio aut in concione dicentis.* Nihil vsitatius est, quam verbum *ἀγωνίζεσθαι* et coniugata de talibus actionibus. Bene illo *ἐναγώνιον* Longinus significauit *orationes,* quibus plena est Ilias, cum Odyssea sit magis *διηγηματικὴ*, siue eius formae, vt poeta loquatur e sua persona et narret, quae alii dixerint.

Ὅθεν ἐν τῇ Ὀδ. . . . τὸ μέγεθος] Haud dissimiliter Strato in Epigrammate hactenus inedito:

Ἐξεφλέγην, ὅτε Θεῦδις ἐλάμπετο παισὶν ἐν ἄλλοις,
Οἷος ἐπαντέλλων ἄστρασιν ἠέλιος.
Τοὔνεκ' ἐπιφλέγομαι καὶ νῦν, ὅτε νυκτὶ λαχνοῦται.
ΔΥΟΜΕΝΟΣ γὰρ ὅμως ΗΛΙΟΣ ἐστὶν ἔτι.

Tovpivs.

ἰξήματα μηδαμοῦ λαμβάνοντα] Ita locutus est Plutarchus de Orac. Defect. p. 434. *Τῆς γῆς ὑποσάλου γινομένης καὶ ΛΑΜΒΑΝΟΥΣΗΣ ΙΖΗΜΑΤΑ.* Sed Plutarchum in ore et oculis semper habuit noster Rhetor. Deinde MS. Par. *καὶ ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας φαντασίαις.* Quod minus animaduertit cl. Pearcius. Tovpivs. Pearcius nempe haec tantum in Emendatt. scripsit: „*ταῖς ἐκ τ. ἀλ.* Ita editio pr. et omnes msti: sed Manutius illud *ἐκ* omisit." Nos de *καὶ* infra suo loco.

ὁμοίαν] Morus cepit pro *ὁμαλῇ*, *aequabilem.* Vertit enim *distributi pari modo* etc. Melius, puto, intelligas *ὁμοίαν τῇ ἐν τῇ Ἰλιάδι προχύσει.* Non aequabiliter et certis interuallis se subsequentes laudat auctor (affectus), sed, quod verbum *ἐπαλλήλων* innuit, *multos* affectus, et qui *aeque magno* flumine ferantur, (atque in Iliade.)

ἀγχίστροφον] *propinquum conuersioni* s. quod celeriter conuertitur, saepe significat *repentinum*, vt Thucyd. 2, 53. *ἀγχίστροφον μεταβολὴν* dixit, quod Aelianus V. H. 5, 13. imitatus est, et Herodot. 7, 13. *ἀγχίστροφα βουλεύεσθαι, ex tempore consilium capere.* Sed Longinus hoc loco etymologiae tenacior est. Interpreter enim Homericum *ἀγχίστροφον* de perpetua eius consuetudine ab alio ad aliud repente transeundi, vt semper aliud, semper improuiso occurrat lectori. *Sic videtur poeta*

semper in omnes partes verti, *στρέφεσθαι*. Crebro Longinus hac metaphora vsus est, 22, 1. *τῇδε κἀκεῖσε ἀγχιστρόφως* (celeriter) *ἀντισπᾶσθαι*: 27, 3. *ἀγχίστροφον* de transitu ab alia persona ad aliam: 12, 3. *ἐπεστράφθαι*: 20, 2. *μὴ στῆναι ἐπὶ τῶν αὐτῶν, ἐπ' ἄλλα μεθάλλεσθαι*. MORVS.

πολιτικὸν] *oratorium* (cf. 1, 2.) ideoque *vehemens*. Fauet huic interpretationi, quod 44, 1. *πολιτικαὶ δριμεῖαι* et *ἐντραχεῖς φύσεις* coniunguntur. MORVS.

καὶ ταῖς ἐκ τ. ἀλ. φαντασίαις] Copula e cod. Par. (vt supra testatus est Toupius) Vat. 2. et Ambr. nec non ed. 1. sumta, et iam a Tollio in textu posita, etiam sine his auctoritatibus potuisset adscisci. Non enim tantum *in repentino transitu* ab alio ad aliud et *in vehementi oratione* Ilias abundat visionibus e natura haustis, sed in omnibus argumenti partibus, velut in rhaps. *Θ*.

περὶ τὰ ἴδια μέτρα ἐρημωμένου] Isaacus Vossius in margine libri, qui est in Bibl. Leidensi, notat aliud exemplar habere *περὶ τ' ἀϊδνὰ τέλματα*. Quod Tollius, cui Vossiani libri copia fuit, perperam de Codice Parisino exhibente lectionem, quam posuimus, accepit. Cum vero quicquid librorum superest, e Codice Parisino fluxerit, dubitari non debet, quin lectio, quam Vossius commemorat, potius ex eruditi hominis coniectura, quam ex libro antiquo, venerit. Hic vero locus ita legendus: *περὶ τὰ ἴδια τέρματα ἡμερουμένου*. Vt *ἀγριαίνεσθαι* mare dicitur, sic etiam *ἡμεροῦσθαι*. Aristides Tom. I. 96. *προβαίνει γὰρ μέχρι πλείστου, τὴν θάλασσαν ἡμεροῦσα*. Mox Pearcius bene corrigit: *κἂν τοῖς μυθώδεσι καὶ ἀπίστοις πλάνοις*. Sic *μῦθον* et *πλάνον* iungit Plato Ep. VII. p. 720. C. RVHNKENIVS. Doctissimus Pricaeus, *ἡμερουμένου*. quomodo et legit cl. Ruhnkenius. Ego quidem malim, *περὶ τὰ ἴδια μέτρα ἠπειρουμένου*. Quod verbum elegans. Aristot. de Mundo: *Ἐπιδρομαί τε κυμάτων καὶ ἀναχωρήσεις, πολλάκις καὶ ἠπείρους ἐθαλάττωσαν, καὶ θαλάττας ΗΠΕΙΡΩΣΑΝ*. Philo I. p. 298. *Τὰ γὰρ ἀμποτίζοντα πελάγη ποτὲ μὲν μετὰ συρμοῦ καὶ πατάγου βίᾳ φέρεται, καὶ ἀναχεόμενα λιμνάζει τὴν τέως χέρσον, ποτὲ δὲ ἐξαναχωροῦντα πολλὴν θαλάττης μοῖραν ΗΠΕΙΡΟΙ*. Idem 2. p. 510. *Πρὸς δὲ τούτοις μεγάλων πελαγῶν μεγάλους κόλπους καὶ βαθεῖς ἀναξηρανθέντας ΗΠΕΙΡΩΣΘΑΙ*. Appian. apud Suid.

v. Ἤιομεν. Δύσμαχοι δ' αὐτῶν ἦσαν αἱ πόλεις ἀπὸ τῆς ἀμπωτέως· ἐφ' ἡμέραν ΗΠΕΙΡΟΥΜΕΝΑΙ τε καὶ νησούμεναι. Sed nihil muto. Dicitur mare περὶ τὰ ἴδια μέτρα ἐρημοῦσθαι, cum *fines suos deserit*, siue *intra suos fines* (*high-water-mark*) *longius recedit*. Quod ὑπονοστεῖν et ὑποφέρεσθαι vocant Graeci. Aelian. de Animal. X, 43. Ὁ δὲ Νεῖλος ὑπονοστεῖ καὶ εἰς ΤΑ ΕΑΥΤΟΥ ΜΕΤΡΑ ὑποστρέφει. Non potuit melius aut expressius noster Rhetor. Deinde scribe, ΤΑΙΣ μυθώδεσι καὶ ἀπίστοις ΟΔΥΣΣΕΩΣ ΠΛΑΝΑΙΣ. Ὀδυσσέως πλάνη omnibus nota. Strabo lib. I. p. 38. Ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι περὶ ΤΗΣ ΟΔΥΣΣΕΩΣ ΠΛΑΝΗΣ. Idem lib. I. p. 43. Ταῦτα δὲ προοικονομησάμενος οὐκ ἐᾷ τὸν Αἴολον ἐν μύθου σχήματι ἀκούεσθαι, οὐδ' ὅλην ΤΗΝ ΟΔΥΣΣΕΩΣ ΠΛΑΝΗΝ. Libanius de Vlciscend. Iuliani nece: Ἐγκαλεῖται δὲ ὁ Ζεὺς ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς ΕΝ ΤΑΙΣ ΟΔΥΣΣΕΩΣ ΠΛΑΝΑΙΣ. Nihil verius hac emendatione. Sed oratio neutiquam integra est. Deficit enim ἀπόδοσις, siue posterior pars sententiae; quod et vidit vir acutissimus Tanaquillus Faber. Equidem locum ita refingendum et supplendum esse censeo: Ἀλλ' οἷον ὑποχωροῦντος εἰς ἑαυτὸν ὠκεανοῦ, καὶ περὶ τὰ ἴδια μέτρα ἐρημουμένου, τὰ λοιπὸν φαίνονται τοῦ μεγέθους ἀμπώτιδες· ΟΥΤΩ ΚΑΙ ΟΜΗΡΟΥ ΦΑΙΝΕΤΑΙ ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ κἀν ταῖς μυθώδεσι καὶ ἀπίστοις Ὀδυσσέως πλάναις. *Sed velut oceani recedentis, et suos fines deserentis, apparent tamen magnitudinis recessus, ita et Homeri apparet magnitudo in fabulosis illis Vlyssis erroribus.* Tovpivs. Totus Longini locus est integer. Codd. et ed. 1. habent μέτρα. Sed Manutio auctore plerique scripserunt τέρματα, quod verbum per se posset aeque probari, et occurrit etiam de littoribus Max. Tyr. dissert. 37. c. 8. Sed grauius quid hic agendum est. Etiamsi auctor verba οἷον ὑποχ.... ἐρημωμένου non addidisset, tamen tropus verbi ἀμπώτιδες esset clarus. Sed optimi scriptores passim addunt ipsam εἰκόνα, quae tropum suppeditat, et hunc ea re mitiorem clarioremque reddunt. Bene in hanc rem Demetrius Phal. §. 8. Ἐπὰν κινδυνώδης ἡ μεταφορὰ δοκῇ, μεταλαμβανέσθω εἰς εἰκασίαν· οὕτω γὰρ ἀσφαλεστέρα γίνοιτ' ἄν. Εἰκασία δ' ἐστι μεταφορὰ πλεονάζουσα: etc. Sic Plat. de rep. III. Vol. VI. p. 278. ὅπῃ ἂν ὁ λόγος, ὥσπερ πνεῦμα, φέρῃ,

ταύτῃ ἰτέον. Sed et ipse Longinus exempla praebet, eaque causae nostrae aptiora; vt 8, 1. 12, 3. 20, 1. 22, 1. 30, 1. Multa similia facile reperias apud Ciceronem, vt *in iudicium detrudi, tamquam in pistrinum; aegritudine, tamquam tempestate, quati.* Vsum verbi ἐρημοῦσθαι velim exemplo firmari. Nam per se ἐρήμη θάλασσα est *non multum frequentata*, vt Dorville ad Charit. III, 3. med. docet. Alias mihi placet Ruhnkenii ἡμερουμένου. Vulgatum πλάνος mutandum fuit. Ingenii magni reliquias et notas sat claras afferre vult Longinus. Atqui seruato τῷ πλάνος, postquam graue illud et egregium dixit, *magnitudinem quasi refluentis in se maris apparere,* addit sententiam a re proposita alienam, et qua laus illa plane tollitur, *apparere etiam oberrationem per fabulas et res incredibiles:* quae sententia prorsus est puerilis, praesertim in fine huius periodi posita. Scripsi ergo, quod Ruhnkenio et aliis placebat, πλάνοις: quod et faciliorem praebuit errorem, quam illa, quae Cl. Toupius vera censebat, Ὀδυσσέως πλάναις. Ingeniose quidem Morus: „πλάνος: Oberrat per fabulas, vt residuae exuberantis Oceani aquae per campos:" sed vt largiar, πλάνον hoc sensu fuisse vulgo vsurpatum, (nam per se sine coniuncta εἰκασίᾳ obscurum esset) tamen maneret graue illud vitium, quo prior laus Homeri tollitur.

§. 14. περὶ τὸν Κύκλωπα] Odyss. ι, 182.

τοῦ πρακτικοῦ κρ. τὸ μυθικὸν] Interpretes τὸ πρακτικὸν capiunt vt supra δραματικὸν, itemque μυθικὸν vt διηγηματικόν. Mihi rectius videtur illud interpretari *quod ex ipsis actionibus vitae ductum est,* siue ἐκ τῆς ἀληθείας, vt supra dicitur; μυθικὸν autem *fictum.*

ὡς εἰς λῆρον ἐνίοτε ῥᾷστον] Si ῥᾷστον est *facillime,* repugnare videtur τῷ ἐνίοτε. E multis enim exemplis illud cognitum habere debebat auctor, si *facillime* fit. Quod si hoc vere dicit, non fit *interdum*, sed *saepe.* An ῥᾷστος est aliquando *languidus, viribus carens?* Conuenit certe τῷ ῥαστωνεύειν et cognatis verbis: et hic locus multo melius haberet, si ῥᾷστον isto sensu pertineret ad λῆρον.

κατὰ τὴν ἀπακμὴν] Exstat quidem ἀκμὴν in Par. El. Vat. 3. et pr. editione; sed Manutius ἀπακμὴν inuexit, ceterique secuti sunt, probante Pearcio. Recte. Morvs.

τὰ π. τ. ἀσκὸν] Odyss. κ, 17. ss.

ἐν Κίρκης συοφορβουμένους] Libri omnes, *ἐκ Κίρκης.* quod neutiquam sollicitandum. Idem *ἐκ Κίρκης* et *ὑπὸ Κίρκης.* quomodo non raro loquuntur Graeci, Aelianus inprimis et Herodotus. Quod et recte obseruauit cl. Wesselingius. Confer Suid. v. *Σωμασκία.* Eadem locutio restituenda Plutarcho II. p. 62. *Ἅπαντας, ὥσπερ ἐκ Κίρκης μεταμορφωθέντας, ἀμουσία καὶ λήθη καὶ εὐήθεια κατέσχε.* Ita sine dubio legendus et distinguendus iste locus. Recte Interpres, *Vniuersos veluti a Circe transformatos.* *Ὑπὸ τῆς Κίρκης μεταμορφωθέντας* vocat Schol. ad Theocrit. IX, 35. Huc facit Crates in Epist. p. 347. *ταῦτα γὰρ τοὺς γέροντας ἀποθηριοῖ, ὥσπερ τὰ ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΚΙΡΚΗΣ φάρμακα.* Quod perinde est. Illud autem *συοφορβουμένους* rarum et festiuissimum est. Respexit Noster ad Homer. Odyss. *K*, 241.

— — *τοῖσι δὲ Κίρκη*
Πάρ ῥ' ἄκυλον, βάλανόν τ' ἔβαλεν, καρπόν τε κρανείης
Ἔδμεναι, οἷα ΣΥΕΣ χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσιν.

Tovpivs.

Mirum, nonnullos *ἐν* pro *ἐκ*, vt necessarium, scripsisse. *In aedibus* sane *Circes* pascebantur; sed non minus *a Circe.* Tironibus autem notum est, *ἐκ* pro *ὑπὸ* quam saepissime poni.

παρατρεφόμενον] *qui simul, pro opportunitate data, nutriebatur.* Sic apud Plutarchum *π. παίδων ἀγ.* c. 17. adulatores puerorum dicuntur *μάτην παρατρέφεσθαι,* frustra *in consortio puerorum* ali, si quando nihil mali agant. Et sic alibi *παράτροφος* est, *qui cum altero educatur.* Nihil ergo absurdum aut ineptum significatur, quod in narratione Homerica insit. Hanc enim vim tribuebat praepositioni *παρὰ* hoc in verbo vir doctus in Actis Eruditorum, vt Morus in Animaduerss. notauit.

ἄσιτον] Recte statuimus, aut nomen *Ὀδυσσέα*, aut eius circumlocutionem hic excidisse. Nulla causa est, cur auctor illud omittere voluerit. Ad plenam et perspicuam sententiam necessario id poscitur, vt, quemadmodum verbo *παρατρέφειν* additum est *Δία* et deinde dicitur *μνηστηροφονίαν*; non *φόνους*, sic h. l. adiectum fuerit *Ὀδυσσέα.* Tollius hoc ipsum addidit post *ἄσιτον.* Res sumta est ex Odyss. *M*, 447.

τοῦ Διὸς ἐνύπνια] Videntur antiqui, quidquid eximium videri volebant in suo genere, Ioui tribuisse: vt Iuuenal. *Et Iouis auribus ista seruas.* *Διὸς ἐγκέφαλος* pro *ciborum deliciis*, *Διὸς γάλα*, *quod in cibis insigniter lautum esset*, veteres appellabant. Ex hac loquendi consuetudine, quae sit sententia huius *ἐπικρίσεως*, intelligimus, insomnia quidem esse, sed *Iouis insomnia*, id est, in insomniorum genere praestantissima. Sic *Διὸς ἄνθος*, *amaracus*, vnde *amaracinum vnguentum nobile* conficitur. Petra. Adde versum Ennii a Fabro laudatum de scaro pisce: *Scarum praetereo, cerebrum Ioui' paene supremi.* In his facilius acquiescimus, quam in eo quod nimis breuiter Portus adscripsit verbis propositis: „*παροίμιον, λῆροι.*" Sensum quidem talium facile assequimur: sed vel hanc ob causam dicta minus peruulgata illustrari conuenit, vt de scriptura minus subeat dubitare.

§. 15. *προςιστορείσθω*] Legendum puto *προςιστορήσθω*. Non cognosci iubet auctor quae in Odyssea narrantur, sed rationem affert alteram, cur ipse ea per digressionem tetigerit. Itaque non praesentis temporis imperatiuus poscitur, sed praeteriti. Hoc et Tollius in versione expressit, etsi *ει* in verbo ipso seruauit. Vertit ille: *Esto et haec altera huius digressionis ratio.* His scriptis cognoui, Vat. c. habere *προςιστορήσθω*.

εἰς ἦθος ἐκλύεται] Quare? quia *genus moratum* (Horat. *morata fabula*) tranquillum et lene est, et naturae, quae *σπεύδει βραδέως*, plane conueniens. Itaque optime Halicarnasseus p. 164. num. 36. et qui *ἠθικῶς* scribunt, illi *ἀφελῶς* (*simpliciter*) scribere dicuntur Hermogeni non vno loco. etc. Faber.

SECT. X.

§. 1. *Φέρε νῦν, εἴ τι καὶ ἕτερον ἔχοιμεν, ἐπισκεψώμεθα*] Manutius cum nonnullis libris scriptis, *ἔχομεν*. Recte. Noster sect. 1. *φέρε, εἴ τι δὴ ΔΟΚΟΥΜΕΝ ἀνδράσι πολιτικοῖς τεθεωρηκέναι χρήσιμον, ΕΠΙΣΚΕΨΩΜΕΘΑ.* Deinde recte Tollius, *τῶν ἐμφερομένων ἐκλέγειν ἀεὶ τὰ καιριώτατα.* *Τὰ ἐμφερόμενα* sunt *quae in re insunt.* Longin. Sect. 12. *τῶν ΕΜΦΕΡΟΜΕΝΩΝ τοῖς πράγμασι μορίων.* Hierocles de Prouid. p. 242.

Ἀλλὰ γὰρ ταῦτα μέν ἐστιν ἰδεῖν τῷ τοῦ ἀνδρὸς ΕΜΦΕ-ΡΟΜΕΝΑ γράμματι. Erotian. in Prooemio ad Hippocrat. *ΤΑΣ ΕΜΦΕΡΟΜΕΝΑΣ αὐτοῦ τοῖς συγγράμμασι λέξεις.* Sozomen. Eccles. Hist. lib. 2. p. 79. *τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ΕΜΦΕΡΕΤΑΙ ΤΟΙΣ ΠΕΠΡΑΓΜΕΝΟΙΣ.* Tovpivs. Pro *ἔχοιμεν* si qui codd. habent *ἔχομεν* (de quo valde dubito) hoc et mihi placet. Sed frequens est optatiuus post *εἰ* hoc in libello, et est modesti et quodammodo dubitantis. Ceterum auctor fortasse scripsit hoc ordine: *τὰ ἀεὶ καιριωτατα*, non *ἀεὶ τὰ κ.* Illud certe poscit, si non flagitat, vsus. Vid. dicta ad 44, 6.

ἐπισυνθέσει] Fortasse *ἐπισυνδέσει*: sequitur enim *ἐπισυνδῆσαι.* Portvs. Imo Longinus studiosus est varie commutatae orationis. Itaque §. 3. eandem rem *τὴν εἰς ταυτὸ συναίρεσιν* appellat; et 11, 3. *εἰς ἑνότητα σύνταξιν.*

ὃ μὲν γὰρ τῇ ἐκλογῇ] Manutius, *τὸ μὲν — τὸ δὲ.* Quare locus ita constituendus videtur: *τὸ μὲν γὰρ ἡ ἐκλογὴ τῶν ἄκρων λημμάτων, τὸ δὲ ἡ πύκνωσις τῶν ἐκλελεγμένων τὸν ἀκροατὴν προσάγεται. Partim enim delectus circumstantiarum, partim constipatio electarum auditorem conciliat. τὸν ἀκροατὴν προσάγεσθαι* est *auditorem allicere, conciliare.* Aristides Vol. 2. p. 130. *τὰς ψυχὰς ΠΡΟΣΑΓΕΣΘΑΙ τῶν ἀκουόντων.* Polybius X, 18. *Καὶ τοὺς μὲν παῖδας καθ᾽ ἕνα ΠΡΟΣΑΓΟΜΕΝΟΣ καὶ καταψήσας θαῤῥεῖν ἐκέλευε.* Athenaeus lib. 4. p. 188. *Ὥσπερ γὰρ ὅταν φέγγος ἐν νυκτὶ παρῇ, πάντων ΠΡΟΣΑΓΕΤΑΙ τὰ ὄμματα, οὕτω καὶ τὸ Αὐτολύκου κάλλος πάντων ἐφέλκεται ὄψεις ἐφ᾽ ἑαυτό.* Ceterum hic locus glossema olet: quae ratio fuit, quod eum vncis incluserimus. Tovpivs. Audacior est et minime necessaria mutatio datiuorum *τῇ ἐκλογῇ* et *τῇ πυκνώσει.* Nam *τὸ μὲν* et *τὸ δὲ* vniuerse capi possunt, *aliud* (huiusmodi corpus) .... *aliud* etc. Vsitatior sane est pluralis numerus (*τὰ — τὰ —*) in talibus rebus vniuerse significandis: sed nec singularis numeri exempla desunt. Sed sic potius statuendum puto. Vtramque curam in vna eademque re vult adhiberi, et vtramque virtutem vbique coniunctam reperiri. Erit ergo *Τὸ μὲν ... τὸ δὲ et ..., et*, siue *partim ... partim;* quod alias et *τοῦτο μὲν ... τοῦτο δὲ* dicitur: et datiui commode locum tuebuntur,

cum vertendum sit: (*Tale corpus*) *et delectu adiunctorum, et arcta eorum coniunctione delectat.*

τὸν ἀκροατὴν] Incommodus est locus huius verbi. An omnino non est Longini? Hoc suspicari subit.

τῶν λημμάτων] Non ego cum Fabro voci *λημμάτων* aliquid, nempe *ἄκρων*, adiungendum esse iudico, cum *τὸ λῆμμα* etiam absque epitheto sublimes quosdam in dictione ausus notare possit. Sic apud Heliodorum p. 88. *audaciam, ausus*, vt et p. 277. et 438. Moeris Atticista h. v. notat: hoc sensu per simplex *μ* scribi apud Atticae venustatis obseruantiores. *Λῆμα, δι' ἑνὸς Μ, τὸ θάρσος· διὰ δὲ δύο, τὸ λαμβανόμενον*, (*lucrum*). *ἀδιαφόρως Ἕλληνες.* Eamque scriptionem suo etiam iudicio firmat Lucianus Pseudosoph. p. 434. *Εἰπόντος δέ τινος, λῆμμα* (*audacia*) *πάρεστιν αὐτῷ, διὰ τῶν δύο μμ, οὐκοῦν, ἔφη, λήψεται, εἰ λῆμμα αὐτῷ πάρεστιν.* Schol. Aristoph. in Ran. v. 492. *Λῆμά ἐστι τὸ φρόνημα· λῃματιᾷς οὖν, μέγα φρονεῖς.* Adde not. Ill. Spanhem. ad Aristoph. Nub. v. 456. Herodot. L. V. p. 164. *λήμματος πλέος.* STEINHEILIVS. Egerunt de hoc discrimine et alii, vt Graev. ad Lucianum l. l. Valkenar. ad Ammonium v. *λῆμμα.* Wesseling. ad Diod. Sic. II, 58. Hic autem *λῆμμα* sensu maxime proprio dicitur, *quod sumtum* (siue *delectum*) *est.* Bene Morus hanc in rem comparat 40, 4. et 43, 1. nec non ex h. l. *λαμβάνειν* et ex §. 3. *ἐκλαμβάνειν* et *λῆψιν*, additque Dionysii Halic. T. II. p. 83. *ἡ λῆψις τῶν παρακολουθούντων.*

ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς] Recte Morus vertit. Vid. ad 34, 1.

Ποῦ δὲ τὴν ἀρετὴν ἀποδείκνυται;] Recte Faber, *ταύτην τὴν ἀρετήν.* Dionysius Halicarn. in Lysia: *Νῦν δὲ ὁ πλοῦτος τῶν κυρίων ὀνομάτων ἐκ πολλῆς αὐτῷ περιουσίας ΑΠΟΔΕΙΚΝΥΤΑΙ ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ΑΡΕΤΗΝ.* TOVPIVS. Ego prorsus non assequor, quomodo iam Tollius et Hudsonus e coniectura Fabri *ταύτην* addere sustinuerint, et cur Morus nihil aliud iis opposuerit, quam hoc, quod articulus vim pronominis demonstr. habeat. Nimirum vniuerse hoc praecipitur, adiunctis rerum res esse declarandas et exprimendas. Iam non magnae artis est, ac paene nullius artis, hoc praeceptum nosse et obseruare. Sed *ἡ ἀρετὴ* siue, vt §. 3 extr. dicitur, *ἡ ἐξοχὴ, quod maximum est in arte*, cernitur in adiunctis

καιρίοις, siue cuique rei conuenientissimis, et in iisdem arcte coniungendis in vnum; "dass man daraus" (vt nunc loquuntur) "einen gehörigen *Grouppe* bilde." Exemplo Sapphus hoc illustratur. Haec poëtria quod amoris adiunctum in carminibus adhibet, id non magnae laudis est. Sed cum in amore *τὰ ἄκρα* et *ὑπερτεταμένα* sint illa, quae postulantur, *καίρια*, in amore praesertim ipsius Sapphus, summam illa ostendit artem (*τὴν ἀρετὴν*) in his deligendis et apte coniungendis. Male ergo et Toupius *ταύτην* ante *τὴν ἀρετὴν* scribi curauit.

§. 2. *Φαίνεταί μοι*] Ad hanc oden, qua nihil elegantius vidit Graecia, manifesto respexit Lucian. in Amoribus. *Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν, δαίμονες οὐράνιοι, βίος εἴη διηνεκὴς οὗτος, ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου καθέζεσθαι, καὶ πλησίον ἡδὺ λαλοῦντος ἀκούειν.* Tovpivs. Exstant haec c. 46. Simile est quod ib. c. 15. narratur de adolescente, amore statuae, quae Venerem referebat, capto: *τὴν δ' ὅλην ἡμέραν, ἀπαντικρὺ τῆς θεοῦ καθεζόμενος, ὀρθὰς ἐπ' αὐτὴν διηνεκῶς τὰς τῶν ὀμμάτων βολὰς ἀπήρειδεν.* Ceterum vniuerse ad sensum odes monendum est, mulierem hic mulieris amore ardere; id quod erat Graecae petulantiae.

ὅστις ἐναντίον τοι etc.] Hunc locum praeter alios multos expressit Xenophon Ephes. II. p. 25. *τῷ δὲ ἄρα οὐδὲν ἔργον ἦν ἢ φιλεῖν Ἀνθίαν, καὶ ὑπ' ἐκείνης φιλεῖσθαι, καὶ λαλεῖν ἐκείνῃ, καὶ ἀκούειν λαλούσης.* Vide Ti. Hemsterhusium Miscell. Observ. T. IV. p. 287. qui recte legit: *ἀδὺ φωνούσας ἐπακούει.* Rvhnkenivs.

ὑπακούει] Non sollicitandum hoc puto nec permutandum cum *ἐπακούει*. Exquisitius enim illud vulgatum grauiusque dictum videtur; quasi *attente et cum silentio audit.*

καὶ γελώσας] Robortellus, *καὶ γελᾷς δὴ ἱμερόεν.* vnde fecimus, *καὶ γελάϊς δ' ἱμερόεν.* nam vocula ista in hoc odario saepius vtitur Sappho, quod et Faber obseruauit. Deinde legimus cum MSS. et Boiuino, *τό μοι 'μὰν καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν.* quod cum non caperent imperiti, reponebant *τό μοι τὰν.* Atqui illud *μοι* eleganter *παρέλκει.* Auctor Arimaspiorum infra:

Θαῦμ' ΗΜΙΝ καὶ τοῦτο μέγα φρεσὶν ΗΜΕΤΕΡΗΙΣΙΝ.

Quod male sollicitant. Verbum autem ἐπτόασεν vsitatissimum in rebus huiusmodi. Apollon. Rhod. I, 1232.

—— τῆς δὲ φρένας ΕΠΤΟΙΗΣΕΝ
Κύπρις —— Tovpivs.

Participium γελώσας, quod doctissimis viris inde a Manutio placuit, videtur omni modo tuendum; praesertim si antec. φωνεύσας (i. e. λαλούσης) recte seruauimus. Inscitus enim, quinimo ineptus est infinitiuus γελάϊς in eadem constructione verborum adiectus: et expressit item participium Horatius Carm. I, 22. *dulce ridentem ... dulce loquentem;* nec non Catullus 51. qui fere totam oden Latine vertit.

βροχέως] Hoc e fontibus haustum nouissimi editores seruarunt. Sed tacent de eo, vt fit, quos maxime audire oportebat. Pearcius, Vossio praeeunte, aduerbium esse statuit, et quidem Aeolicae formae pro βραχέως, quod vult esse *repente.* Sed hoc vsui loquendi aduersatur et valde languet, quia non exprimit eam obmutescendi celeritatem, quam natura rei flagitat. Equidem puto esse genitiuum a βρόχος, pro vsitatiori βρόγχος, *guttur.* Si genit. βροχέως (per ω) displicet, legamus licebit βροχέος. Tollium quidem, quamuis doctum et acutum interpretem, hic sequi non possumus. Legi enim vult βρόχε' ὥς με, vt sit idem quod βρόχεο (pro βρόχου) ὥς με. Abiectum illud ο et adiectum ὡς, quod et in prosa elegantius omittitur, videtur inscitum. Ad verbum sic interpretor: *e gutture ad me vocis nihil amplius venit.*

με φωνᾶς οὐδὲν ἔτ' ἴκει] Sic scripsimus. MSS. fere omnes εἴκει, quod Aeolice dicitur pro ἥκει. Sed ἥκει nullum locum hic habet. Quare nullus dubito, quin scripserit Sappho ἴκει. quod secundum morem atque consuetudinem Aeolum est, qui leni spiritu gaudent. Puella doctissima apud Philosophum in Rhetor. I. 9.

Αἰ δ' ΙΚΕ σ' ἐσλῶν ἵμερος ἢ καλῶν.

Ita legendus iste versiculus, atque ita laudat Iosephus Scaliger ad Eusebium et in Catalectis. In proximo versu legimus cum Manutio,

Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἐάγη, ἂν δὲ λεπτὸν.

Nec aliter edidit Vrsinus. Quin et Plutarchus ita legisse videtur Tom. 2. p. 81. Lucretius, *infringi linguam,* quod ex Sappho mutuatum. Ceterum notanda hic συνί-

ζησις, de qua nos in Curis Nouiss. ad Suidam. Tovpivs. Cur εἴκει nullum hic locum habere possit, ego non video. Seruaui ergo, quod Pearcius et Morus e libris vett. ediderunt.

κάμμεν γλῶσσα ἔαγε] pro *γλῶσσα μὲν κατέαγε*, *lingua infracta est.* Seruaui et hic, quod librorum auctoritas iubere videtur, *ἔαγε.* An hoc, quod dicitur perfectum medii, vim passiuam et alibi habeat, nescio; sed ex analogia probabile est, et certe insolentiora tale carmen ornant.

Ὀππάτεσσι δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦσ' Ἐν δ' ἀκοαί μοι] i. e. *ἐμβομβεῦσί μοι.* Synesius Epist. 123. *ΕΜΒΟΜΒΕΙ μου ταῖς ἀκοαῖς ἡ θαυμαστή σου τῶν σοφῶν λόγων ἠχώ.* Plato in Critone: *ΕΝ ΕΜΟΙ ἡ αὐτὴ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων ΒΟΜΒΕΙ, καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν.* Tovpivs.

τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύσην] Primum verbum positum esse volunt pro *τεθνάκεν* siue Att. *τεθνηκέναι.* Sequentia minus laborant. Nempe *ὀλίγω* est gen. Aeol. pro *ὀλίγου* et *'πιδεύσην* pro *ἐπιδεύσειν* siue Att. *ἐπιδεήσειν.* Itaque constructio est: *Φαίνομαι δ' ἄπνους, (ὥςτε) ὀλίγου δεῖν τεθνηκέναι: spiritum non duco, ita vt parum absim a morte.*

Φαίνομαι ἄπνους] Sic scripsimus cum Manutio, quem et secutus est Vrsinus: nam Isaaci Vossii emendatio ineptissima est. Poteris quidem, idque, opinor, verius, scribere,

Φαίνομαι ——

Ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένητα.

Vt nomen alicuius exciderit. Sed in his reliquiis, quas magis magisque corruperunt viri docti et indocti, nihil certi definiri potest.

Dum omnia, quae in amore insunt mala, percurrimus, succurrit locus Plauti in Curculione, vbi *morbi hepatarii* mentio est; de quo variae fuerunt hominum sententiae. Est autem Act. II. Sc. 1.

PA. *o scelerum caput,*
Salueto. quid agis? CA. *Viuo.* PA. *nempe vt dignus es.*
Sed quid tibi est? CA. *lien necat, renes dolent,*
Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur,
Radices cordis pereunt, hirae omnes dolent.

PA. *Tum te igitur* MORBVS *agitat* HEPATARIVS.
CA. *Facile est miserum irridere.*

Ad quem locum nonnulla scripsit Tan. Faber in Epistolis, quae plane *ἀπροςδιόνυσα* sunt, et nullius pretii. Morbus hepatarius est *morbus amatorius.* nam *ἧπαρ* siue *iecur* est sedes amoris. de quo Schol. ad Horat. lib. IV. Od. 1. Atque hinc intelligenda poena Tityi, cuius meminit Horatius III, 4.

Incontinentis nec Tityi IECVR
Relinquit ales, nequitiae additus
Custos ——

Huc facit Theocritus XI, 15.

—— *ἔχων ὑποκάρδιον ἕλκος*
Κύπριδος ἐκ μεγάλης, ἥ οἱ ΗΠΑΤΙ πᾶξε βέλεμνον.

Ita scribendus iste locus ex libris MSS. Quod et in *Curis Posterior.* ad Theocritum notauimus. TOVPIVS. Cum haec interpretis egeant interprete, addendum est primo, Vossium pro *ἄπνους* reponi voluisse *ἄλλα*, quod ipse, vt Aeolicum, explicat „*ἀλάλη*, i. e. *muta, mortua.*" Sed iam Tollius monuit, poetriam iam ante dixisse de linguae et vocis vsu sibi ademto. Quod vero Toupius addit, verius, vt ipse opinatur, scribi posse *Φαίνομαι* — vt nomen alicuius exciderit, id plures ob rationes videtur probandum. Nam in nullo codice nec in ed. 1. verbum *ἄπνους* exstat, sed solus Manutius id protulit, fortasse ex ingenio. Nomen autem puellae, cui carmen inscriptum est, aliquo loco diserte poni oportuisse videtur: id hic fortasse excidit. Nec male coniicias scriptum fuisse sine hiatu *Φαίνομ'* et deinde verbum quodcunque trium syllabarum, quod versum Adonicum absolueret.

ἐπεὶ πένητα —] Opinor Longinum non plus ex ista Sapphus ode citasse, quam quod iam habemus: reliqua enim odes pars non (ut coniicere est) amplius illa, quae amantibus accidunt, mala descripsit: videtur Sappho in sequentibus velle se consolari, aut potius fortem animum contra foeminae illius amatae iniurias gerere. PEARCIVS.

§. 3. *ὑπ' αὐτὸ*] Recte Langbaenius, *Sub idem tempus, Simul.* Quod vel ex sensu loci manifestum. Idem *ὑπ' αὐτὸ* et *ὑπὸ τὸ αὐτό.* quomodo locutus est Plutarchus in Quaest. Roman. p. 284. *Ἐμήνυσε βαρβάρου τινὸς ἱππι-*

κοῦ θεράπων τρεῖς παρθένους τῶν ἑστιάδων; Αἰμιλίαν καὶ Λικινίαν καὶ Μαρτίαν ΥΠΟ ΤΟ ΑΥΤΟ διεφθαρμένας. ubi recte Interpres, *sub idem tempus vitiatis. Κατ' αὐτὸ* vocat Herodian. I, 37. et Hesychius v. *Γενεά. Κατὰ τὸ αὐτὸ* Lucas Act. Apost. XIV, 1. quocum facit Aelian. Var. Hist. XIV, 8. Quod perinde est. Subintelligitur autem *χρόνου* siue *καιροῦ*. Herodian. I, 44. *ἐγένοντο δέ τινες ΚΑΤ' ΕΚΕΙΝΟ ΚΑΙΡΟΥ διοσημίαι.* Polyaenus Strat. VII, 41. *ἔτυχε δὲ βασιλεὺς ΚΑΤ' ΕΚΕΙΝΟ ΤΗΣ ΩΡΑΣ ἑστιώμενος.* Suetonius in Nerone: *Quare nunquam postea se publico* illud horae *sine tribunis commisit.* Ceterum corrigendus hac occasione Hesychius: *Εὐήθης γυνή. ἡ καλὰς ὑπ' αὐτὸ ἔχουσα διατριβάς.* Scribendum sine dubio: *ἡ καλὰς ΥΠ' ΑΣΤΥ ἔχουσα διατριβάς. Quae amoena haberet loca suburbana.* Poteris etiam legere, *Εὐήθης γύη.* quod cl. Hemsterhusio visum: qui omnino ad Hesychium consulendus est. Tovpivs.

τὴν ψυχὴν, τὸ σῶμα] Hoc deinceps ostenditur per partes. *Τὰς ἀκοὰς ... τὴν χρόαν* auctor, vt praecipuas corporis partes, ipsius corporis nomine complectitur: animum autem pereuntem quaerere videtur extremis illis: *τεθνάκην δ' ὀλ.* etc.

διοιχόμενα ἐπιζητεῖ] Mori versio lectorem videtur monere, his verbis significari *ἐπισύνθεσιν* illam siue *πύκνωσιν*, de qua §. 1. dicitur. Sed haec deinceps commemoranda dicitur *ἡ εἰς ταυτὸ συναίρεσις.* Itaque *διοιχόμενα ἐπιζητεῖ* grauiter dictum esse puto pro *διοίχεσθαι λέγει.*

ἀλογιστεῖ, φρονεῖ ... τέθνηκεν] Corruptum et interpolatum locum sic restitue: *ἀλογιστεῖ, φρονεῖ, πτοεῖται, ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν.* Voces *ἢ γὰρ* natae sunt ex sequentibus *ἢ παρ'*. *Πτοεῖται* respicit verba Sapphonis: *Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν.* Notum est, *πτοεῖσθαι* in vehementi amore quasi domicilium habere. Vide Ernestum ad Callim. H. in Dian. 190. *Φοβεῖται* si quis retinere malit, referendum ad verba: *τρόμος δὲ πᾶσαν ἀγρεῖ.* Et sic Aristaenet. II, 5. Sapphus odarium ob oculos habens: *Πυκνὰ παλλομένης ἐφάπτομαι τῆς καρδίας, καὶ δεινῶς ἐκπηδᾷν καὶ φλέγεσθαί μοι δοκεῖ — θεωροῦσα δὲ τὸν καλὸν, αἰδοῦμαι, φοβοῦμαι, ὑφ' ἡδονῆς πνευστιῶ.* In quo loco pro *φθέγγεσθαι* scripsimus *φλέγεσθαι* cum Valckenario nostro. Plutarchus T.

II. p. 550. E. quanquam in alia re: *μηδ᾽ ὅτε μάλιστα φλέγεται καὶ σφαδάζει Πηδῶν ὁ θυμὸς τῶν φρενῶν ἀνωτέρω*, ex Euripide, vt opinor. Rvhnkenivs. Sappho *ἀλογιστεῖ* per omnes versus, excepto vltimo; *φρονεῖ* autem, quia vltimo versu ad se redit, et quocunque modo aliter se acturam esse significat. Ceterum ego totum hoc, *ἢ γὰρ φ. ἢ π. ὀλ. τέθνηκεν*, vt Grammatici scholion puto a verbis Longini esse remouendum. Glossator ille *φοβεῖται* suum retulit fortassis ad *ἐπτόασεν*, aut ad *τρόμος δὲ πᾶσαν ἀγρεῖ*, in quo esse mentem sui compotem posuit, ita vt auctor dicere posset, *φρονεῖ*: sed ad *ἀλογιστεῖ* referri voluit *παρ᾽ ὀλίγον τέθνηκε*. Nam auctor in tota hac crisi *ἀσυνδέτως* et breuiter loquitur; propter quam breuitatem adeo eadem in periodo ad aliud exemplum transit: *ὅνπερ, οἶμαι, καὶ ἐπὶ τ.* etc. Itaque particulae *ἢ... ἢ* et *γὰρ* offendunt, et ipsa sententia nexum rerum paene tollit; qui certe, remotis illis, aptior arctiorque videtur.

§. 4. *Ὁ μὲν γὰρ τὰ Ἀρ. π.*] Aristeas Proconnesius, quem commemorat Herodotus IV, 13 ss. et recentiores Herodoto bene multi. Vid. praeter alios Vossius de Historicis Graecis.

Θαῦμ᾽ ἡμῖν] Vox *ἡμῖν* eleganter *παρέλκει*. Sic non semel Sappho: de quo nos supra. Deinde legitur, *Δύστηνοί τινές εἰσιν*. Atque hinc commendanda doctissimi Marklandi emendatio ad Max. Tyr. I, 1. *Οὐδὲ πείσεται ὅπερ τῶν πλεόντων οἱ ΔΥΣΤΗΝΟΙ ΤΙΝΕΣ καὶ θαλάττῃ πρῶτον ἐντετυχηκότες· οὓς ἐὰν καὶ σμικρὸς ὑπολάβῃ κλύδων, ἐκπλαγέντες τῇ ἀηθείᾳ, καὶ καταλιπόντες τὴν ναῦν, καὶ ἀμελήσαντες τῆς σωζούσης τέχνης, παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ κύματι, καὶ προαναλώθησαν τῆς νεώς.* Ita legendus videtur iste locus, qui sane elegans est. Tovpivs. Pronomini *ἡμῖν* nullus hic est elegantiae locus: sed aut in *ἢ μὴν* e Fabri coniectura, aut in aliud mutandum est. Mirabilis est haec Langbaenii ad v. 3. explicatio: „*δύστηνοί τινες*, hoc est, *πάντες τινὲς*, *omnes*.“ Imo pronomen *τὶς* augendi vim habere, notum illi esse debebat. Copiose de hoc eius vsu egi in Pleonasmis Graecis. Ergo *Δύστ. τινες* sunt *homines miserrimi*. Marklandi a Toupio commemorata emendatio ad Max. Tyr. ad nos nihil pertinet. Sed addere licebit, mutationem verbi *δυσάντιδες* in *δύστηνοί τινες* non videri facilem, neque loco illi conue-

nientem. Certe non apparet, quomodo ex hoc Arimaspeorum versu illa emendatio commendetur.

ψυχὴν δ' ἐν πόντῳ ἔχουσιν] Meminisse debemus, quod Longinus clare significat, hos Arimaspeorum versus esse particulam loci, quo describitur *tempestas maritima.* Iactatis ergo in mari procelloso Arimaspis *vita pendebat e fluctibus: nunquam non illi expositi erant mortis periculo.* Hic est verborum haud dubie sensus, qui et *ψυχῆς* verbo conuenit. Interpretes hic nihil conati sunt expedire.

σπλ. κακῶς ἀναβαλλομένοισι] *Σπλάγχνα ἀναβάλλειν* dicuntur *nauseantes.* Plutarch. T. II. p. 831. C. *ἐμοῦντος τοῦ ἑτέρου, καὶ λέγοντος τὰ σπλάγχνα ἐκβάλλειν.* Forte etiam Graeci *ἀναβάλλειν* simpliciter dixerunt pro *vomere*, vt Latini *reiicere.* Sueton. Aug. 77. *Si excepisset senos sextantes*, reiiciebat. vbi vide Burmann. RVHNKENIVS. *Σπλ. κ. ἀναβαλλομένοισι* neutiquam sollicitandum est. Idem *ἀναβαλλόμενος* et *ἀναπαλλόμενος.* Quod de *cordis subsultatione* siue *praecordiorum tremore* intelligendum est. Confer Schol. ad vocem *Ἀφοβόσπλαγχνος* apud Aristoph. Ran. 499. Vopiscus in Caro: *Eo vsque grauata est nostra respublica Punicis bellis ac terrore Pyrrhi, vt mortalitatis mala* PRAECORDIORVM TREMORE *sentiret.* Respexit autem Auctor Arimaspiorum ad Homer. Il. O, 627.

— *Τρομέουσι δέ τε φρένα ναῦται*
Δειδιότες —

Quare non male Petrus Paganus,

Tendentes duplices ad coeli sidera palmas
Orant saepe deos, formidine membra soluti.

Quod nautis solenne est. Ionas I, 5. *Καὶ ΕΦΟΒΗΘΗΣΑΝ οἱ ναυτικοὶ, καὶ ἀνεβόησαν ἕκαστος πρὸς τὸν Θεὸν αὐτοῦ.* Atque hac occasione corrigendus Anaxandrides Comicus apud Athenaeum lib. 15. p. 688.

— *ὦ πονηρὰ καρδία,*
Ἐπιχαιρέκακον ὡς εἶ μόνον τοῦ σώματος,
Ὀρχῇ γὰρ εὐθὺς, ἂν μ' ἴδῃς δεδοικότα.

Ita scribendi sunt isti versiculi, quorum mentem minus perspexit vir doctissimus ad Ammonium. Huc referendus Plautus in Aulularia,

Continuo meum cor coepit artem facere ludicram,
Atque in pectus emicare —

Confer omnino Homer. Il. *K*, 94. qui harum venustatum fons et origo est. Ceterum Ruhnkenius noster de *nausea* siue *vomitu* intelligebat, quod et Langbaenio et Pearcio placebat. Tovpivs. Haec Toupii explicatio si non certa et vera est, saltem probabilior videtur aliorum explicatione. Mori interpretatio est durior: sed ineptissima eorum, qui de *nausea* et *vomitu* hic agi putarunt; quae res est a tali loco alienissima, et apta quidem illis, qui primum in mari nauigant, sed nequaquam populo, qui habitat in mari. Ad verbum igitur vertas: *praecordiis misere trementibus.*

Παντὶ μὴν, οἶμαι, δῆλον] Legendum forsan, *παντὶ μὲν οἶμαι δῆλον*. Dio Chrysost. in Euboica: *Οὐκοῦν τόδε ΜΕΝ ΟΙΜΑΙ ΠΑΝΤΙ ΔΗΛΟΝ.* Sed illud *μὴν* non agnoscunt libri nonnulli. Tovpivs. Exemplo hic non opus erat. De particulae optione disputatio leuis est. Sed recte seruamus *μὴν*, quoniam MSS. id suppeditant. Sed et per se aptum est, modo ita vertas: *Cuivis sane patet*, (*opinor*, siue) *haud dubie.*

ὡς πλέον ἄνθος ἔχει τὰ λεγόμενα ἢ ΔΕΟΣ] Sic scribe. *Plus in his inesse venustatis quam terroris.* Nihil verius. Longinus infra, *Πλὴν μικρὸν αὐτὸ καὶ ΓΛΑΦΥΡΟΝ ἐποίησεν ἀντὶ ΦΟΒΕΡΟΥ.* Quod tantundem est. Tovpivs. Ego, pace Longini dixerim, non video neque flosculos neque lepores istos, neque suauitatem. Deerat fortasse aliquid, quod imperitus aliquis voluit de suo addere, atque ita, dum aliquid attulisse se putauit, nihil attulit. Portvs. Ergo Portus existimabat, haec non esse Longini. Sed conueniunt certe cum primis illis, *ὁ μὲν ... οἴεται δεινά*. Respiciebat autem P., sicut et Toupius, ad lectionem *ἡδέως*, aut *καὶ ἡδέος*, pro quibus recte adsciuimus *ἢ δέος*, etsi Tollius plusculum ausus posuit *ἄνθους ... ἢ δέους*. De iudicio Longini aliquid addere commodum puto. Faber, eo probato, versum, *Ὄμματ' ἐν ἄστρο.* etc. plenum dicit esse frigoris et ignaviae. Sed nobis hodie versus fortasse est obscurior. Oppositio tamen sola *oculorum* et *animae* non videtur iusta: numeri possunt probari: cetera optime habent. Mihi hoc auctoris non placet, quod dicit, illa poetae *δεινὰ* esse visa. Certe, nisi quaedam ex illis interciderunt, quae ipse excerpserat, ad commiserationem potius mouendam composita videntur.

§. 5. *ὁ δὲ Ὅμηρος πῶς;*] Hoc modo locutus est Dio Chrysostom. Orat. XXXIII. p. 399. *Ἀρχίλοχος μὲν οὕτως εἶπεν. Ὅμηρος δὲ πῶς;* Toupius. Locus Homeri est Iliad. *O*, 624 ss.

§. 6. *Ἄρατος*] Phaen. v. 300. Loquitur de tempestate, quam *αἰγοκερέως*, quae est prima aquarii stella, coniunctio cum sole excitat. Morus.

πλὴν μικρὸν etc.] Quantum sentio, *minutum et exile* fecit Aratus ipsa imagine tabulae, qua seruatur nauta; est enim rei minutae imago; *nitidum* vero fecit epitheto, quo sane viuidior fit imago, sed periculi cogitatio eleuatur: nam si *exigua* tabula submouet Orcum, non est, quod naufragus timeat.

οὐκοῦν ἀπείργει] Scribe, *ἤγουν ἀπείργει.* Est enim explicatio verbi *ἐρύκει*, quam recte omittit editio prima, Tollio etiam iudice p. 385. Ruhnkenius. De hac Ruhnkenii crisi dubito. Equidem opinor, Longinum verbo vsitatiori paullo et clariori repetere ideam praecipuam. *Ergo distinet tamen*, inquit; atque ita fines periculo sunt positi: qua quidem re terroris cogitatio sublata est. Ita discrimina synonymorum Longinus vsu ipso nota significat 12, 4. in *σκηπτῷ* et *κεραυνῷ*.

Ὁ δὲ ποιητὴς οὐκ εἰς ἅπ. sqq.] Cupidius auctor h. l. agens infeliciter argutari videtur. Nam per se tantum extrema loci Homerici, *τυτθὸν γ. ὑπ. θ. φέρονται*, cum verbis Arati comparanda sunt. Qua in comparatione si Homerum vituperare placet, in promtu est dicere: *Ἔτι δὲ παρώρισε τὸν κίνδυνον, εἰπών, Ὑπὲκ θανάτοιο φέρονται. Οὐκοῦν διαφεύγουσι τὸν θάνατον.* Neque vero reprehendendus est auctor didactici carminis, quod periculosam nauigationem leuiter adumbrare maluit, quam praesentem et vndique intentatam horrendis imaginibus exprimere mortem. Iam vt extrema tangam, *ὑπὲκ* apud Atticos in prosa fortasse nemo ausus est dicere: sed apud Ionas id fuit haud dubie vsitatum. Nam *tmesis* apud Herodotum tam frequens non occurreret, nisi vsu loquendi fuisset introducta: et ea etiam aliis locis infinitis ab Homero vsurpatur, vbi nemo ei falsam picturae laudem tribuet. Quid? an etiam Odyss. *Γ*, 175 et *Ι*, 489, vbi prorsus eadem ratione dicitur *ὑπὲκ κακότητα φύγοιμεν*, casum naufragii expressum putemus? Alia etiam loca, vt video, Tollius eandem in rem congessit.

§. 7. ὁ Ἀρχίλοχος ἐπὶ τοῦ ναυαγίου] Magnus sine dubio artifex hoc in genere fuit Archilochus, vt e iudicio Quintiliani X, 1, 60 apparet.

Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν] Locus rhetorum laudibus nobilitatus in or. de corona c. 53.

τὰς ἐξοχὰς, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες] Comparatur, vt similis, locus Platonis Polit. II. p. 423. C. ὡς ἐῤῥωμένως ἑκάτερον τοῖν ἀνδροῖν, ὥσπερ ἀνδριάντα, εἰς τὴν κρίσιν ἐκκαθαίρεις. Vbi quid sit ἐκκαθαίρειν, rectius quam Pearcius, intellexerunt, qui eundem locum imitati sunt, Synesius Dione p. 56. D. et Eunapius Liban. p. 173. Sed loci Platonici diuersa ratio est. Ibi dicitur ἐκκαθαίρειν τι ὡς ἀνδριάντα· hic ἐκκαθαίρειν τα ἀριστίνδην, quod recte dici posse nego. Ne multa; Longinus scripserat: τὰς ἐξοχὰς, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀριστίνδην ἐπικρίναντες. Philo Iudaeus de Vita Mos. III. p. 516. F. τὰς δὲ τῶν ὑφασμάτων ὕλας ἀριστίνδην ἐπέκρινεν. Plura exempla dedimus ad Timaei Lex. Plat. p. 35. Superest tamen vna ratio vulgatae lectionis defendendae, vt ἀριστίνδην non cum ἐκκαθήραντες, sed cum ἐπισυνέθηκαν iungatur. Rvhnkenivs. Hunc locum frustra suspectum habuit Ruhnkenius. ἀριστίνδην ἐκκαθαίρειν est *pro dignitatis ratione seligere et castigare. delectu habito expurgare.* Quod ex sequentibus patet. Albini Introduct. in Dialog. Platon. Δεῖ πρῶτον ἐκκαθᾶραι τὰς ψευδεῖς δόξας τῶν ὑπολήψεων. Μετὰ δὲ τὸ ἐκκαθᾶραι, ἐπεγείρειν καὶ προκαλεῖσθαι δεῖ τὰς φυσικὰς ἐννοίας, καὶ ταύτας ΕΚΚΑΘΑΙΡΕΙΝ καὶ εὐκρινεῖς ἀποφαίνειν ὡς ἀρχάς. Quae verba notanda. Poteris etiam legere, ἀριστίνδην ἐκλέξαντες καὶ ἐκκαθήραντες. quomodo locuti sunt Polybius, Philo, alii: de quo vir doctissimus ad Timaeum. Sed nihil, opinor, necesse. Ceterum, dum hoc agimus, subleuandus Polybius VI. 8. qui a glossemate misere laborat: Οἱ κατ᾽ ἐκλογὴν ἀριστίνδην κεκριμένοι πάντες ἔμελλον ἀεὶ τῷ δικαίῳ προσνέμειν ἑαυτούς. Scribendum omnino: Οἱ ἀριστίνδην κεκριμένοι. Illud κατ᾽ ἐκλογὴν est non nisi interpretamentum vocis sequentis. Schol. ad Lucian. Vol. II. p. 651. Ἀριστίνδην, ἀντὶ τοῦ κατ᾽ ἐκλογήν. Tovpivs.

Λυμαίνεται γὰρ ταῦτα etc.] Difficilis locus, et vehementer vexatus, veruntamen posthac non amplius vexandus. Lege: Λυμαίνεται γὰρ ταῦτα τὸ ὅλον, ὡσανεὶ

ψήγματα, ἃ εἰς ἀραιώματα ἐμβύεται, τὰ μεγέθη συνοικοδομούμενα. *Haec enim omnino, veluti ramenta, quae rimis inculcantur, deformant magnificum et bene structum dicendi genus.* Nunc de mutationis, quam fecimus, ratione singulatim dicamus: τὸ ὅλον est *omnino, prorsus,* vt τὸ σύνολον §. XII. et XVII. ἀραιώματα sunt *rimae, fissurae* parietum. Strabo IV. p. 297. διόπερ οὐ συνάγουσι τὰς ἁρμονίας τῶν σανίδων, ἀλλ' ἀραιώματα καταλείπουσι. Monstrum vocis ἀραρινώματα Longino obtrudebat Tan. Faber, deceptus vitiosa Hesychii glossa: Ἀραρινοί. ὅσα παρασφηνοῦται λιθάρια εἰς τὰς ῥαγάδας. vbi nemo dubitet, quin corrigendum sit Ἁρμοί. Nam quae Latini *coagmenta lapidum, lignorum,* etc. Graeci ἁρμοὺς et ἁρμονίας dicunt, vt Strabo l. c. Euripides apud Lycurg. c. Leocr. p. 219.

Ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγείς.

Charax apud Schol. ad Aristoph. Nub. 508. καταλείψαντες ἁρμὸν λίθου. Ioseph. Antiq. I. 3. p. 13. λάρναξ τοῖς ἁρμοῖς ἰσχυρῶς ἐνδεδεμένη. Eadem vox restituenda Agatharchidi apud Phot. p. 1344. ἀναθέμενοι πέτρους αὐτοπαγεῖς ἐπὶ τῆς κοιλίας, οἱονεί τινας ἀραιούς. Scribe, vix litera mutata: οἱονεί τινας ἁρμούς. Verbum ἐμβύειν in hac re proprium est. Vlpian. ad Demost. c. Timocrat. p. 815. ἐν παραβύστῳ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν παραπληρωμάτων τῶν ἐμβαλλομένων ἐν ταῖς οἰκοδομίαις. Eadem translatione Lucian. T. II. p. 38. μεταξὺ εὐτελῆ ὀνόματα, καὶ δημοτικὰ, καὶ πτωχικὰ πολλὰ παρενεβέβυστο. Cicero Orat. 69. *Apud alios autem, et Asiaticos maxime, numero seruientes, inculcata reperies inania quaedam verba, quasi complementa numerorum.* et mox: *neque infarciens verba, quasi rimas expleat.* τὰ μεγέθη intellige *magnificam orationem,* vt sect. III. et XII. et aliis locis. Denique συνοικοδομούμενα scripsimus pro συνοικονομούμενα. Sic sect. XI. ἐποικοδομίαν ἔργων ἢ παθῶν. vt Fr. Portus bene emendat. et sect. XXXIX. τῇ τῶν λέξεων ἐποικοδομήσει. Rvhnkenivs. Locus plane conclamatus. Nonnulla, opinor, exciderunt, quae frustra ex ingenio suppleueris. Interea rescribo: Λυμαίνεται γὰρ ταῦτα τὸ ὅλον, ὡσανεὶ ψήγματα ἢ ἀραιώματα, ΤΑ ΕΜΠΟΙΟΥΝΤΑ ΜΕΓΕΘΟΣ συνοικοδομούμενα, τῇ τε πρὸς ἄλληλα σχέσει συντετειχισμένα. Quae non male

vertit Petrus Paganus: *Haec enim, quasi ramenta ac rimae, omnino labefactant ea, quae simul coagmentata et mutua conuenientia communita magnitudinem efficiunt.* *Τὸ ὅλον* est *omnino.* est et *totum corpus.* quod melius. Respexit enim Noster, quod nemo vidit, ad Demosth. de Coron. p. 584. *ταῦτα ἅμα ἐλυμήνατο τοῖς ὅλοις, ἕως ἀνέτρεψε.* Quem locum perperam sollicitauit cl. Taylorus. Duo sunt, inquit Longinus, quae orationem non minus quam aedificium deformant et labefactant, rimae et ramenta. *Τὰ ἀραιώματα* sunt *rimae* siue *interstitia.* Heliodorus Aethiop. lib. 9. *Ἐπειδὴ δὲ ἐπιβρίσαν τὸ ὕδωρ εἰς ὕψος τε ἤρετο, καὶ διὰ τῶν ΑΡΑΙΩΜΑΤΩΝ τῆς γῆς, οἷς μέλαινα καὶ εὔγειος οὖσα πρὸς τῆς θερινῆς ὥρας κατέσχιστο, πρὸς τὰ βάθη κατεδύετο.* *Angustias inanes* vocat Seneca Epist. 100. *Cum circumspexeris omnia, nullas videbis* ANGVSTIAS INANES. Non potuit melius Graecam vocem exprimere. Recte autem emendauimus, *τὰ ἐμποιοῦντα μέγεθος.* Hermogenes de Form. l. 5. *Διὰ δὲ τὸ κινδυνεύειν ἕνεκα ταύτης ἐκπίπτειν αὐτῷ τὸν λόγον εἰς τὸ εὐζωνότερον, κατέμιξεν αὐτῇ ΤΑ ΠΟΙΟΥΝΤΑ ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ.* Est etiam qui legat, *τὰ ἓν ποιοῦντα μεγέθη.* Quod speciem quidem habet. Sed Graeca nondum complanata sunt. TOVPIVS. De his extremis difficile est aliquid confingere, quod cum reliquiis verborum Longini apte coëat. Ego hoc excogitaui. *Λυμαίνεται γὰρ ταῦτα τὸ ὅλον, ὡςανεὶ ψήγματα τῷ οἰκοδομήματι ἀραιώματα ἐμποιοῦντα, καὶ οὐχ ἁρμόττοντα πρὸς τὰ τῷ μεγέθει καλῶς συνοικονομούμενα, τῇ τε πρὸς* etc. *Nam haec prorsus artificium corrumpunt; sicut ramenta, quae faciunt rimas in aedificio, neque conueniunt iis, quae propter magnitudinem recte locum capiunt in aedificatione, et inter se coagmentata bene construuntur.* Sententià Longini ea fere fuit, quam hic proposui. Nimirum caementa faber ad regulam et normam elaborat. His caementis si ramenta casu se insinuant, necessario exsistunt rimae, neque partes illae plane inter se coëunt. Oculi etiam offenduntur particulis illis non affabre tractatis et elaboratis, si compositae cum ceteris iustae magnitudinis et elaborationis speciem non praebent. — *τὸ ὅλον* poni solet aduerbialiter: de quo vid. Markland ad Max. Tyr. 17, 11 et 19, 6. Sic et *τὸ σύνολον,* quod infra occurrit 17, 1 et 44, 10.

S E C T. XI.

§. 1. Haec sectio ab insequenti non erat diuellenda, quia tantummodo transitum parat ad rem, quae deinceps fusius tractatur.

ἀρετῇ καὶ ἣν καλοῦσιν αὔξησιν] MS. Ambros. *ἣν καὶ καλοῦσιν*. quod perinde est. Deinde lege et distingue: *τοῦτο δὲ εἴτε διὰ τοπηγορίαν — (μυρίαι γὰρ ἰδέαι τῶν αὐξήσεων) ΓΙΝΟΙΤΟ*. *Hoc autem siue per communis loci tractationem, siue — (innumera enim sunt genera exaggerationis) fiat.* Verbum *εἰσὶ* reticetur: quod Longino solennè est. Tovpivs.

τῶν πραγμ. καὶ ἀγώνων] Morus in versione posuerat *quodlibet euentum et causa forensis.* Sed *πρᾶγμα* est vniuerse *argumentum*, siue *res*, *quae dicendo tractatur.* Sic Demetrius Phal. §. 133, 330 et alibi. Vid. et Ernesti in lex. technol. v. *πραγματικός*. Itaque illud mutaui, praesertim cum ipse §. 2 et 12, 2 *rem* interpretatus sit. Vid. et 15, 9 ad *ἐπιχειρήσεσιν*.

κατὰ περιόδους] Vertunt *in periodis.* Hoc res plane non patitur. *Περίοδος* potius est, quod nos dicimus *ein Abschnitt*; *caput* vel *pars libri certo loco terminata.*

ἐπεισκυκλούμενα] h. e. *praeter opinionem prolata et ceteris addita.* Est enim verbum a re scenica ductum. *Εἰςκυκλεῖσθαι* dicebantur res, quae per machinam, *κύκλον* dictam, ab oculis spectatorum auertebantur. Inde *ἐπειςκυκλούμενα* sunt *res, quae insuper accedunt et in eandem partem conuertuntur;* vt cum deus dicitur in fabula praeter opinionem accedere, cuius ope res impedita explicatur. Insignis est locus Luciani, quo Erasmus in Adagiis vtitur (prov. *Deus ex improuiso*) in Philopseude c. 29. Ibi disputanti aduersus alios et laboranti succurrit praeter spem Arignotus philosophus .... *Ἐπιστομιεῖ γὰρ, ἔλεγον, ὁ σοφὸς ἀνὴρ οὕτω τεράστια διεξιόντας· καὶ τὸ τοῦ λόγου, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπειςκυκληθῆναί μοι τοῦτον ᾤμην ἀπὸ τῆς τύχης.* Sic enim pro *ἐπειςκληθῆναι* legi volunt Guyetus, Kuster ad Aristoph. Thesmophor. 274. Markl. ad Max. Tyr. 23, 5 et alii. Eodem verbo Longinus vtitur 22, 4.

ἐπεισάγηται] Morus, nescio cur, actiue hoc positum statuebat, pro *ἐπειςάγῃ*. Imo passiuum est, et in versione ponendum: *alia aliis adduntur sublimia.*

§. 2. εἴτε δείνωσιν, ἢ πραγμάτων ἢ κατασκευῶν ἐπίῤῥωσιν] Haec Portus et Pearcius parum feliciter tentarunt. Lege: εἴτε δείνωσιν, ἢ πραγματικῶν κατασκευῶν ἐπίῤῥωσιν. Quam emendationem ipse Longinus confirmat Τέχνῃ Ῥητορικῇ p. 713. πολλὰ γὰρ τὰ κηλοῦντα τὸν ἀκροατὴν ἄνευ τῆς διανοίας, καὶ τῆς πραγματικῆς κατασκευῆς, καὶ τῆς ἠθικῆς πιθανότητος. Infra sect. XV. φαντασία κατακιρναμένη ταῖς πραγματικαῖς ἐπιχειρήσεσιν. RVHNKENIVS. Filio videbatur ita legendum et distinguendum: εἴτε δείνωσιν πραγμάτων, ἢ κατασκευῶν ἐπίῤῥωσιν, εἴτ' etc. Non male. Ita πράγματα erunt res, quae a causa ipsa suppeditantur, quibus per locum magnitudinis recte adhibetur δείνωσις: sed κατασκευὴ, *res ab oratore excogitatae* argumentis firmari debent siue ἐπιῤῥώσει opus habent.

(μυρίαι γὰρ ἰδέαι τῶν αὐξήσεων) γίνοιτο] Pro γίνοιτο, quod Mori auctoritate et Toupii exemplo posui, vulgatum γίνοιντο ita defendi possit, vt dicas, τοῦτο δὲ (§. 2. init.) esse *idque* siue *et quidem*, referasque ad antecedentia, vt arcte cum illis cohaerens. Sic breuiter, vt existimo, interdum dicitur: et simile est καὶ ταῦτα, *praesertim*. Sed me offendit parenthesis ante breuitatem vnius verbi, quod membrum terminat. Suspicor ergo, hoc γίνοιτο post verbum παθῶν esse reponendum. Illud cum in alienum locum migrasset, facile librarius, corrigendum ratus, mutauit in γίνοιντο.

ἐποικονομίαν ἔργων] Prius verbum, quod nouissimi editores seruarunt, non conuenit *exaggerationi*, αὐξήσει, sed *confirmationi*, πίστει, quae circumspecte et diligenter omnia in partes aut genera distribuit, quaeque ab illa 12, 2 distinguitur. Probo igitur ἐποικοδομίαν, quod Portus et Morus e coniectura commendarunt, qui tamen in ipsa nominis interpretatione aberrarunt a vero. Portus simpliciter vertit h. l. *frequentationem rerum vel affectuum*, et 39, 2, vbi eadem res dicitur ἐποικοδόμησις, *structuram*; Morus hic *aliorum super alia accumulationem*, ibi *constructionem*. Verum est i. q. κλίμαξ, *gradatio*. Eustathius ad Iliad. β, p. 181. ed. Rom. Τὸ σχῆμα τοῦ ῥηθέντος χωρίου κλίμακα καὶ κλιμακωτὸν λέγουσιν οἱ παλαιοὶ, ἕτεροι δὲ ἐποικοδόμησιν. Vossius, qui hunc locum Institut. Orat. L. V. p. 294. notauit, firmat Eustathii testimonium verbis Aristotelis de gener. anima-

lium L. I, c. 18. fere med. Ea sic habent: *Ἔτι δὲ παρὰ ταῦτα, ὡς Ἐπίχαρμος ποιεῖ τὴν ἐποικοδόμησιν, ἐκ τῆς διαβολῆς ἡ λοιδορία· ἐκ δὲ ταύτης ἡ μάχη.* Breuem hanc esse *gradationem*, nemo negabit. Vtrique autem Longini loco aptissima est eius notio. Ipsum *κλίμακος* nomen 23, 1 occurrit: sed Longinus etiam in verbis artis copiam amat. Sed sub *ἔργων* nomine quid hic intelligendum? Equidem puto *res* siue *causae tractandae partes*, quae §. 1. *πράγματα* dicuntur, quo nomine auctor rursus vti noluit.

ὡς οὐδὲν ἂν τούτων καθ' αὑτὸ συσταίη χωρὶς ὕψους τέλειον] Non recte reddit vir doctissimus, *Quod nihil ex his per se sine sublimitate constituat aliquid perfectum.* Non cepit vim verbi *συσταίη*. Vertendum, *Quod nihil ex his per se perfectum esse possit.* Hermog. de Form. Orat. lib. I. cap. 1. *Πρῶτον δὲ ἐξ ὧν ἅπας λόγος πέφυκε γίνεσθαι, καὶ ὧν οὐκ ἄνευ ποτὲ ΣΥΣΤΑΙΗ τι λόγων εἶδος, ῥητέον.* Quae paululum inquinata sunt. Vir doctus ad oram Hermogenis, quem mecum communicavit humanissimus Heathius, adscripserat, *ὧν ἄνευ οὐ.* Sed ne sic quidem locus integer erit, qui ita sine dubio legendus est: *ὧν ἄνευ οὐκ ΑΝ ποτὲ ΣΥΣΤΑΙΗ τι λόγων εἶδος. sine quibus ne constare quidem possit oratio.* Noster in Prolegomen. ad Hephaest. *Ὕλη γὰρ τοῖς μέτροις ἡ συλλαβὴ, καὶ ἄνευ ταύτης ΟΥΚ ΑΝ ΣΥΣΤΑΙΗ τὸ μέτρον.* TOVPIVS.

ἢ ἐν εὐτελισμοῖς] Morus vertit: *atque in tenui dicendi genere.* Grauis est hic error, in quem huius viri auctoritate etiam Ernesti in lex. technol. Gr. rhet. inductus est. Non de elocutionis verborumque genere hic agitur, sed de rebus augendis. Repugnat et nominis forma pluralisque numerus; quin etiam res ipsa per se, quia in augendis rebus non tenui, sed temperata certe, si non sublimi, oratione vtendum est. Vertendum potius: *et in rebus extenuandis.* Sic Phoebammon Schol. π. σχημ. p. 592. Ald. *diasyrmum* esse dicit *εὐτελισμὸν πραγμάτων ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰς ὄγκον ἐπαρθέντων.* Et ita quidem reliqui interpretes omnes ceperunt, sicut et Claud. Puteanus, qui ad marg. scripsit *ἐκφαυλισμοῖς.* Pertinet huc locus Ciceronis de Or. III, 26: *Summa laus eloquentiae est, amplificare rem ornando, quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo,*

sed etiam ad extenuandum atque abiiciendum. Cf. et 38 extr. Nam *διασυρμὸς* est species *εὐτελισμοῦ.*

εὐθὺς γὰρ ἀτονεῖ καὶ κενοῦται τὸ ἔμπρακτον αὐτῶν] Semper in verbo *κενοῦται* haereo. Quid si legamus? *εὐθὺς γὰρ ἀτονεῖ καὶ σβέννυται τὸ ἔμπρακτον αὐτῶν.* Sect. XXI. *ὡς τοῦ πάθους τὸ συνδεδιωγμένον καὶ ἀποτραχυνόμενον —— ἄκεντρον προσπίπτει καὶ ἔσβεσται.* Rvhnkenivs. Notandum verbum *κενοῦται. languet et inane exit.* Nihil melius aut exquisitius. Hesychius: *Κενεὸν, κενὸν, ΑΠΡΑΚΤΟΝ.* Quo respexit Lexicographus ad Homer. Il. B. 398.

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

Vbi Schol. *Κενεόν. κενὸν, ΑΠΡΑΚΤΟΝ.* Tovpivs.

§. 3. *περιγραφῇ τῶν λημμάτων*] i. e. delecta illa *circumscribuntur* seu *comprehenduntur* velut limitibus suis, et ita in vnum corpus copulantur. Morvs.

Τῆς σαφηνείας αὐτῆς ἕνεκα] *Solius perspicuitatis causa. Vt res ita clarius percipi possit.* Laertius in Diogene: *Ἔπειτα ἐν τῇ παλαίστρᾳ οὐκ ἐπέτρεπε τῷ παιδοτρίβῃ, ἀθλητικῶς ἄγειν, ἀλλ' ΑΥΤΟΥ ΕΡΥΘΗΜΑΤΟΣ χάριν καὶ εὐεξίας.* Ita proculdubio scribendus iste locus. Recte Interpres, *Ruboris tantum et bonae valetudinis gratia.* Tovpivs. Non plane declarauit vir doctus vsum huius pronominis. Aliud est *μόνης τῆς σαφηνείας ἕνεκα,* aliud *τ. σ. αὐτῆς ἕνεκα.* Illud excludit omnes alias causas; hoc alias causas admittit, sed vnam, quae diserte commemoratur, vrget. Itaque significat h. l. Longinus, ambiguitati fortasse occurrendum esse; sed sibi sufficere, quod distinctione facta res iam tractanda clarius definiatur. Optime ergo sic exprimas: *vel vt res fiat magis perspicua;* aut Germanice: "selbst um den jetzt zu behandelnden Gegenstand deutlicher zu bestimmen." Prorsus eadem forma occurrit 33, 4: *κἂν, εἰ μὴ δι' ἑνὸς ἑτέρου, τῆς μεγαλοφροσύνης ΑΥΤΗΣ ἕνεκα.*

SECT. XII.

§. 1. *καὶ ἐν πλήθει*] Non alienum est, quod videri possit, *τὸ ΚΑΙ.* Nam in omni exaggeratione sublimitas *simul* adhiberi debet. Vid. quae auctor dixit 11, 2.

§. 2. *ὡς τύπῳ περιλαβεῖν*] Recte Petrus Paganus, *vt formam eius quodammodo adumbremus. Vt formula quadam,*

siue *paucis, complectar.* Eadem locutione vsus est Dionysius Halicarn. de Struct. Orat. cap. 1. *Τοιαυτὶ μὲν δή τινά ἐστιν, ΩΣ ΤΥΠΩι ΠΕΡΙΛΑΒΕΙΝ, ὑπὲρ ὧν μέλλω λέγειν.* Item Theophrastus *περὶ Εἰρωνείας: Ἡ μὲν εἰρωνεία δόξειεν ἂν εἶναι, ΩΣ ΤΥΠΩι ΛΑΒΕΙΝ, προσποίησις ἐπὶ χεῖρον πράξεων καὶ λόγων.* vbi recte notarunt viri docti, *τυπον* siue *ως τυπῳ λαβεῖν accuratiori et vberiori disquisitioni opponi.* Suidas: *Ὡς τύπῳ εἰπεῖν· ἀντὶ τοῦ, ὡς κοινότερον καὶ καθόλου εἰπεῖν.* Philosophus ad Nicomach. II. 2. *Πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος ΤΥΠΩι ΚΑΙ ΟΥΚ ΑΚΡΙΒΩΣ ὀφείλει λέγεσθαι.* Plutarchus in Pyrrho, *οἷον ἐν ΕΙΚΟΝΙ.* Longinus supra, *ὡς εἰπεῖν ἐν ΠΑΡΑΓΓΕΛΜΑΤΙ.* Quod perinde est. Tovpivs. Imo aliud est quod Sect. 6. dicitur, *ὡς εἰπ. ἐν παραγγέλματι.* Sed exemplis de *τύπῳ,* quam Cicero dicit *formam,* addi potest, quod Photius Cod. 265. orationem aliquam Demosthenis in *commentariis* relictam, non editam, dicit *ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκαθάρθαι.* Ibi appellat *τύπους,* post autem *ὑπομνήματα.* Vid. et Aristot. Nicomach. III, 3. extr. et Demetrius Phal. §. 91. Cf. deinceps 13, 1.

ἐμφερομένων τοῖς πράγμασι μορίων] Sic scribe cum Porto. Noster sect. 10. *Ἐπειδὴ πᾶσι ΤΟΙΣ ΠΡΑΓΜΑΣΙ φύσει συνεδρεύει τινὰ ΜΟΡΙΑ ταῖς ὕλαις συνυπάρχοντα, ἐξ ἀνάγκης γένοιτ' ἂν ἡμῖν ὕψους αἴτιον, τὸ τῶν ΕΜΦΕΡΟΜΕΝΩΝ ἐκλέγειν ἀεὶ τὰ καιριώτατα.* Nihil verius hac emendatione. Tovpivs. Pro inepto *ὁρίων* reposui cum Toupio *μορίων.* Facile librarius ex *M* fecit *N,* adiunxitque, vt *ἐφελκυστικὸν,* antecedenti verbo. Vid. 10, 1: ex quo loco intelliges, *μόρια* esse *partium quasdam partes.* Deinceps *τόποι* sunt hae ipsae *partes maiores,* siue *capita* malis dicere, aut *argumenta* (sensu angustiori) e locis certis ducta.

τῆς πίστεως] *a confirmatione.* Morus in scholio dicit, *πίστιν* esse *argumentum;* melius idem in versione, plurali numero, *argumenta.* Sed latius patet, clariusque verbo Ciceronis et Quintiliani appelles h. l. *confirmationem.* Non raro sane *πίστεις,* plur. numero, dicuntur *argumenta singula.* Sed et collectiue *πίστις,* sing. numero, praecipua, et, vt dicunt, essentialis illa pars orationis dicitur, quae omnia continet ad rem probandam argumenta. Sic Aristot. Rhet. III, 13 init.

ἀποδεί [*κνυσιν*] . . . .] Eorum, quae hic desiderantur, prima verba hanc fere sententiam habuerunt: *ἡ δὲ τὴν ἀπόδειξιν ποιεῖ φαίνεσθαι πιθανωτέραν.* Deinde Platonis vim in rebus augendis laudauit, adiecta, vt opinor, eius comparatione cum Demosthene. Tum (§. 3. init.) aliquid huiusmodi verbis post lacunam scriptis praemisit: *Ἡ οὖν Πλάτωνος λέξις.* Nam Sect. 13. ad Platonem rediens eandem in sententiam de eo pronuntiat, comparatione in metaphoram mutata.

§. 3. *καθάπερ τι πέλαγος*, *εἰς ἀναπ.* etc.] Non consentit versio Mori cum ipsius interpunctione. Post *πέλαγος* enim cum posuerit comma, non possunt insequentia ad idem *πέλαγος* referri. Ergo repugnat sibi, cum vertit, *vt mare in imm. . . . diffusum.* Interpunctioni et, vt opinor, rei ipsi hoc aptum erat: *vt mare aliquod, multis locis in late manantem diffunditur magnitudinem.*

ὅθεν, οἶμαι, κατὰ λόγον ὁ ῥήτωρ] *Κατὰ λόγον.* *Ita vti par erat. vt iure expectes.* Quod et recte vidit cl. Morus. Tovpivs. Nempe in comparatione illa, quae excidit, dictum fuisse videtur, oratorem in exaggeratione vehementiorem esse debere, quam philosophum.

θυμικῶς ἐκφλεγόμενον] Notanda vox *θυμικῶς*, quae paulo rarior est, et restituenda Auctori Vitae Homer. p. 321. Ed. Gale. *Ἁρπαγὴν δὲ ἅμα μυθικῶς καὶ ἰταμῶς πρασσομένην λύκοις εἴκασεν.* Scribendum, *θυμικῶς καὶ ἰταμῶς.* Aliam viam insistebat vir doctissimus ad Ammonium. Sed nostra emendatio verissima est. Confer cl. Ruhnken. Epist. ad Ernest. p. 48. Tovpivs.

οὐκ ἔψυκται μὲν, ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐπέστραπται] Bentleius ὁ *πάνυ* legebat, *οὐχ οὕτως ἀπαστράπτει.* Sed nihil muto. Philostrat. Vit. Sophist. p. 504. *Σεμνότης δὲ ἡ μὲν Δημοσθένους ΕΠΕΣΤΡΑΜΜΕΝΗ μᾶλλον, ἡ δὲ Ἰσοκράτους ἁβροτέρα τε καὶ ἡδίων.* Huc facit Quintilian IX. 4. *Neque enim Demosthenes fulmina tantopere vibrasse diceretur, nisi numeris* CONTORTA *ferrentur.* Tovpivs. De v. *ἐπέστραπται* vid. dicenda ad 27, 3 extr.

§. 4. (*λέγω δὲ . . . γινώσκειν*)] In sententiam sero a me cognitam et probatam (vid. ad 1, 1. init.) addere h. l. liceat, cum haec scriberet auctor, nondum editam fuisse videri a Caecilio *Σύγκρισιν Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος*, de qua Toupius ad 1, 1. Etenim si iam tum exstitisset,

eam hic vel verbo commemorasset is, qui opportunitate refutandi Caecilii cupide vtitur 8, 1 ss. et 32, 1 et 8. Sed illa ipsa Caecilii *Σύγκρισις Δ. καὶ Κ.* perquam probabile facit, Longinum non esse libri *π. ὑ.* auctorem, vt qui vix h. l. silentio praeterire illam *Σύγκρισιν* potuerit.

σκηπτῷ τινι παρεικάζοιτ' ἂν ἢ κεραυνῷ] Vox *σκηπτὸς* nunc de *turbine* nunc de *fulmine* dicitur. de quo pluribus, vt solet, illustrissimus Spanhemius ad Iulianum. Confer et cl. Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. p. 212. vbi de hoc loco agit. Ceterum legebat cl. Ruhnkenius *σκηπτῷ τινι ἢ χειμάῤῥῳ.* quomodo locutus est Demosthenes de Coron. p. 527. ed. Taylor. *Ὥσπερ ΣΚΗΠΤΟΣ ἢ ΧΕΙΜΑΡΡΟΥΣ ἂν ἅπαν τοῦτο τὸ πρᾶγμα εἰς τὴν πόλιν εἰσέπεσε.* Ita scribendus iste locus ex Aristide Tom. II. p. 445. Sed Longinus neutiquam sollicitandus est. Agit enim hic Noster de eo, quod *urat* simul et *disiiciat*, quod de *torrente* siue *χειμάῤῥῳ* verum esse non potest. Adscribam locum Auctoris de Mundo, qui rem plane confectam et dilucidatam dabit. *τὸ δὲ ἀστράψαν, ἀναπυρωθὲν, βιαίως ἄχρι τῆς γῆς διεκθέον, ΚΕΡΑΥΝΟΣ καλεῖται· ἐὰν δὲ ἡμίπυρον ᾖ, σφοδρὸν δὲ ἄλλως καὶ ἀθρόον, Πρηστήρ· ἐὰν δὲ ἄπυρον ᾖ παντελῶς, Τυφών. ἕκαστον δὲ τούτων, κατασκῆψαν εἰς τὴν γῆν, ΣΚΗΠΤΟΣ ὀνομάζεται.* Tovpivs. Verba *σκ. ἢ κεραυνῷ* iam Morus in Animaduerss. defendere coeperat eo, quod scriptores vett. saepe synonyma coniungant, grauitatis maxime causa. Sic praeter alia exempla *κεραυνοὺς* et *ἀστραπὰς* apud Philonem T. II. p. 7. ita iungi, vt discrimen micandi et feriendi non magnopere vrgendum videatur. Sed talibus non opus est. Optime verba vulgata defenduntur loco, quem Cl. Toupius demonstrauit, e libro, qui Aristoteli tribuitur, *Περὶ κόσμου,* c. 4. Cf. si placet, Plin. II, 48.

ὡς ἀμφιλαφής τις ἐμπρ.] Timaeus *τὸ ἀμφιλαφὲς* interpretatur *πολὺ καὶ ἄφθονον*: Schol. Apollonii Rh. IV, 1366, *μέγα.* Platonis in Phaedro verba, Vol. X, p. 286. *πλάτανος ἀμφιλαφὴς*, Cicero expressit verbis *Platanus patulis diffusa ramis:* de Or. I. 7. Verti ergo hic potest: *in omnem partem diffusus.* Plura Ruhnkenius ad Timaeum, h. v.

ἐν αὐτῷ καὶ κατὰ διαδοχὰς ἀνατρεφόμενον] Bene Morus *ἐν αὐτῷ* vertit *in eodem loco;* sed minus commode

κατὰ διαδοχὰς subinde, et in Indice *sensim.* Est potius *alternis, per vices.* Nimirum quadam ex parte adumbratur, vel potius exprimitur h. l. incendii magni vis inexstincta: in quo cum flamma aliquo loco plane oppressa videtur, denuo eadem erumpit, s. *nouas vires accipit, ἀνατρέφεται,* dum homines alibi occupati sunt in exstinguendo igne, qui rursus exardescere coeperat.

§. 5. *καιρὸς δὲ Δημοσθενικοῦ μὲν ὕψους καὶ ὑπερτεταμένου*] "Vox *ὑπερτεταμένον* substantiue hic accipitur et significat idem quod *ὕψος*." *Pearce.* Nihil minus. *τὸ Δημοσθενικὸν καὶ ὑπερτεταμένον ὕψος* est *sublime illud, quo nihil sublimius, et in quo solus regnat Demosthenes. Τὸ ὑπερβάλλον ὕψος* vocat infra Longinus. Quod perinde est. Tovpivs. Imo simpliciter *altum sublimitatis gradum* significat. Sect. 10, §. 1. extr. synonymum adiicitur *ἄκρον.*

καταντλῆσαι] *obruere rerum multitudine.* Ruhnkenius in historia crit. orat. gr. p. 91, Rutilio Lupo praemissa, his verbis Longini expressum putat Ciceronis illud Brut. c. 9, *suauitas, quae* perfundit *animos, non quae perstringit.* Recte, si notio suauitatis omittatur. Morvs. Etiamnum placet, quod post Cel. Ruhnkenium dixi, sensum hunc esse: auditorem multitudine rerum (perfundere) obruere: quod e Platone (de rep. 1. p. 377. v. 46, ed. Bas.) ductum videtur, vbi aliquis *ὥσπερ βαλανεὺς τῶν ἄλλων καταντλεῖ κατὰ τῶν ὤτων ἀθρόον καὶ πολὺν τὸν λόγον, sic alios dicendo obruit, vt si quis totum corpus aqua perfundat.* Ab hoc vix differt *ἐπαντλεῖν.* Nam Philo (T. 2, p. 88) *τοῖς ὠσὶν ἐπαντλεῖν διαβολὰς* dixit, *replere aures conuiciis:* et Heliodorus (Aethiop. 2, 17) *ἀφθόνως ἐμοὶ τῶν συμφορῶν ἐπήντλησεν ὁ δαίμων, multis me obruit deus miseriis.* Idem est *ὑπὸ κυμάτων περιαντλεῖσθαι*, Chrysost. Tom. 8, p. 365: sed apud eumdem (ibid. p. 170) *λόγοις ἐπαντλεῖν τινα, demulcere blanda oratione:* permutantur enim cum *ἐπαντλεῖν* h. l. *ἐπᾴδειν* et *καταπραΰνειν.* Nominatim vero, cum veteres grammatici *αἰονᾶν* interpretantur, adscribunt *καταντλεῖν.* (V. interprett. Hesychii, Arnaldum in Lectt. gr. p. 6. Piersonum ad Moerin p. 73.) In plerisque ergo verbis ex *ἀντλεῖν* ductis latina lingua potius *fundendi*, quam *hauriendi* notionem exprimit etc. Idem (in Animaduerss.) Morvs. Illud ergo, quod in nota dixerat, no-

tionem suauitatis omittendam esse, mutauit. E locis certe post allatis patet, quod et ipsius Longini verba suadent, notionem suauitatis verbo esse vindicandam. Opponitur enim *τῷ ἐκπλῆξαι*: et perorationes, digressiones, et similia *πάρεργα* non ad percellendos, sed ad demulcendos auditores valent.

ἐπιλόγοις] Portus in cod. suo habebat *ἀπολόγοις*. Nam inter explicationem verborum *καταντλῆσαι* et *τοῖς φραστικοῖς* scripsit: "*ἀπόλογος*, *fabula moralis*. *Ἀλκίνου ἀπόλογος* de *nugis longioribus et fabulosis*." Idem reperitur in marg. codicis Eliensis. In aliis libris nullum huius erroris vestigium reperiri videtur.

SECT. XIII.

§. 1. *χεύματι ἀψοφητὶ ῥέων*] Sumsit locutionem a Platone Theaet. p. 115. B. *οἷον ἐλαίου ῥεῦμα ἀψοφητὶ ῥέοντος*. Ex eodem fonte Dionys. Halic. in Demost. p. 175. *ἡ δὲ λέξις ἐστὶν ὑγρὰ καὶ ὁμαλή, καὶ ὥσπερ ἔλαιον ἀψοφητὶ διὰ τῆς ἀκοῆς ῥέουσα*. Plutarch. Fabio p. 185. C. *ὑπὸ ποταμοῦ κατὰ μικρὸν ὑποῤῥέοντος ἀψοφητί*. Rvhnkenivs: Cf. 12, 3, e quo loco intelliges, *χεῦμα* hic non esse *flumen*, quod proprie dicitur, sed *defluentis maris vndas*.

τὰ ἐν τῇ Πολιτείᾳ] Locus Platonis est de rep. 9. Vol. VII, p. 268.

τὸν τύπον οὐκ ἀγνοεῖς] Nota locutio, *τὸν τύπον νοεῖν*. *τὸν τύπον οὐκ ἀγνοεῖν*. Damoxenus Comicus apud Athenaeum lib. 3. p. 103.

Ἁρμονικὸς οὐ μάγειρος. B. ἐπίτεινον τὸ πῦρ,
Ὁμαλιζέτω τις τοῖς στάχεσι· πρώτη λοπὰς
Ζεῖ ταῖς ἐφεξῆς οὐχὶ συμφώνως· ΝΟΕΙΣ
ΤΟΝ ΤΥΠΟΝ ——

Ita scribendus iste locus. Recte autem Casaubonus, *νοεῖς τὸν τύπον*. *Iam formam tenes meorum imperiorum, et artis totius*. Synesius Epist. 67. *ἃ δὲ οὖν ἐν ταῖς τέτρασιν ἡμέραις διῳκησάμην, ἃς ἐν τοῖς τῇδε τόποις διέτριψα, τούτων ΟΥΚ ΑΓΝΟΗΣΕΙΣ ὅντινα ΤΥΠΟΝ ἕκαστον εὕρατο*. Quare locum, qui nostris editoribus valde suspectus est, ita reddiderim: *Quod vero ad Platonem attinet, qui fluminis ad instar late et sine strepitu decurrens, non minus tamen assurgit et eleuatur; tu qui in Re-*

publica eius ista legisti, formam eius atque morem scribendi ignorare non potes. Tovpivs. Verba τὸν τύπον multos offendunt. Versione, qualem Toupius confecit, insolentior structura non dissimulatur. Ego tamen illa tueor. Similis locus est Fragm. 3, 5: Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, καὶ τὴν διαφορὰν ἴσασιν οἱ ποιηταὶ etc. Aliquid similitudinis et illa forma habet, qua dicunt e. c. Τὸν Πλάτωνα οὐκ ἀγνοεῖς, ὅτι μεγεθύνεται, pro οὐκ ἀγν., ὅτι Πλ. μεγεθύνεται. Denique ita capiendum est, vt si καὶ ante illa scriptum esset: *non ignoras, et simul ipsam formam tenes.* Filius ita: "τὸν τύπον recte habet. Verte: *Platonem ... sublimem esse, exemplum habebis, lectis hisce:* etc." Obstat huic rationi articulus τόν. Eo praesertim adiuncto τύπος non est *vnum aliquod exemplum*, sed *forma*, siue exemplum eiusmodi, ex quo omnis Platonis hoc in genere ratio possit vtcunque cognosci. Vid. Toupius ad 12, 2.

§. 2. εἰ βουλοίμεθα μὴ κατολιγωρεῖν] Morus *modo eum non contemnamus.* Similiter Pearcius. Sed reddendum: *modo rem non negligamus.* Itaque recte et suo modo Tollius: *nisi socordia nos retardet, aut ignauia remoretur.*

ἀλλοτρίῳ πνεύματι] Nescio an Morus versione significarit, πνεῦμα hic esse *numen.* Vix hoc sensu πνεῦμα dicitur, maxime in prosa. Est potius *adflatus* siue vis, qua res hominis animo suggeruntur, quas ipse excogitare nunquam posset. Neque aliter πνεῦμα capiendum in loco Iustini Martyris, apol. 1, 45. cuius verba haec Morus adscripsit: Ἡσαΐας θεοφορούμενος τῷ πνεύματι τῷ προφητικῷ: i. e. *Esaias a Deo agitatus ex inflatu res futuras suggerente.* Ceterum addidit Longinus ἀλλοτρίῳ, vt eo clarius esset, *non suo mentis et ingenii vigore* (οὐ τῷ ἑαυτῶν πνεύματι) illos excitari.

τρίποδι πλησιάζουσαν (ἔνθα ῥῆγμα ἐστὶ γῆς ἀναπνεῖν, ὥς φασιν, ἀτμὸν ἔνθεον)] "Vocem ῥῆγμα in ῥῆγμ' mutaui, vt appareat, versum hunc ex veteri quodam ignoto poeta adductum, esse Iambicum trimetrum." *Pearce.* Versus, quem nobis hic propinat vir doctissimus, grauiter laborat, nam Spondeus in quarto loco stare nequit. Illud autem ἀναπνεῖν pro ἀναπνέον festiuissimum est. MS. Ambros. ὃ ἀναπνεῖν φασιν. Quod cum cl. Schurzfleischio verum esse puto. Tovpivs. Sunt illa sine

dubio antiqui poetae verba, sed paullum corrupta. Ante infinitiuum *ἀναπνεῖν* (quem et Portus in suo libro habebat) ellipsin statuo *τοῦ ὥστε, s. εἰς τὸ*, vt vertendum sit: *vbi hiatus est ad exhalandum e terra, vt dicunt, fumum deo plenum.* Notanda autem allegoria in verbis. Nam *πλησιάζειν* est a re Venerea ductum. Vid. praeter alios Dauis. ad Max. Tyr. XIV, 1. E pluribus, quos ille notauit, locis vnum ponam Chrysostcmi Homil. 19. in I Ep. ad Corinth. T. III. p. 430, ed. Eton. *Λέγεται τοίνυν αὕτη ἡ Πυθία γυνή τις οὖσα, διαιροῦσα τὰ σκέλη, εἶθ' οὕτω πνεῦμα πονηρὸν κάτωθεν ἀναδιδόμενον, καὶ διὰ τῶν γεννητικῶν αὐτῆς διαδυόμενον μορίων, πληροῦν τὴν γυναῖκα τῆς μανίας.*

§. 3. *Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο*] Lego, *Τί; μόνος Ἡρόδατος Ὁμηρικωτατος ἐγένετο;* Plutarchus de Garrul. p. 506. *Τί; δέδοικας, εἶπε, μὴ μόνος οὐκ ἀκούσῃς τῆς σαλπιγγος;* Ita scribendus iste locus. Lucas Act. Apost. XXVI. 8. *Τί; ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν, εἰ ὁ θεὸς νεκροὺς ἐγείρει;* Nihil verius aut elegantius. Tovpivs. Nec deterius est et magis probabile, quod Morus coniicit, *Ἢ μόνος* etc. Quod *Ὁμηρικώτατος* ille fuisse dicitur, superlatiuo gradu, id ex eo repetendum, quod aliquis eum hoc epitheto ornauerat: alias auctor dixisset *Ὁμηρικός.*

τὰ ἐπ' εἴδους] *per genera eundo, generatim*, vt 1, 2, *τὰ ἐπὶ μέρους.* Morvs. Notandum autem, omnes codd. et editiones antiquiores *τὰ ἐπ' ἐνδοὺς* habere.

οἱ περὶ Ἀμμώνιον] *Ammonius eiusque auditores.* De ipso narrantem consule Longinum Fragm. 5, 4. Scripserant illi eius discipuli, ipso fortasse *λόγοις ἐπιδεικτικοῖς* praeeunte, encomium Homeri aut Platonis. Sed tamen et alius Ammonius significari potuit.

§. 4. *ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν*] Haec non intellexit vir doctissimus. Idem *ἀπὸ καλῶν ἠθῶν ἀποτύπωσις* et *ἀποτύπωσις καλῶν ἠθῶν*, de quo cl. Iensius in Epist. ad Graeuium. Recte omnino Gabriel, *Sed tanquam ab honestis et praeclaris moribus efficta expressaque forma.* Tovpivs. Imo pro *ἠθῶν* recte Tollius legebat *εἰδῶν*. Sequentia verba *moribus* omnino non conueniunt. Optime vertit Morus, qui et ipse in scholio illud Tollii probat. *Εἴδη* possunt esse *species* ipsarum rerum aut hominum, siue homines aut res quoad formam eximiam spectatae. Sed rectius videmur intelligere *pictas imagines*, sicut

deinceps sub *πλάσμασι ficta opera*, sub *δημιουργήμασι sculpta*.

ἐπακμάσαι] Non male Manutius ex ingenio, *καὶ οὐδ' ἂν ἐμβιβάσαι μοι δοκεῖ.* Sed libri scripti omnes cum Robortello, *ἐπακμάσαι.* quod frustra defendit Pearcius. Equidem aut fallor, aut legendum: *Καὶ οὐδ' ἂν ΕΓΚΑΤΑΜΙΞΑΙ μοι δοκεῖ τηλικαῦτά τινα τοῖς τῆς φιλοσοφίας δόγμασι, καὶ εἰς ποιητικὰς ὕλας πολλαχοῦ ΣΥΝΕΜΒΗΝΑΙ καὶ φράσεις. Neque sane videtur Plato tam multa huiusmodi Philosophide placitis immiscuisse, et in poeticas siluas toties cum Homero ingressus fuisse, nisi* —. Laertius in Platone: *Ὅθεν καὶ μυθικώτερος ἐνίοις ὑπελήφθη τοῖς συγγράμμασιν ΕΓΚΑΤΑΜΙΞΑΣ τὰς τοιαύτας διηγήσεις.* Philostratus Vit. Apollon. I, 2. *Πλάτων τε βαδίσας ἐς Αἴγυπτον, καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ προφητῶν καὶ ἱερέων ΕΓΚΑΤΑΜΙΞΑΣ τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις.* Basilius in Psalm. *Τὸ ἐκ τῆς μελῳδίας τερπνὸν ΤΟΙΣ ΔΟΓΜΑΣΙΝ ΕΓΚΑΤΕΜΙΞΕΝ.* Quod inprimis notandum. Confer etiam Dionys. Halic. de Struct. Orat. cap. 25. Tovpivs. Pro *ἐμβιβάσαι* aut *ἐπακμάσαι*, quod codd. et ed. princeps habent, Morus malebat *ἐπιπάσαι.* Verbo *ἐπιπάττειν* Lucianus vtitur passim, et eo etiam sensu, quo hic opus est. Loca eius indicauit Rudolphus in ed. libelli *de hist. scribenda*, Ind. sub *πάσσω.* Sed nihil certi sine codicum ope de h. l. constitui potest: nec debebat Toupius in verborum textu ponere *ἐγκαταμίξαι*, cum ipse se falli posse significauerit.

συνεμβῆναι] Recte vir doctissimus ex MS. Par. *εἰς ποιητικὰς ὕλας συνεμβῆναι. vna ingredi.* cum Homero scilicet, quocum contentio erat. Noster supra, *εἰς τὰ ἡρωϊκὰ μεγέθη ΣΥΝΕΜΒΑΙΝΕΙΝ ἐθίζει.* Quae sequuntur, *ἴσως μὲν φιλονεικότερον καὶ οἱονεὶ διαδορατιζόμενος*, elegantissima sunt. *Διαδορατίζεσθαι* est *hasta velitari. hasta cum aliquo contendere.* Verbum vsurpat Polybius V, 84. *Ἐποίουν ἀγῶνα καλὸν οἱ πυργομαχοῦντες, ἐκ χειρὸς ταῖς σαρίσσαις ΔΙΑΔΟΡΑΤΙΖΟΜΕΝΟΙ καὶ τύπτοντες ἀλλήλους.* Confer cl. Salmasium ad Solin. p. 27. et doctissimorum Batauorum patrem ac principem Tiberium Hemsterhusium ad Xenophont. Ephesium. Tovpivs.

κατὰ τὸν Ἡσίοδον] Op. et dies, v. 24.

καλὸς οὗτος . . . καὶ στέφανος] Verterim breuius: *praeclarum et eximium* (optabile, expetendum) *certamen*

ac praemium. Nempe aliter res, aliter homo dicitur *ἀξιόνικος*. Cum homini tribuitur, quo quidem sensu saepissime occurrit, intelligunt eum, qui dignus est, cui victoria contingat, vt imperator *ἀξιόνικος* (Dio Cass. 41, 55), aut *ἀθλητὴς πολλὰ πονήσας καὶ ἀξιόνικος*, *qui multo labore victoriam meruit* (Xenoph. Cyrop. I, 5, 7. p. 53. ed. Wels.). Sed res *ἀξιόνικος*, veluti *digna, cuius consequendae causa victoriam optes*, est *expetenda, eximia, optabilis:* sic enim, nisi fallor, Philo (T. 2. p. 166.) nomen dei *ἀξιόνικον καὶ ἐπαξιέραστον* appellat, *eximium*, quo nullo pacto abuti licet, ne tum quidem, cum de idolis sermo est. Poteritne fortasse *ἀξιόνικος* cum *περιμάχητος* et *ἀξιόκτητος* conferri? Morvs in Animaduerss. Ad priorem, de hominibus, vsum pertinet illud, quod Tegeatae ap. Herodotum IX, 26. dicunt de tenendo altero in acie cornu: *ἀξιονικώτεροι εἰμὲν Ἀθηναίων ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν:* pro quo Athenienses c. 27. simplici verbo dicunt *δίκαιοι εἰμὲν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν*. Neque tamen notio victoriae in illo nulla inest: nam pluribus ita explices: *aequius est, vt nos causa vincamus, et illum teneamus locum.* Idem valet, vt M. significat, de certamine et praemio *ἀξιονίκῳ*. Similiter *ἀξιόμαχος* poni solet, vt Herodot. VII, 101. Ceterum in ed. 1. et Pearcianis scriptum est *ἀξιονικότ.*, quod ego ex Ambr. Manut. et aliis, monente Schurzfleischio, per ω scripsi, *ἀξιονικώτατος*.

SECT. XIV.

§. 1. *καλὸν ἀναπλάττεσθαι . . . ὕψωσαν, ἢ ἐν ἱστ. Θουκυδίδης*] Recte vir doctissimus, *ὕψωσεν*. Epictet. Enchirid. cap. 33. [al. 51.] *Πρόβαλε σαυτῷ, τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων;* Respexit autem Longinus, vt solet, ad Plutarchum suum Vol. 2. p. 85. *Ἤδη δὲ τοῖς τοιούτοις παρέπεται, τοῖς βαδίζουσιν ἐπὶ πράξεις τινὰς, τίθεσθαι πρὸ ὀφθαλμῶν τοὺς ὄντας ἀγαθοὺς ἢ γεγενημένους, καὶ διανοεῖσθαι, τί δ' ἂν ἔπραξεν ἐν τούτῳ Πλάτων, τί δ' ἂν εἶπεν Ἐπαμινώνδας, ποῖος δ' ἂν ὤφθη Λυκοῦργος ἢ Ἀγησίλαος, οἷόν τι πρὸς ἔσοπτρα κοσμοῦντας ἑαυτοὺς ἢ μεταῤῥυθμίζοντας.* Tovpivs. Quoniam Toupius h. l. non dubitauit, laudato Pearcio auctore, pro *ὕψωσαν* dare Longino *ὕψωσεν*, non alienum

puto haec commemorare. Legem posuit vir doctissimus, A. MATTHIAE in libro egregio, *Ausführl. Griech. Grammatik*, p. 423. *Wenn zwey oder mehrere Substantive durch ἢ, oder, verbunden werden, die sich wechselsweise ausschliessen, so sollte das ihnen gemeinschaftliche Verbum eigentlich im Singulari stehen: aber zuweilen steht es im Plurali; Longin. 14. πῶς δ' ἂν... ὕψωσαν* etc. Sed monet vir doctus et acutus (in *Leipz. Litt. Zeit.* 1807. St. CXI, p. 1762), illud fieri nullo modo posse (ratio enim ipsa aduersatur); commode vero posse, si contra, quemadmodum in Longini loco, duo illa subiecta se inuicem non excludant, sed simul stare possint, ita vt praedicatum vtrique conueniat. Tenendus igitur h. l. pluralis ὕψωσαν.

εἰ τυχοι] *forte, verbi causa* (*etwan*). Sic 1 Corinth. 15, 37. κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου. Dion. Hal. T. I. p. 223. ὁπότε δεήσειε αὐτῷ μυρίων, εἰ τύχοι, στρατιωτῶν. Origenes ad Psalm. 2. οὐ παράκειται τῶν ψαλμῶν ἀριθμὸς, πρῶτος, εἰ τύχοι, ἢ δεύτερος, ἢ τρίτος, quem locum debeo Wetstenio ad Act. Ap. 13, 33. Cf. Iustin. Mart. apol. 1, 36. MORVS. Participium aliquod in talibus posse intelligi, vt h. l. εἰπων, infra ostendam ad 40, 4. Recte autem hic alibique vertas: *prout res* (siue *casus*) *fert.* Nostri pro *etwan* etiam dicunt *nach Befinden.*

διαπρέποντα] Petra et Pearcius interpretati erant, *praelucentes* (*personae*), cum aliqua ambiguitate, quia hoc potest vel vt absolute dictum accipi, pro *fulgentes*, vel vt relatum ad ἡμῖν, pro *lucem praebentes, luce sua viam monstrantes.* Sed tamen Morus id seruare debebat, certe poterat. Nam *tales tamque eminentes* Graece potius esset τοιαῦτα καὶ οὕτω διαπρέποντα, in quo οἷον non bene adhiberetur. Omnino autem si διαπρ. absolute positum esset, mancus videretur locus. Nam ἐκεῖνα nullam laudem continet: ac ne τοιαῦτα quidem aut τηλικαῦτα certam afferret virtutis cogitationem. Itaque post πρόσωπα desideraretur οὕτω σεμνά, aut aliud huic simile. Tenendum igitur *praelucentes*, verum ita, vt referatur ad ἡμῖν. Adiicitur hoc διαπρέποντα, vt gravius, priori προσπίπτοντα, ideoque tota sententia verti potest: *oculis nostris occurrunt et nobis veluti clara luce fulgent.* Bene Boilauius: (*ils*) *nous servent comme de flambeaux.*

§. 2. *πῶς ἂν ... ἢ Δημοσθένης*] Hoc minus intellexerunt nostri Editores. *Τόδε τι* est *hoc vel illud.* Eusebius Praepar. lib. 6. p. 243. *Εἰ γὰρ ἐξ εἱμαρμένης ΤΟΔΕ ΤΙ γενήσεσθαι νομίζοι — πῶς οὐκ ἄν τις ἐθελήσειε τὸ ῥᾷον αἱρεῖσθαι;* Idem p. 244. *ΤΟΔΕ ΤΙ βούλεσθαι καὶ μὴ βούλεσθαι.* Confer Suid. v. *Νοσοκομεῖον.* et v. *Προσκλήσεις.* Tovpivs. Ego in libello *Pleonasmorum Gr.* monui, *τὶ* habere in talibus eam vim, vt sub antecedenti, ad quod pertineat, verbo non *certa res* (ideoque hic sub *τόδε* non *certum aliquod dictum*) intelligatur, sed et alia res eius generis. Vertas igitur *huiuscemodi aliquid.* Morus legi iubet *τόδε τό.* Quo magis et ipse aliquid addere volui.

ἤκουσεν] Est *audiisset*, non *audiret:* hoc potius esset *ἀκούσειεν.* Sic et *διετέθησαν*, *affecti essent*, non *afficerentur;* quod esset *διατεθείησαν.*

θέατρον] In hoc tropo non vt locus *spectaculorum*, sed vt *concionis* debet cogitari, quia in theatris fere populus conueniebat ad audiendos oratores de republica dicturos.

ὑπέχειν τῶν γρ. εὐθ., καὶ μὴ παῖξαι] Haec est lectio Manutii. *Idque serio et citra omnem iocum.* Quae Gabrielis interpretatio est. Haud incommode. Sed MSS. plerique omnes, *ὑπέχειν εὐθύνας πεπαῖχθαι.* quae vera lectio, sed editoribus nostris parum perspecta. *Ὑπέχειν εὐθύνας πεπαῖχθαι* est *fingi* siue *fingere te rationes reddere.* Nam hic non vera res agitur, sed ficta scilicet et *πεπαιγμένη.* Sic modo supra noster, *ἀναπλάττεσθαι ταῖς ψυχαῖς — τῇ διανοίᾳ προσυπογράφοιμεν — ὑποτίθεσθαι δικαστήριον.* Quae quidem omnia eiusdem virtutis sunt. Athenaeus lib. XI. p. 501. *Τίμαρχος δὲ ἐν τετάρτῳ περὶ τοῦ Ἐρατοσθένους Ἑρμοῦ, ΠΕΠΑΙΧΘΑΙ τις ἂν οἰηθείη, φησί, τὴν λέξιν.* Pollux III, 109. *ὁ δὲ Εὐπόλιδος πλούταξ ΠΕΠΑΙΚΤΑΙ. Vox autem πλούταξ apud Eupolidem ludo iocoque ficta est.* Synesius in Dion. p. 42. *Ὅσα Μουσῶν ἑταίροις ἀνδράσιν ἐῤῥαθύμηταί τε καὶ ΠΕΠΑΙΚΤΑΙ. Quae a poetis animi gratia conficta sunt.* Sic saepius *παίζει* Plautus et Comici Graeci. de quo passim Scholiastes ad Aristophanem. Suidas: *Ἀναβλυστωνῆσαι, ἀναβλῦσαι. Εὔπολις Δήμοις. πάντα τὰ τοιαῦτα οἱ Κωμικοὶ ποιοῦσι ΠΑΙΖΟΝΤΕΣ. Huiusmodi verba a Comicis multa pro libitu finguntur.* Ita

scribendus et vertendus iste locus cum magno Pearsono. Huc referendus Origen. contra Celsum p. 310. *Παραπλήσιόν τι ποιῶν οἷς ΠΑΙΖΟΝΤΕΣ οἱ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ποιηταὶ ἀνεγράψαντο.* Tovpivs. Probanda videtur Toupii ratio; etsi difficultates quaedam manent, maxime, 1) quod praegnans significatio tribuitur verbo, et *ludum egisse*, et *per ludum aliquid falsi, tamquam verum, cogitasse;* 2) quod de *re seuera*, non de ioco aut ludibrio adhibetur. Nam loci a Toupio indicati non simpliciter de re ad seuerum vsum ficta agunt, sed de *ioco* et *ludo*. Sic et 3, 2. extr. etsi est *seuero animo* ludere, non, *ridendi* aut *iocandi* causa, tamen auctor, id cum indignatione in istos conferens, significat, eos ita agere, vt pueros, qui *animi causa* ludant. Verumtamen Toupium hic potius sequendum puto, quam ceteros, qui fere corrigere variis modis conantur. Nam viri docti ratio in Biblioth. Crit. Amst. Vol. 1. P. 3. non sufficit. Praeferendam ille dicit emendationem Langbaenii, *καὶ μὴ πταῖσαι*, quia saepe hoc verbum cum illo permutetur, vt Ael. H. A. 1, 30. *πταίσας ἐρῶ*, vbi legendum sit *παίσας ἐρῶ*. De lectione codicis Ambrosiani haec notavit Marq. Gudius: „*π σαῖχθαι:* sic in ms. cum lacuna vnius aut alterius lit."

§. 3. *Εἰ δέ τις αὐτόθεν φοβοῖτο, μὴ τοῦ ἰδίου βίου καὶ χρόνου ΟΥ φθέγξαιτό τι ὑπερήμερον*] Sic recte vir doctissimus. Vocula *οὐ* amissa erat in praecedentibus literis. Particula autem ista negatiua omnino desiderari videtur. Ita locutus est Dio Chrysost. in Troian. p. 179. *Ὡς δὲ ἑώρα αὐτὸν οὐ δυνάμενον βαστάσαι τὸ δόρυ, τὰ ἄλλα ἐδίδου, καὶ οὐκ ΕΦΟΒΕΙΤΟ, ΜΗ ΟΥ δύνηται φέρειν αὐτά.* Plutarch. II. p. 548. *Ἔφη γὰρ Βίας πρός τινα πονηρὸν, ὡς οὐ ΔΕΔΙΕ, ΜΗ ΟΥ δῷ δίκην, ἀλλὰ μὴ οὐκ αὐτὸς ἐπίδῃ.* Maximus Tyr. XXVI, 3. *ΔΕΔΙΑ δὲ, ΜΗ ΟΥ τοιοῦτον ᾖ πᾶσιν ἐξῆς.* Quem locum minus recte reddunt. Restituenda ista locutio Callimacho in Epigrammate celeberrimo, in quo quidem emendando viri magni, Vossius, Salmasius, Bentleius, operam suam et oleum perdiderunt. Quin et nuper admodum magis magisque corrupit cl. Ernestus. Carmen ita scribendum est. Est autem in Arati Phaenomena.

Ἡσίοδος τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος. οὐ τὸν ἀοιδῶν
Ἔσχατον, ἀλλ' ΟΚΝΕΩ, ΜΗ ΟΥ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε, λεπταὶ
Ῥήσιες, Ἀρήτου σύντονος ἀγρυπνίη.

Sensus est: *Hesiodum non postremum poetarum imitatus est Aratus: sed vereor, vt suauissimos eius versus expresserit.* Haec est mens Epigrammatis. Crasis autem illa poetis familiaris. Sophocl. Ai. 540.

Τί δῆτα μέλλει ΜΗ ΟΥ παρουσίαν ἔχειν;

Denique recte scripsimus, σύντονος ἀγρυπνίη. Theophylact. Epist. 54. ἡ ΣΥΝΤΟΝΟΣ ΑΓΡΥΠΝΙΑ παρῴχηκε. Nilus Epist. 24. Ἀλλὰ καὶ εὐχῆς ἅψαι λοιπὸν, καὶ ψαλμῶν νηφαλίων, καὶ ΑΓΡΥΠΝΙΑΣ ΣΥΝΤΟΝΟΥ. Tovpivs. Magis virorum doctorum auctoritate et exemplo permotus, quam necessitate coactus ante φθέγξαιτο posui οὐ. Nam et sine negatione sensus est, vt mihi videtur, non ineptus: *Si quis de opere suo post mortem duraturo iudicia posteritatis pertimescat.*

ἀτελῆ καὶ τυφλὰ ὥσπερ ἀμβλοῦσθαι] Ita locutus est Themistius Orat. XXXII. ΤΥΦΛΑΣ τε εὐθὺς καὶ ἀγόνους ΤΑΣ ΩΔΙΝΑΣ λαχὼν βαρύνεται. Tovpivs. Additur καὶ τυφλὰ, vt certum signum immaturi foetus. Aristot. de gener. animalium II, 6. (οἱ ὀφθαλμοὶ) τελευταῖον λαμβάνουσι τέλος. Et paullo post: ὀψὲ τελειοῦται τὰ ὄμματα τοῖς ζώοις.

τῆς ὑστεροφημίας ὅλης] Sic non male Manutius. *Cum non adeo perfecta nascantur, vt in aeternum viuant.* Sic noster supra, Πῶς ἂν ἐμοῦ ταῦτα γράψαντος ὁ μετ' ἐμὲ ΠΑΣ ἀκούσειεν ΑΙΩΝ. Τὴν ΜΗΚΙΣΤΗΝ ΥΣΤΕΡΟΦΗΜΙΑΝ vocat M. Antoninus III, 10. Suetonius in Nerone: *Erat illi aeternitatis* PERPETVAEQVE FAMAE *cupido.* Tovpivs. Ego seruaui ὅλως, vt aptius nec minus graue, et ductum e certis codd. et ed. 1.

SECT. XV.

§. 1. Ὄγκου, καὶ μεγ., καὶ ἀγῶνος ἐπὶ τούτοις] Tria hic habes synonyma *sublimitatis.* Ἐπὶ τούτοις est *praeter haec*, praeter ea nempe, quae sectt. 9—14. exposita

sunt. Sed in primis hic tenendum, quod ad 9, 2. docui, secundum sublimitatis fontem hac sectione demonstrari.

ὦ νεανία] Non equidem crediderim, Longinum νεανίου titulo Terentianum compellare voluisse: cui enim suas obseruationes dicauerat, quemque rebus gerendis, ceu ἄνδρα πολιτικὸν, iam admotum descripserat, eum vix ita allocutus esset. Haec προςφώνησις praeceptori magis ad discipulum conuenientior videtur, quam vt in viro spectatae iam virtutis tolerari debeat. Tuam ergo coniecturam, quando ὦ γενναῖε legendum censes, omnibus aliis praefero. Steinheilivs. Secundum hodiernum vsum vocabulorum ab aetate hominis ductorum νεανίας hic multis displicere possit, et ὦ γενναῖε nemo dubitabit quin sit honorificentius. Sed ex auctoritate praeceptoris Longinus et alibi loquitur, vt 9, 15. et 44, 1. Fortasse St. non sponte de illo verbo dubitationem prodidisset: sed dedit aliquid iudicio Maii.

οὕτω γοῦν εἰδωλοποιΐας αὐτὰς λέγουσιν] Particula γοῦν non est *enim*, sed *quidem*, vt 43, 1. commode vertas. Est nempe verum agnoscentis et fatentis, sed tamen cum aliqua limitatione. Deinde αὐτὰς, ni fallor, est *ipsas, solas per se*, non definitas certo modo, de quo statim dicetur. Vide tamen doctissimum G. H. Schaefer, in Graecarum litterarum scientia et iudicio facile principem, *Meletematum Critt. Spec. 1. P. 1.* pag. 14. et 81. vbi assentiens Wyttenbachio per pleonasmum οὕτω positum h. l. statuit: qua ratione αὐτὰς simpliciter verti debet *eas*, non *ipsas* eo sensu, quo significaui.

καλεῖται μὲν γὰρ . . . ὁπωςοῦν παριστάμενον] Τὸ παριστάμενον est, *quod menti obiectum est, quod animo occurrit.* Confer cl. Hemsterhus. ad Luciani Contempl. p. 507. Addo Isidor. Epist. V. 92. *Οὐκ ἀποστήσομαι ΤΟ ΠΑΡΙΣΤΑΜΕΝΟΝ εἰπεῖν. Non desinam quod sentio dicere.* Deinde Manutius, ἰδίως δὲ ἐπὶ τούτων κεκράτηκε τοὔνομα. quod haud spernendum. Suidas: *Λείριον. ΚΟΙΝΩΣ τὸ ἄνθος, καὶ ΙΔΙΩΣ τὸ ἄνθος τῆς ναρκίσσου καλοῦσιν οἱ Ἀττικοί.* Ceterum haud dissimiliter locutus est Philo aduers. Flaccum p. 520. *Ταραξιπόλιδες, τοῦτο γὰρ ΚΕΚΡΑΤΗΚΕ πως τοὔνομα.* et ante eum Herodotus IV, 149. *Καί πως τὸ οὔνομα τοῦτο ΕΠΕΚΡΑΤΗΣΕ.* Qui fundus locutionis. Τον-

rivs. Recte haec omnia: sed paulo firmiora reddam. *Κοινῶς* est *in communi sermone*; et *κοινὰ* verba, quibus homines in consuetudine vitae vtuntur. Loca Dionysii Halic. habet Ernesti in lex. technol. Gr. rhet. Moschopulus ad Hesiod. *Ἔργ.* 9. *κλύω ποιητικόν· ἀκούω κοινόν.* His *κοινοῖς* opponuntur *ἴδια*, *quae peculiarem vsum aut vim habent.* *Ἰδίως* ergo loqui dicuntur poetae, philosophi et alii. Sic verbum iuris *ἀπολύειν* Pollux IX, 9. appellat *ἰδιωτικόν*. Et Ammonius v. *βωμός*: *Ἰδίως δὲ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ... βωμοὺς θεῶν φησιν, ἐσχάρας δ' ἡρώων.* Codd. et ed. 1. pro *ἰδίως* praebent *ἤδη*. Hoc autem repugnat antecedenti sententiae, et per se repudiandum videtur. Nam si *κοινῶς*, siue *e communi vsu loquendi φαντασία* dicitur *πᾶν ἐννόημα*, non obtinet vsuque receptum est (*κεκράτηκε*), vt dicatur, *ὅταν, ἃ λέγῃς, ... ὑπ' ὄψιν τιθῇς τοῖς ἀκούουσιν.* Neque vero *ἤδη*, *iam*, Longini demum tempore, vocabulo *φαντασίας* hoc sensu coeperunt vti: sed iam Aristoteles saepe ita vsurpauit, vt *de anima* III, 3. *Ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ φαντασία καὶ ὑπόληψις, φανερόν· τοῦτο μὲν γὰρ τὸ πάθος ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ὅταν βουλώμεθα· πρὸ ὀμμάτων γάρ ἐστι ποιήσασθαι, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς μνημονικοῖς τιθέμενοι καὶ εἰδωλοποιοῦντες. Δοξάζειν δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἀνάγκη γὰρ ἢ ψεύδεσθαι, ἢ ἀληθεύειν.* Similiter de *insomniis* c. 1 extr. Ceterum verba *ὁπωσοῦν παριστάμενον* secundum Mori aliorumque versionem quorsum valeant, valde obscurum est. Sed recte Petra: (*notio*) *quomodocunque rem exhibens.* Opponitur enim illis, quod statim dicitur, *ὅταν, ἃ λέγῃς ... βλέπειν δοκῇς.* Omnino *τὸ ὁπωσοῦν* fere ad imminuendas res adhibetur. Significat igitur Longinus visionem *vtcunque, etiamsi valde obscure*, animo propositam.

§. 2. *τῆς μὲν ἐν ποιήσει τέλος ἐστὶν ἔμπληξις*] MS. Par. *ἔκπληξις*. Recte. Aliud est *ἔμπληξις*, aliud *ἔκπληξις*. *Ἔμπληξις* est *insania*. *Ἔκπληξις perterrefactio.* Finis autem visionis poeticae est *ἐκπλῆξαι* siue *perterrefacere.* Max. Tyr. XXIII, 4. *Οὐδὲν γὰρ εἰκῇ, οὐδὲ ἐκ τοῦ προστυχόντος, παρέλθοι ἂν εἰς τοιαύτην πόλιν, ὥστε καὶ δεηθῆναι Ὁμήρου τὰς οὔσας περὶ θεῶν δόξας ἐμμελῶς μεγαλύνοντος καὶ τρέποντος τὰς τῶν πολλῶν ψυχὰς ἐκ ταπεινῆς ΦΑΝΤΑΣΙΑΣ ΕΙΣ ΕΚΠΛΗΞΙΝ.* Adposite Polybius II, 56. *Δεῖ τοιγαροῦν οὐκ ἐπιπλήττειν* (leg. *ἐκ-*

πλήττειν) *τὸν συγγραφέα τερατευόμενον διὰ τῆς ἱστορίας τοὺς ἐντυγχάνοντας, καθάπερ οἱ τραγῳδιογράφοι. Τὸ γὰρ τέλος ἱστορίας καὶ τραγῳδίας οὐ ταὐτὸν, ἀλλὰ τοὐναντίον· ἐκεῖ μὲν γὰρ δεῖ διὰ τῶν πιθανωτάτων λόγων ΕΚΠΛΗΞΑΙ καὶ ψυχαγωγῆσαι κατὰ τὸ παρὸν τοὺς ἀκούοντας· ἐνθάδε δὲ διὰ τῶν ἀληθινῶν ἔργων καὶ λόγων εἰς πάντα τὸν χρόνον διδάξαι καὶ πεῖσαι τοὺς φιλομαθοῦντας.* Vocem vsurpat noster supra: *Σὺν ΕΚΠΛΗΞΕΙ τοῦ πιθανοῦ καὶ τοῦ πρὸς χάριν ἀεὶ κρατεῖ τὸ θαυμάσιον.* Tovpivs. Miror, nullum interpretem de graui huius loci vitio quidquam monuisse aut suspicionem erroris vllam prodidisse. Contra naturam et vsum omnem poeseos et eloquentiae, et contra mentem ipsius auctoris insequenti huius sectionis disputatione clare demonstratam finis *φαντασίας* in poesi dicitur esse *vehementissima commotio animi,* in eloquentia vero *maxima rei ob oculos positae claritas et euidentia.* Imo contra, haec poetae, illa oratori conuenit. Hoc auctor ipse docet. Omnia, quae §. 1—7. dicit, spectant ad *ἐνάργειαν* visionum poeticarum. Deinceps inde a §. 8. ostendit, oratoribus conuenientissimum esse *τὸ ἔμπρακτον* et *ἐνάληθες*, et eos vituperat, qui videre sibi videntur Furias, aliaque addit, e quibus intelligamus, in talibus visionibus oratori propositum esse *τὴν ἔκπληξιν*, qua auditores eo, quo velit, permoueat. Non ergo dubitaui permutare locum verborum *ἔκπληξις* et *ἐνάργεια.*

ἀμφότεραι δ' ὅμως τοῦτ' ἐπιζητοῦσι] Robortellus et libri scripti, *τότ' ἐπιζητοῦσι.* Legendum opinor: *ἀμφότεραι δ' ὅμως ΤΑΥΤΟΝ ἐπιζητοῦσι. Vtraque vero vnum idemque quaerunt.* Longinus Sect. 24. *Αἴτιον δ' ἐπ' ΑΜΦΟΙΝ τοῦ κόσμου ΤΑΥΤΟΝ οἶμαι.* Aristides in Minerv. p. 16. *Περὶ παντὸς αἰεὶ ΤΑΥΤΟΝ ΑΜΦΟΙΝ δοκεῖ.* Qui sequuntur versiculi sunt ex Euripidis Oreste, quorum primum suum fecit Alexis Comicus apud Athenaeum lib. 8. p. 339.

Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι
Τὸν Μισγόλαν, οὐ γὰρ κιθαρῳδὸς εἰμ' ἐγώ.

Sic solent Comici. de quo nos ad Suid. I. p. 116. Tovpivs. Ego ante *τοῦτ'* excidisse puto *ταὐτὸ* aut *τὸ αὐτό.* Et melius est, vtrumque legi, et sic auctor alibi, vt 10, 6. et 14, 1. Verba *ἐπιζητ. τὸ συγκεκινημένον* hoc volunt,

illas tam claras visiones non posse exsistere in poetis et oratoribus, nisi animum habeant commotum.

§. 3. *εἴ τισιν ἑτέροις*] *Ἕτεροι* sunt, qui *κοινῶς ἄλλοι*. Scholia Aristophanis ad *Εἰρήν*. v. 625. *Οἱ Ἀττικοὶ καὶ ἐπὶ πολλοῦ λέγουσιν ἑτέραν· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ δευτέρας μόνης. ἐπὶ τρίτης οὖν Ἀριστοφάνης ἑτέραν εἶπεν. Ὅλως δὲ ἡ παρατετηρημένη ἐπί τε ἑτέρου καὶ ἄλλου διαφορὰ παρ' Ἀττικοῖς οὐκ ἔστιν.* Schvrzfleischivs. Excerpsi hoc propter alium Longini locum, vbi *ἕτερος* occurrit pro *δευτέρῳ*. Vid. 8, 1. et 23, 3. Nam pro *ἄλλῳ* saepe ponitur, vt modo §. 2. init. Vid. et Markland. ad Max. Tyr. Diss. 1. c. 2. vbi ostenditur, duabus rebus propositis, cum ambiguum sit, ad vtram pertineat *θάτερον*, posteriorem fere significari.

παρ' ἕκαστα ἐπὶ τῶν μεγεθῶν] Nonne *ἐπὶ* tollendum? *in quolibet genere magnitudinis.* Morvs. Facilius esset statuere, *τὰ* excidisse post *ἕκαστα*. Sed et alii difficultatis expediendae modi suppetunt; vt e. g. *ἐπὶ τῶν μεγ.* pertinere dicas ad seqq., maxime ad *μαχέσασθαι*: *de sublimibus contendere* (cum aliis). Sed sufficiat de difficultate in re leui non plane tacuisse.

ὡς ὁ ποιητὴς] *vt Homerus dicit* (de leone) Il. *Υ*, 170 s.

Οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχίον ἀμφοτέρωθεν Μαστίεται] Scribendum *πλευράς τε καὶ ἰσχία*. quomodo exstat apud Homer. Il. *Υ*, 170. Quocum facit Etymologus, Eustathius, alii. Nonnus Dionys. lib. 14. p. 396.

Ἰππείῃ δ' ἀνέτελλε δι' ἰξύος ὄρθιος οὐρή,
ΙΣΧΙΑ ΜΑΣΤΙΖΟΥΣΑ —

Ceterum ad hunc locum respexit Nicander Theriac. 476.

Παντόθι μαστίζων οὐρῇ δέμας —

Nec non Quintilian. X, 7. *Rursus illa prior exercitatio plus confert, vocis firmitatem, oris facilitatem, motum corporis, qui et ipse, vt dixi, excitat oratorem, et iactatione manus, pedis supplosione,* sicut cauda leones facere dicuntur, *hortatur.* Tovpivs.

§. 4. *Ἔλα δὲ, μ.* etc.] Locus hic Euripidis haud dubie ex eius *Phaëthonte* desumtus est. Fabulam enim istius nominis scripsisse constat ex Eustathio, qui versus quosdam ex eo citat ad Iliad. *Ν*, Laertio lib. 2. in Anaxag. et Macrobio Sat. l. 1. c. 17. Langbaenivs.

ἁψῖδα σὴν κάτω διήσει] ... ad verbum erit: *transmittet currum tuum; locum cadenti currui dabit; non poterit sustinere currum:* quia videlicet *κρᾶσιν ὑγρὰν οὐκ ἔχει:* quasi nempe crassius aëris temperamentum facere possit, ne currus tam facile in terras ruat. Faber.

εἶτ' ἔμαρψεν ἡνίας] Scribendum videtur,

Τοσαῦτ' ἀκούσας χέρσ' ἔμαρψεν ἡνίας.

Eurip. Hippolyt. 1188.

Μάρπτει δὲ ΧΕΡΣΙΝ ἡνίας ἀπ' ἄντυγος.

Idem in Heraclid. 846.

Λαβὼν δὲ ΧΕΡΣΙΝ ἡνίας Εὐρυσθέως
Πώλοις ἐπεῖχε —

Ouid. Met. II, 150.

Occupat ille leuem iuuenili corpore currum
Statque super, manibusque datas contingere habenas
Gaudet —

Atque haec scripseram, cum magnum Salmasium in Exercitationibus ad Solinum ita legisse reperi. Tovpivs.

Κρούσας δὲ πλευρὰν πτεροφόρων ὀχημάτων] MS. Paris. *πλευρά.* Quod suauius. Lego et distinguo,

Κρούσας δὲ πλευρὰ πτεροφόρων ὀχημάτων,
Μεθῆκεν· —

Ita locutus est Sophocles Elect. 741.

ΚΑΡΑ προβάλλων ΙΠΠΙΚΩΝ ΟΧΗΜΑΤΩΝ.

Pinnatos currus vocat Arnobius lib. 3. p. 117. *Nam quid de ipso dicemus Ioue, quem solem esse dictitauere sapientes agitantem* pinnatos cvrrvs, *turba consequente diuorum?* Quae hausta sunt ex loco celeberrimo Platonis in Phaedro: *Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων ΠΤΗΝΟΝ ΑΡΜΑ πρῶτος πορεύεται, τῷ δὲ ἕπεται στρατιὰ θεῶν καὶ δαιμόνων.* Confer Schol. ad Hom. Odyss. M. 63. Athenagor. Apol. p. 214. Ed. Lips. Origen. Philosoph. p. 117. vbi mire hallucinatus est Wolfius. Tovpivs. Disiunxerat Pearcius commate *πτεροφόρων* ab *ὀχημάτων*, et genitiuum *ὀχημάτων* regi volebat a *μετὰ* in *μεθῆκεν*, duriter sane. *Ὀχήματα* sunt per synecdochen *equi.* Patet hoc vel e seqq. verbis, *συγκινδυνεύουσα τοῖς ἵπποις συνεπτέρωται.* Pulsat ille habenis iumenta et sic ad cursum incitat.

Πατὴρ δ' ὄπισθε νῶτα σειρίου βεβὼς Ἵππευε] Sic recte. *Pater autem pone, dorso canis sideris inuectus, equitabat.* Quod et cl. Salmasio placebat. Singulum

enim sidus suum habebat equum: vnde *sidere vehi* est idem ac *sidereo equo vehi.* Notat autem egregie Euripides anni tempus feruidissimum, cum sol et sirius vna circumferebantur. Adscribam locum Q. Calabri VIII, 28. qui rem plane dilucidabit.

Οἷος δ' ἐκ περάτων ἀναφαίνεται ὠκεανοῖο
ΗΕΛΙΟΣ, θνητὸν ἐπὶ χθόνα πῦρ ἀμαρύσσων,
Πῦρ, ὅτε οἱ πώλοισι καὶ ἅρμασι συμφέρετ' ἀστὴρ
ΣΕΙΡΙΟΣ —
Qualis vero ex oceani terminis emicat
Sol, *igni super terra radians admirando,*
Quando cum equis et curru illius circumfertur SIRIVS.

Confer Schol. ad Arati Phaenom. p. 22. et p. 45. et Eunap. in Iamblic. p. 24. vbi legendum, *ΗΛΙΟΣ μὲν ἐφαίνετο πρὸς τοῦ ΛΕΟΝΤΟΣ ὅρια, ἡνίκα συνανατέλλει τῷ καλουμένῳ ΚΥΝΙ.* Quod et vidit Theodorus Canterus. Tovpivs. Eleganter haec Toupius interpretatus est, tacite repudiata Pearcii sententia. Is enim ita: „Vox *σεῖρος* significat *astrum*, vnde *σείριος* est *astricus* vel *equus astricus:* nam omnes planetae suos habere equos putabantur.“ Indignissimum esset poeta, non definire stellam ipsam, et cum lectore huc et illuc fluctuari inter *planetas.* *Certa* et cum sole fere procedens stella phantasiae debet obiici, vt ea consequatur *ἐνάργεια,* quae animum maxime tenet.

τῆς Κασσάνδρας] quae fabula Euripidis est deperdita.

Ἀλλ' ὦ φίλιπποι Τρῶες —] Ex Euripidis Alexandra siue Cassandra, cuius meminere Hesychius, Schol. ad Aristoph. Ranas, Stobaeus non semel. Huc referenda sunt quae leguntur apud Plutarch. Polit. Praecept. p. 821. *Ὥσπερ οὖν τῆς Κασάνδρας ἀδοξούσης ἀνόνητος ἦν ἡ μαντικὴ τοῖς πολίταις·*

Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεὸς,
Καὶ πρὸς παθόντων κἂν κακοῖσι κειμένων
Σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ, μαίνομαι.

Vbi notandum illud *ἄκραντα.* Quippe Teucris haud credita Cassandra. Atque hinc emendandus Orpheus siue Auctor de Lapid. XX, 7.

— Κεχολωμένος Ἀργυρότοξος
Κασσάνδρην ἐκέλευσεν ἀκουόντεσσιν ἄπαντα
ΘΕΣΠΙΖΕΙΝ Τρώεσσιν, ἐτήτυμά περ φρονέουσαν.

Legendum proculdubio, *AKPANTA* *θεσπίζειν*. Ad Euripidem respexit Orpheus. Confer cl. Merrick. ad Tryphiodor. p. 63. Huc spectat etiam Cicero ad Attic. VIII, 11. *Προθεσπίζω igitur, noster Attice, non ariolans,* vt illa cui nemo credidit, *sed coniectura prospiciens.* Tovpivs. Notissimus olim erat Euripidis locus, vt ille Demosthenis: *Ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν,* 10, 7. Satis igitur habuit Longinus initia notare.

§. 5. *Οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας*] Sunt *septem illi duces, qui ad Thebas militarunt.* de quibus Aeschylus in cognomine tragoedia. Quod ex sequentibus patet. Tovpivs.

παρ' αὐτῷ] ap. Aeschylum in fabula illa v. 40 ss.

δίχα οἴκτου) In mente videtur habuisse Longinus id, quod post dicitur v. 49. *οἶκτος δ' οὔτις ἦν διὰ στόμα.*

ἐννοίας] non *sententias* quasdam singulas, sed, vt Tollius vertit, *visiones*, *φαντασίας*: de his enim h. l. agitur.

§. 6. *παραδόξως*] Puto esse *aliter, atque exspectes, non satis conuenienter legibus poeticis.*

Λυκούργου] Lycurgum intelligit, filium Dryantis, regem Edonorum, de quo Hom. Il. Z. Hygin. fab. 132. Apollodorus l. 3. Nonn. Dionys. l. 20. *Eius*, inquit, *regia, cum primum Bacchus apparuit, sacro quodam furore percita est.* Fuit enim Lycurgus Bacchi hostis infensissimus, de quo fabulam scripsit Aeschylus: vnde, quod hic subiicitur ab auctore, desumtum est.

κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν] Nam vbi deus aliquis in conspectum veniebat, locus ille fere dicebatur tremere. Vid. Spanhem. ad Callim. Apoll. v. 2. ss. Similia prodigia explicat Ill. Heynius ad Virg. Aen. I. Excurs. 13.

ὁ δ' Εὐριπ..... ἐξεφώνησε] Locus est in Bacchis v. 725. Adv. *ἑτέρως* pertinet ad *ἐξεφώνησε*, non ad *ἐφηδύνας*. Sed quaerat quispiam: quid suauius est in Euripidis forma? Tollius ita: "Suauius est *cum* aliquo insanire dici, quam solo eius instinctu ad furorem abripi. Vis illa Dei societate furoris temperatur, sic vt voluntate potius ac libidine ex hilaritate prognata, quam motu numinis concitantis, festum illud a montibus celebrari videatur." Mihi Euripideum propterea mollius videtur, quia in *totius montis* notione res etiam *animatae* (quamquam obscura cogitatione, cuius lector sibi non conscius sit) comprehenduntur, quibus proprie furor tribui potest:

in illo autem Aeschyli portentum furentis *aedificii* simpliciter positi non est gratum, quia bis idem illud aedificium, et ita quidem, commemoratur, vt simul homines aut animalia in mentem vix possint venire.

§. 7. *μετὰ διοσημείας*] *inter prodigium*, h. e. tempestatem, nullis naturalibus causis excitatam. v. Wessel. ad Diod. Sic. 2, 19. Morvs. Pertinet tota res ad Sophoclis de Oedipo fabulam, quae inscribitur *Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ*. In ea quoniam S. etiam de hoc prodigio *ἄκρως πεφαντάσθαι* dicitur, notandi maxime videntur versus inde a 1532, vbi Chorus fulmina et tonitrua mirifice exprimit.

ἑαυτὸν θάπτοντος] Sepeliit se Oedipus, cum oculis et conspectui hominum ipse se in perpetuum subtraxit: eo usque enim patent fines huius verbi, vt omnino *sepultus* dicatur, qui sub mortem vllo modo e conspectu hominum remotus est. Nimirum Oedipus ille coecus, qui mortem praesenserat, sine duce adiit ad locum, in quo fulmen eum absumturum erat, nec quisquam postea cognitum habuit, quo loco situs esset. Quae si ad narrationem de Mose transferuntur, facile constabit, hunc ideo a Deo sepultum dici, quoniam vis voluntasque diuina effecerit, vt e conspectu hominum auferretur, nec, quo loco situs esset, vlli constaret. Morvs. Ergo non tam sepulturam ipsam, quam *περιστάσεις* eius clare et cum summa *ἐναργείᾳ* Sophocles ob oculos posuit. Fecit hoc maxime inde a versu 1657 Oedipi Colonei.

κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων] Expresserat hunc in deperdita aliqua fabula.

ἐπὶ τ᾽ Ἀχιλλέως προφαινομένου] Respicit Sophoclis *Polyxenam*, ex qua initium orationis, ab Achille super tumulo habitae, conseruauit Porphyrius apud Stob. Ecl. Phys. I. p. 129.

Ὦ τὰς ἀπαιῶνάς τε καὶ μελαμφαεῖς
Λιποῦσα λίμνας ἦλθον ἠχούσας γόοις
Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος ἄρσενας χοάς.

Sic illud fragmentum constituerunt Grotius Excerpt. Stob. p. 165. et amicissimus Valckenarius ad Eurip. Phoeniss. 1017. Rvhnkenivs.

§. 8. *ὑπερέκπτωσιν*] Vt *ὑπερβάλλειν* est *vltra lineam iaculari*, sic iaculum *ὑπερεκπίπτει* aut *περαιτέρω προεκπίπτει* (38, 1), cum vltra lineam volat. Atque ita telum

ὑπερπετὲς dici, demonstrauit ad Diod. Sic. 14, 23 Wesselingius. Itaque *ὑπερέκπτωσις* poetarum est *modum excedens licentia.* Simillimus est Eusebii locus (H. E. 1, 4. p. 15. D. ed. Mogunt.) vbi is, qui contra, quam verum est, loquitur, *ἐκτὸς τῆς ἀληθείας βάλλειν*, *fines veri excedere, a vero aberrare* dicitur. Ergo in eius oratione est *ὑπερέκπτωσις*. Morvs.

τὸ ἔμπρακτον] Pearcius vertit *quod ex re ductum est.* Hoc disputationi esset aptissimum. Sed vereor, vt analogia et vsu se tueatur. Praestat haud dubie alios sequi, qui *efficacitatem, vim, vehementiam* reddunt. Cf. 18, 1.

Δειναὶ δὲ καὶ ἔκφυλοι αἱ παραβάσεις] Huius loci Graecismus plerosque Interpretes fefellit. Recte Pearcius: *Egregiae vero digressiones sunt etiam alienae.* Quod non erat mutandum. Tovpivs. At Pearcius verterat *sublimesque digressiones* — sed talia mittam. Falli videtur cum Pearcio Toupius. Ista versio hunc ordinem postularet: *Ἔκφυλοι δὲ καὶ αἱ δειναὶ παραβάσεις.* Quia *δειναὶ* ambiguum erat, auctor explicandi gratia subiecit *ἔκφυλοι.* Recte iam Petra: *Graves et alienae digr.* et melius etiam Paganus: *Absurdae et alienae.* Pluribus etiam sic potest exprimi: *Vehementer autem offendunt et a dictione oratoris abhorrent.*

ἡνίκ' ἂν ᾖ ποιητικὸν τοῦ λόγου καὶ μυθῶδες τὸ πλάσμα] Editores inde a Manutio scripserant *τὸ τοῦ λ.* Sed inde a Pearcio secuti codicum et ed. 1. auctoritatem priorem articulum omiserunt: in versione tamen *elocutionem* (*τὸ τοῦ λ.*) expresserunt. Ita Morus, qui probabat Manutii lectionem, etsi eam Longino dare non audebat, *genus dicendi* reddit: et Pearcius cum aliis etiam vitiis: *eum forma orationis sit poetica et fabulosa.* De verbis oratoriis et poeticis hic plane non agitur, sed de *rerum ipsarum imaginibus clare ob animum proponendis.* Constructio est: *ἡνίκα τὸ πλ. τοῦ λ. ᾖ ποιητικὸν καὶ μυθῶδες*: *quando fictio in oratoris opere est poetica* (siue *poesi conveniens*) *et fabulas attingit.* Itaque *λόγος*, *oratio*, hic opponitur *poemati.*

προεκπίπτον] Vtique legendum est *προεκπίπτον, prolabens*, vt 38, 1. Morvs. Hoc secundum Animaduerss. eius mutaui. Nam in editione ipsa vulgatum *προσεκπίπτον* non tetigerat.

ὡς ἤδη νὴ Δία] Portus *νὴ Δία* hic ironiam habere statuit. Sed longius est a *δεινοὶ* remotum. Vsitatam igitur vim habere puto, scilicet non tam asseuerandi, quam lectoris excitandi ad considerandam rem notabilem. Sic post, §. 10, et 11, 2. et alibi, maxime apud alios. Nam multus et varius est huius *νὴ Δία* vsus et abusus.

καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς δεινοὶ ῥήτορες βλέπουσιν Ἐριννύας] In his Quintilianum suum ob oculos habuisse videtur noster. IX. 2. *Noui vero et praecipue declamatores audacius, nec mehercule sine motu quodam IMAGINANTVR.* Quae sequuntur, *ὁ λέγων Ὀρέστης φαντάζεται ταῦθ', ὅτι μαίνεται*, expressa sunt ex Plutarcho de Placit. Philosoph. p. 900. *Ὁ γοῦν τραγικὸς Ὀρέστης ὅταν λέγει,*

Ὦ μῆτερ ἱκετεύω σε ——

λέγει μὲν αὐτὰ ΩΣ ΜΕΜΗΝΩΣ, ὁρᾷ δὲ οὐδὲν, ἀλλὰ δοκεῖ μόνον. Tovpivs. Locus Euripidis est Orest. 264.

§. 9. *πραγματικαῖς ἐπιχειρήσεσιν*] Appellant rhetores antiqui *modum tractandi argumenti ἐπιχείρησιν*, eaque dicitur *πραγματικὴ*, quoniam eius ope causa ipsa tractatur et firmatur, seu quoniam ad *τὸ πραγματεύεσθαι τὸν ἀγῶνα* pertinet, h. e. ad causam modo quodam (oratorie) tractandam. Oratoris enim *πραγματεία* est *tractatio causae;* philosophi, disputatio subtilis; historiarum scriptoris, accurata et consilio certo scripta narratio. Ita §. 11. *τὸ πραγματικὸν* occurrit, *modus causae argumentis tractandae*, et 16, 3. *πραγματεύεται ὅρκος*, *tractatur*, modo aliquo et ratione adhibetur. Dion. Hal. T. 2, p. 95, v. 45, *οἰκονομία πραγματικὴ totius orationis institutio quoad res et modum earum tractandarum.* Quoties denique Plato dixit, *λόγον διαπραγματεύεσθαι.* Non igitur video, quomodo interpretes e Cicerone (Inu. 1, 11) negotialem (*πραγματικὴν*) constitutionem huc referre potuerint. Morvs.

"*Καὶ μὴν εἴ τις*", *φησὶν*, "*αὐτίκα* etc.] Locus est ex or. Demosth. in Timocratem non longe a fine. Hic legem scripserat, vt, qui coniectus esset in vincula, vadibus datis liberaretur. Effinxit igitur animo Demosthenes, quae iudicibus ob oculos ponit, homines clamorem exaudientes, deinde narrantem aliquem de aperto carcere etc. Non est illa iusta tractatio argumenti, sed phantasia argumento iam tractato addita, atque ita, vt *κατα-*

κιρναμένη ταῖς πραγματικαῖς ἐπιχειρήσεσι considerari potest.

παρελθὼν] Vertunt obscuriores interpretes *praeteriens, transiens;* Hudsonus et Pearcius cum Tollio *superueniens.* Rectius plane omisit Morus. Sed, si pluribus reddere velis, est *in locum oratoris* vel *in concionem ad dicendum progressus.* De hac re verbum *παρέρχεσθαι* est maxime vsitatum et fere proprium, vt ex oratoribus maxime discimus. Sed et *παριέναι* et similia verba eadem ratione ponuntur. Vid. Hemsterhus. ad Luciani *Prometheus es in verbis,* c. 8. et Dauis. ad Max. Tyr. XXI, 3.

§. 10. *ἐπειδὴ τοὺς δούλους μετὰ τὴν ἧτταν ἐλευθέρους ἐψηφίσατο*] Plura in eum ab Aristogitone accusatore aliisque propter illud decretum conferebantur, quae Plutarchus in eius vita narrat: sed vt grauissimum hoc delegit Longinus *de seruis libertate donatis.*

ἡ ἐν Χαιρωνείᾳ μάχη] i. e. *necessitas ex illa ad Chaeroneam clade nobis imposita omnia tentandi, ne ciuitas funditus tolleretur. Μάχη* ergo dicitur e grauissima, si quis ita vult appellare, metonymia.

ἅμα γὰρ τῷ πραγματικῷ ἐπιχειρεῖν] Lege, *πραγματικῶς.* quod et viro docto ad Longinum placuisse video. Quae paulo infra leguntur, *ἀεὶ τοῦ κρείττονος ἀκούομεν,* recte reddit cl. Morus, *Id, quod maiorem vim habet, attendimus. Quod fortius est.* MOST STRIKING. TOVPIVS. Vir doctus, cui *πραγματικῶς* placuit pro *πραγματικῷ,* ipse est Morus. Sed non inspexerunt Critici nostri Commentarium Porti, in quo p. 319. haec scripta sunt: "*πραγματικῶς: Πρᾶγμα,* rem certam et veram, Longinus opponit *τῇ φαντασίᾳ. πραγματικῶς* itaque, *vere, solide.*" Ergo etiam in libro suo Portus hoc aduerbium scriptum inuenit. Sed Toupius id, vt e coniectura prolatum, in ipsis verbis Longini posuit. Male quidem. Defendit Morus coniecturam suam ita, vt breuiter dicat *τὸ καρτερῶς μάχεσθαι* esse *τὴν καρτερὰν μάχην.* Sed illud cum *πραγματικῶς ἐπιχειρεῖν,* vt analogon, nequaquam potest comparari. Aduerbia in *ως* modum actionis, non materiam, significant. Itaque *μαθηματικῶς ἐπιχειρεῖν* est *methodo mathematica,* siue *eo modo et ordine, quo geometrae solent, aliquid tractare.* Sed *μαθηματικὴ ἐπιχείρησις* est *tractatio problematis aut theorematis mathematici* et refertur ad ipsam thesin siue rem considerandam

aut demonstrandam. In *καρτερῶς μάχεσθαι* igitur adverbio significatur modus pugnandi: sed in *πραγματικῶς ἐπιχειρεῖν* M. vult rem ipsam siue materiam tractandam significari, repugnante vsu loquendi. Video equidem, nec dissimulabo id, quod potest opponi. Vtrumque nempe potest tali aduerbio significari; primo modus rei, deinde per consequentiam aliquam res ipsa. Ita *πραγματικῶς ποιεῖν τι* est facere aliquid eo *modo*, quo *πραγματικοὶ* solent. Sed hi certas *res* explicant, suadent, iubent. Ergo qui *πραγματικῶς* aliquid facit, *res* certas explicat, etc. Sed hac argutatione potior, vt spero, videbitur coniectura, quam proferam. Etiam illud offendit in lectione Mori, quod *ἐπιχειρεῖν* absolute sine casu suo positum est; sed nec minus in lectione vulgata hoc, quod articulus desideratur: nam *τῷ* pertinet ad *ἐπιχειρεῖν*, et *πραγματικῷ* destituitur articulo, quo carere non potest. Veram igitur lectionem hanc esse puto: *Ἅμα γὰρ τῷ τῷ πραγματικῷ ἐπιχειρεῖν*. Facili errore librarius alterum articulum omisit. Id si consulto fecit, ad *κακόφωνον*, quod ipsi videbatur, tollendum, vsum ignorauit optimorum scriptorum. Concursum articulorum tractauit Hoogeueen ad Vigeri libellum: et collegit vir doctus, non memini quis, exempla huic simillima non pauca. Neque enim rara sunt talia, quale est *τοῦ τοῦ βασιλέως στρατεύματος ἡγεμὼν*, et *τῆς τῆς μητρὸς ἀδελφῆς*, et *τῶν τῶν Στωϊκῶν ἐν τοῖς ὅροις παροραμάτων*.

τὸν τοῦ πείθειν ὅρον ὑπερβέβηκε] Hoc fere ad verbum vertunt, sed non illustrant. Verum iam per se, vt opinor, satis clarum est. Magna inest dicti laus, quam et versio Boilauii satis prodit: *il fait plus que persuader et que prouver.* Dixerat auctor §. 9. in eandem sententiam: *οὐ πείθει τὸν ἀκροατὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ δουλοῦται.* Sensus ergo est: *protulit aliquid, quo auditores abrepti cogerentur ipsius causam amplecti.* Morus *τὸ λῆμμα* h. l. vult idem esse, quod 10, 1. *μόριον τῇ ὕλῃ συνυπάρχον* siue *περίστασιν*. Sed est potius ipsius *ὕλης* pars argute et breuiter prolata. Ergo pro *additamento hoc*, quod versio habet, ponas licet *hac forma*.

§. 11. Acute et grauiter, nec minus clare Longinus h. l. vim *affectus* persequitur, vsus loco communi breuissime tractato.

ἐγκρύπτεται περιλαμπόμενον] vt 17, 2. *φέγγη ἐναφανίζεται περιαυγούμενα.* Morvs.

§. 12. De breui hac dictorum repetitione vid. quae disserui ad 9, 2. Nam in verbis, vt ibi ostendi, videtur aliquid esse peccatum.

SECT. XVI.

§. 1. *ὡς ἔφην*] Pertinet ad verba *ἂν ὃν δεῖ σκευάζηται τρόπον.* Nam idem significauerat 8, 1. verbis *ἡ ποιὰ τῶν σχημάτων πλάσις.*

καὶ δὴ] Haec verba sine dubio corrupta sunt. Si alio loco starent, vt post *πιστώσασθαι*, legerem *γε δὴ*, *saltem.* Morvs. Haec non nemini corrupta sunt visa. Sed nihil minus. Ita locutus est Demosthenes Philipp. I. *Καὶ τἄλλα ὡς ἂν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκῇ παρασκευασθῆναι, ΚΑΙ ΔΗ πειράσομαι λέγειν.* Quomodo non semel loquitur Plutarchus. Huc accedit Hesych. *Καὶ δὴ, ἐπὶ τοῦ ἤδη.* Tovpivs. Sed quae vis h. l. inest particulis? Mihi sic videtur. Primo *διεξιέναι* non est *percurrere*, vt Morus cum aliis vertit, sed, vt Tollius, *accuratius exponere.* Cum hoc verbo arcte iunctum *καὶ* significat *etiam, adeo.* Non paucis, inquit, absoluam, nec leuiter percurram illa, sed *diligenter adeo explicabo.* Adiunctum *δὴ* ex mea sententia est *vero*, vt natum ex *δὲ*, quod in *Pleonn. Graecis* conieci; et vim quandam addit verbo, quasi diserte dicatur, esse primarium et prae aliis notandum: nam verti quidem non potest.

§. 2. *Ἀπόδειξιν ... εἰςφέρει*] in or. de corona c. 60.

κατὰ φύσιν] i. e. sine figura, vt 18, 1, *ἁπλῶς ῥηθέν.* Morvs.

τὸν τῶν ἀριστέων τῆς Ἑλλάδος ὅρκον] MS. Eliens. *τὸν κατὰ τῶν ἀριστέων.* quod vnice placet. Aristides Vol. II. p. 440. *Τὸ δὲ καὶ ΟΜΟΣΑΙ ΩΣ ΚΑΤΑ ΘΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟΓΟΝΩΝ, τοῦτο ἔχει τὴν ὑπερβολὴν τῆς σεμνότητος· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων.* Schol. ad Aristoph. Av. 1613. *Τοῦτο ὁ Ποσειδῶν λέγει μηδέπω ἐμφανίσας ἑαυτὸν, καὶ γελοίως ΚΑΘ᾽ ΕΑΥΤΟΥ ΟΜΝΥΣΙ.* Auctor Epistolae ad Hebraeos VI. 13. *τῷ γὰρ Ἀβραὰμ ἐπαγγειλάμενος ὁ Θεὸς, ἐπεὶ ΚΑΤ᾽ ΟΥΔΕΝΟΣ εἶχε μείζονος ΟΜΟΣΑΙ, ΩΜΟΣΕ ΚΑΘ᾽ ΕΑΥΤΟΥ.* Eximie Aeschines *περὶ Παρα-*

πρεσβ. p. 294. *Ἡγεῖται δὲ, ὅταν τι ψεύδηται, τῶν λόγων ΟΡΚΟΣ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΑΝΑΙΣΧΥΝΤΩΝ ΟΦΘΑΛΜΩΝ.* Ita scribendus iste locus: quod et recte obseruauit cl. Casaubonus ad Theophrastum. Iurare per oculos haud inusitatum. Haud aliter Cyclops apud Theocritum VI. 22.

—— *Οὐ τὸν ἐμὸν τὸν ἕνα γλυκὺν, ᾧ ποθόρημι*
Εἰς τέλος —— TOVPIVS.

Illud *κατὰ* praeeunte Toupio recepi.

εἰς ὑπερβάλλον ὕψος καὶ πάθος] *Πάθος* ab hoc loco alienum. Repone: *ὕψος καὶ βάθος.* Vtrumque coniungit Sect. II. *εἰ ἔστιν ὕψους τις ἢ βάθους τέχνη.* RVHNKENIVS. Diligens est Longinus in ordine, quem ipse proposuerat, seruando. *Figurae* igitur nomine *apostrophen* appellat iusiurandum, quod per se non est figura. Ob eandem causam non est probabile, eum hic rursus aliquid vt *πάθος* considerari voluisse. Ceterum pro *βάθος,* quod auctoritate Ruhnkenii posui, etiam *βάρος* fortasse probari possit. Quod autem ad rem attinet, admirabili acumine auctor vim omnem illius iurisiurandi per totum hoc caput persecutus est.

παιώνιον λόγον] Clem. Alex. Paedag. p. 95. baptismum adpellat *παιώνιον φάρμακον, salubrem peccati medicinam.* Sic ergo restituendus est Hesychii locus: *Παιώνιον φάρμακον· καταπαῦον ὀδύνας:* nam locus ille, opinor, distinctione laborat in editionibus. MORVS. Adde locum Plutarchi, quem doctissimus Tzschucke amice mihi suppeditauit, in Consolatione ad Apollonium Vol. VI. ed. Reiske p. 449: *τὸ ἀλγοῦν τῆς ψυχῆς ἀποθεραπεύειν παιωνείοις λόγου φαρμάκοις.*

ὡς κουφιζομένους ... παρίστασθαι φρονεῖν] Assentior Hudsono legenti *κουφιζομένοις.* quod elegantius. Dionysius Halicar. Antiq. Rom. X. 28. *ΡΩΜΑΙΟΙΣ δὲ ἄρα, οἷς ἑτέρων ἄρχειν πάτριόν ἐστι, οὐ ΠΑΡΑΣΤΗΣΕΤΑΙ ταὐτὰ περὶ ἑαυτῶν ΦΡΟΝΕΙΝ.* Confer cl. Doruill. ad Charit. p. 391. Sed nihil muto. Anonymus Orat. Funeb. in Constantin. p. 703. Ed. Haverc. *Καὶ τί ΠΑΡΙΣΤΑΤΑΙ ΦΡΟΝΕΙΝ ΥΜΑΣ ἐπὶ τοῖς ἄρτι συμβεβηκόσι;* Quod inprimis notandum. Huc facit Polybius II. 59. *Καίπερ ὁ συγγραφεὺς βουλόμενος αὔξειν αὐτοῦ τὴν δόξαν, καὶ ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΑΚΟΥΟΝΤΑΣ εἰς τὸ μᾶλλον αὐτῷ συναγανακτεῖν ἐφ' οἷς ἔπαθεν.* TOVPIVS.

Monuit et Morus in Addendis, restituendum esse *κουφιζομένοις*. Sed exempla a Toupio allata docent, datiuum posse intelligi, sequente ceterum accusatiuo cum infinitiuo. *Παρίστασθαι* non est *monere* aut *docere*, quod quis e versionibus credere possit, sed *sibi proponere, in animum suum inducere.* In versione Mori paullum immutanda ipsius mentem secutus sum.

τοὺς ἀκροατὰς... συναρπάσας ᾤχετο] Singularem vim h. l. habet nouus ille tropus verbi *ᾤχετο*. Sensum his fere exprimere possis: *auditores ita secum abripuit et in sententiam suam quasi abstraxit, vt ad alios sensus redituri nunquam viderentur.* Ratio huius explicationis repetenda est a propria significatione verbi *οἴχεσθαι*, de qua disputaui in Pleonasmis Graecis.

§. 3. *παρὰ τῷ Εὐπόλιδι τοῦ ὅρκου τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι*] Ita locutus est non semel Dionysius Halicarnasseus, et Auctor vitae Homeri p. 323. Ed. Gale. Quintil. III. 6. *Translationem hic primus omnium tradidit, quanquam* SEMINA *eius quaedam citra nomen ipsum* APVD ARISTOTELEM REPERIVNTVR. Deinde sequuntur Eupolidis verba,

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Quae ita festiuissime vertit, verus Musarum sacerdos, Gulielmus Smith, Decanus Cestrensis:

No by my labours in that glorious field,
Their joy shall not produce my discontent.

Atqui, mi homo, *χαίρων* est *impune*. Aristoph. Acharn. 562.

Ἀλλ' οὐδὲ ΧΑΙΡΩΝ ταῦτα τολμήσει λέγειν.
Verum haud impune haec audebit dicere.

Atque ita intelligendus Herodotus IX. 106. cuius mentem minus perspectam habuerunt viri doctissimi: *Ἴωνας οὐδεμίην ἐλπίδα ἔχον ΧΑΙΡΟΝΤΑΣ πρὸς τῶν Περσέων ἀπαλλάξειν.* Vbi *χαίροντας ἀπαλλάξειν* est *impune laturos*. Xenophon Expedit. lib. 5. *Ὁμοῦ μὲν ὄντες πολλοὶ, ὥσπερ νυνὶ, δοκεῖτε ἄν μοι καὶ ἔντιμοι εἶναι, καὶ ἔχειν τὰ ἐπιτήδεια· — διασπασθέντες δὲ, καὶ κατὰ μικρὰ γενομένης τῆς δυνάμεως, οὔτ' ἂν τροφὴν δύναισθε λαμβάνειν, οὔτε ΧΑΙΡΟΝΤΕΣ ΑΝ ΑΠΑΛΛΑΞΑΙΤΕ.* Item Celsus apud Origen. lib. 8. p. 404. *Τὸν Διόνυσον ἢ τὸν Ἡρακλέα παρόντα εἰ ἐλοιδόρησας, οὐκ ἂν ἴσως ΧΑΙΡΩΝ*

ΑΠΗΛΛΑΞΑΣ. Confer nos ad Theocritum VIII, 40. Ceterum locus iste,

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν — — — — —
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

totidem verbis legitur apud Euripid. in Medea 398. vnde mutuatus est Eupolis. Qui mos istorum hominum est, de quo nos supra ad sect. 15. Tovpivs.

§. 4. *Κἀπειδήπερ ὑπήντα τῷ ῥ.*) Faber legendum suspicabatur *ὑπήντα τις τῷ ῥ.* Similiter Morus: „Vtrum Aeschines Demostheni hoc obiecerat, an est cuiusdam scriptoris locus?“ Sed verum iam Petra viderat, qui *πρόληψιν* inesse significat, quam sequatur *ἀπάντησις* seu *ὑποφορά.* Morus cum verterit: *ei illud occurrebat;* mirum est, ei non venisse in mentem locum Ciceronis in or. in Mil. c. 9. med. *Occurrebat ei, mancam* etc. Ipse igitur Demosthenes sibi illud opponit, quod obiicere possint auditores: ideoque callide, vt in fine dicitur, *φθάνει τὸν ἀκροατὴν,* et efficit, vt nemo tale quid in ipsum conferre velit.

διὰ ταῦθ' ἑξῆς] Toupius edidit: *διὰ ταῦτα τὰ ἑξῆς,* nihil de hac mutatione monens. An ex aliquo fonte ductum est? Mihi quidem perplacet. Nam si nihil aliud vitii verbis huius loci inest, articulus certe ante *ὀνόματα* prorsus desideratur. Iam in illa lectione Toupii *τὰ* pertinet tam ad nomen intelligendum, (vt *νοήματα*), quam ad *ὀνόματα.* Notus enim est vsus copulae, ex quo verba idem volunt, quod *τὰ ἑξῆς, οὐ μόνον νοήματα, ἀλλὰ καὶ ὀνόματα.*

δι' ἀσφαλείας ἄγει καὶ ὀνόματα] Elegans locutio. Xenophon Memor. IV, 6. *Ὁπότε δὲ αὐτός τι τῷ λόγῳ διεξίοι, διὰ τῶν μάλιστα ὁμολογουμένων ἐπορεύετο, νομίζων ταύτην τὴν ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ εἶναι λόγου. τοιγαροῦν πολὺ μάλιστα, ὧν ἐγὼ οἶδα, ὅτε λέγοι, τοὺς ἀκούοντας ὁμολογοῦντας παρεῖχε. ἔφη δὲ καὶ Ὅμηρον τῷ Ὀδυσσεῖ ἀναθεῖναι τὸ ΑΣΦΑΛΗ ῥήτορα εἶναι, ὡς ἱκανὸν αὐτὸν ὄντα διὰ τῶν δοκούντων τοῖς ἀνθρώποις ΑΓΕΙΝ ΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ.* Plutarchus Polit. Praecept. p. 803. *Μάλιστα μὲν οὖν ἐσκεμμένῳ πειρῶ καὶ μὴ διακένῳ τῷ λόγῳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς πολλοὺς μετ' ΑΣΦΑΛΕΙΑΣ.* Locutionis fundus Homerus Odyss. Θ, 171.

— ὁ δ' ΑΣΦΑΛΕΩΣ ἀγορεύει.

Atque ad hunc locum respexit Xenophon. Ceterum restituendus hac occasione Aelianus Var. Hist. III, 26. *Γελάσαντά φασι τὸν Κροῖσον τοῖς μὲν Ἐφεσίοις συγχωρῆσαι τὴν μετ' ἐλευθερίας ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ.* Ita scribendus iste locus, qui viros doctissimos plurimum torsit. Tovpivs.

τὸν ἀκροατὴν φθάνων εὐθὺς ὑποφέρει] Scribe *ἐπιφέρει.* Semper hoc sensu dicitur *ἐπιφέρειν* et *ἐπάγειν*, nunquam *ὑποφέρειν* et *ὑπάγειν.* Demetr. Phaler. de Elocut. Sect. 122. *καὶ τὴν παροιμίαν ἐποίσομεν.* Sic Tib. Hemsterhusius emendabat vulgatum, *καὶ τὴν παροιμίαν ἐποιήσαμεν.* Rvhnkenivs. Iure quis miretur, Toupium nihil in vtramuis partem de correctione proposita protulisse. Cum auctor *ἐπιφέρειν* hoc sensu 8, 2. et 39, 4. dixerit, me paene mouit summa Ruhnkenii auctoritas, vt *ἐπιφέρει* scriberem. Sed cum Longinus multa habeat singularia, cumque ad vsum figurae *ὑποφορᾶς* respicere potuerit, mutare denique vulgatum non ausus sum.

οὓς ἅπαντας ἐϑ. δημ. ἡ π.] Hic locus laudatur Plutarcho de Gloria Atheniens. p. 350. laudatur et Tiberio Rhetori p. 182. Ed. Gale. Desumptus est autem ex Demosth. de coron. p. 550. ad quem locum consulendus Taylorus. Tovpivs.

SECT. XVII.

§. 1. *συμμαχεῖ τῷ ὕψει*] Libri scripti, *συμμαχεῖται.* Scribendum, *συμμαχεῖ τε τῷ ὕψει τὰ σχήματα, καὶ πάλιν ἀντισυμμαχεῖται. Et sublimitatem adiuuant figurae, et ab ea vicissim adiuuantur.* Quod et praeclare vidit Schurzfleischius, et ante eum nescio quis in margine Codicis Eliensis. Nihil verius hac emendatione. Tovpivs.

ἰδίως] nulla alia res tam exposita est suspicioni. Morvs. Secundum hanc Mori explicationem *ἰδίως* esset i. q. *καὶ μάλιστα.* Sed ex meo quidem sensu nihil aliud est quam, *praeter alia, vt alias aliunde natas suspiciones mittam.* Comparari quodammodo potest illud *ἰδίως* 15, 1. sed magis adiectiuum *ἴδια* 32, 4. Additum igitur h. l. videtur subtilitatis causa, ne quis secum cogitare possit: Ergone solo figurarum vsu doli suspicio iniicitur?

πρὸς κριτὴν κύριον] Eundem sensum, quem Morus, exprimit cum Tollio Pearcius, etsi durioribus verbis: *cum iudice, qui est vitae necisque dominus.* Filius hoc mihi notatum misit: „*κρ. κύριος*, i. e. penes quem est arbitrium rei, qui et deliberat et decernit, et a quo prouocari non potest. Dicitur ergo non de potestate in rep., sed in iudicio.“ Hoc mihi propterea probatur, quia *κύριος* fere est, cui aliquid iuris competit, et maxime, quia ab hoc *κριτῇ* distinguuntur, vt circumspectius etiam tractandi, *τύραννοι* et alii, qui imperium in nos habent.

ἡγεμόνας ἐν ὑπεροχαῖς] Non dubito, quin Longinus scripserit: *ἡγεμόνας ἐν ἐπαρχίαις. praesides prouinciarum.* Sic enim Graeci loquebantur de magistratibus Romanorum prouincialibus. Plutarch. Caton. mai. p. 346. A. *ἐτύγχανε μὲν οὖν ἡγούμενος ὑπατικῆς ἐπαρχίας.* Rvhnkenivs. Recte *ἡγεμόνας ἐν ὑπεροχαῖς. Summos magistratus. Summa vi et potestate praeditos.* Ἐξουσίας *ὑπερεχούσας* vocat D. Paulus. Quod perinde est. Huc facit Auctor de Causis corrupt. Eloquent. cap. 19. *At hercule peruulgatis iam omnibus, cum vix in cortina quisquam assistat, qui elementis studiorum etsi non instructus, at certe imbutus sit, nouis et exquisitis eloquentiae itineribus opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat, vtique apud eos* IVDICES, QVI VI AVT POTESTATE, *non iure et legibus cognoscunt, et nec accipiunt tempora, sed constituunt; nec expectandum habent oratorem, dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed saepe vltro admonent, atque alio transgredientem reuocant, et festinare se testantur.* Tovpivs. Pro *ὑπεροχαῖς* iam Faber prorsus idem, quod Ruhnkenius, e coniectura suaserat. Sed latius patent praecepta Longini. Omnium ille temporum tyrannos, reges, omninoque homines summum imperium tenentes vult intelligi: et, paene dicam, abhorret a magno eius animo, praeter ceteros commemorare *prouinciarum praesides.* Si quid mutandum esset, equidem cum Tollio *τούς*, quod in Vat. 3. positum est ante *τυράννους*, ponerem post *ἡγεμόνας.* Sed ne hoc quidem prorsus necessarium puto.

ὑπὸ τεχνίτου ῥήτορος] *ab oratore, qui scholae et arti sua debet, non naturae.* Cum contemtu dictum est.

ἀποθηριοῦται τὸ σύνολον] vt ne audiat quidem dicere volentem aut ingressum, sed ei vim afferat: nam et hactenus est, (vt verbis Longini 1, 4. vtar) *τὸ πιθανὸν ἐφ' ἡμῖν*, vt ira inflammati nihil audiamus.

αὐτὸ τοῦτο διαλανθάνῃ] Eodem plane modo dictum 38, 3.

§. 2. *καί πως παραληφθεῖσα*] Repone *καί πως παρακαλυφθεῖσα*. Nihil hac emendatione certius. *Δέδυκε τοῖς κάλλεσιν* exquisitam elegantiam habet. Plutarch. de Herodot. Malign. p. 874. B. *δεῖ φυλάττεσθαι τὴν βλασφημίαν καὶ μικρολογίαν λείοις καὶ ἁπαλοῖς σχήμασιν ὑποδεδυκυῖαν*. Rvhnkenivs. Locus vexatissimus. Lego et distinguo: *Καί πως ΠΑΡΑΛΕΙΦΘΕΙΣΑ ἡ τοῦ πανουργεῖν τέχνη τοῖς κάλλεσι καὶ μεγέθεσι, τὸ λοιπὸν ὑποδέδυκε καὶ πᾶσαν ὑποψίαν ἐκπέφευγεν*. Vox fluit non a *παραλείπειν*, *praetermittere*, sed a *παραλείφειν*, *illinere, obtegere, dealbare*. Metaphora ducta a parietibus *dealbatis* siue *calce obductis*. Notum prouerbium: *Δύο τοίχους ἀλείφεις*. de quo Pausanias in Eliacis, et nos ad Suidam v. *Εὐφεγγέας*. Verbum *παραλείφειν* vsurpat Aristophanes in Eccles. et Aristoteles in Rhetoricis. Idem *παραλείφειν* et *παραχρίειν*. Suidas: *Κονιάται, οἱ τοὺς τοίχους παραχρίοντες*. Haud dissimiliter locutus est Demades in Orat. p. 180. *ΑΛΕΙΨΑΝΤΕΣ λόγοις εὐπρεπέσι Θηβαίων τοὺς παρόντας*. Quomodo Philo 2. p. 310. *Εὐπρεπέσιν ὀνόμασι τὰ αἰσχρὰ ἐπικοσμεῖν*. Non potuit elegantius Longinus. Nostram autem emendationem vnice firmant quae sequuntur: *Τίνι γὰρ ἐνταῦθ' ὁ ῥήτωρ ἀπέκρυψε τὸ σχῆμα; δῆλον ὅτι ΤΩι ΦΩΤΙ ΑΥΤΩι*. Quae verba inprimis notanda. Tovpivs. Subdubitans ego adsciui Toupii *παραλειφθεῖσα*. Certe *παραληφθ.* non est necessarium, et prope nimis tritum; illud autem graue et elegans. Praeterea nihil vsitatius est in vett. libris permutatione aoristorum *ληφθεὶς* et *λειφθεὶς* etc. Quin etiam Schurzfleischius p. 43. tradit, in cod. Ambrosiano legi *παραλειφθεῖσαν*. Sed hoc perquam dubium facit Gudii diligentia, qui tantum pro *σα*, vltima syllaba, *σαν* scriptum esse significauit, *τὸ Η* vero nulla nota distinxit. Veruntamen si quis vulgatum tueri malit, grauem habebit viri docti auctoritatem in Bibl. Crit. Amst. Vol. I. P. III., qui comparat loca 31, 1. *ἐναργ. παρείληπται* et 38, 4. *παραλαμβάνεσθαι δοκεῖ*.

Mirabilem emendationem suadet Wakefield Silv. Crit. P. I. p. 109 s. „Non infeliciter," inquit, „Ruhnkenius — *παρακαλυφθεῖσα*: nec Toupius — *παραλειφθεῖσα* — nisi quod haec vox *metaphoris*, per quas totus procedit locus, minus conueniat. Videat lector, an nostra emendatio sit vndequaque apta, et elegantissimo scriptore digna. Lege: — *ΠΑΡΕΚΛΕΙΦΘΕΙΣΑ* — FVRTIVAM ECLIPSIN *passa*. Ad *solarem eclipsin* alludit rhetor litteratissimus. Hoc per se monstrat vox *ὑποδέδυκε*. *Ἐκλείποντα· δύνοντα:* Hesych. — Ita in statim seqq. *solem orientem* respicit, et verbis exquisitis rem pingit: *Ὥσπερ καὶ τἀμυδρὰ φ.... περιαυγουμενα.* Et in sect. 15. ad *heliacos* (quos vocant Astronomorum filii) *siderum occasus*: *Ὧι τὸ πραγματικὸν ἐγκρύπτεται ΠΕΡΙΛΑΜΠΟΜΕΝΟΝ.*" Inepta profecto est haec, quam W. vocat, emendatio. Metaphoras eadem de re eodemque in loco plures Longinus probat et adhibet. (Cf. 32, 1.) Hactenus nihil est, quod Wakefieldii sententiae repugnet. Grauius est id, quod furtiuam ECLIPSIN premit. Quis rhetor non mente captus tecte et callide agentem oratoris rationem cum *sole non obscurato* comparet? et quomodo figurae tractatio potest *furtim* pati eclipsin? Anne claro lumine, vti sol, exsplendescere vbique debet, vt nonnisi furtim se submouere aut radios suos obscurare possit? Imo *τότε ἄριστον δοκεῖ τὸ σχῆμα, ὅταν αὐτὸ τοῦτο διαλανθάνῃ, ὅτι σχῆμά ἐστι:* et in seqq. *τὸ μέγεθος* potius comparatur cum sole, cuius lumine figura, vt *ἀμυδρὸν φέγγος*, obscuretur.

τοῖς κάλλεσι] Vtique audiendus est Tollius, qui *πάθεσι* legi vult. Nam *ἡ τοῦ πανουργεῖν τέχνη* est illud ipsum *κάλλος*, neque adeo latere potest, obtecta *κάλλεσι*, sed tegitur *πάθει* et *ὕψει*. MORVS. „Praecessit statim," inquit Tollius, „*τὸ τοίνυν ὕψος καὶ π.* etc. Vnde igitur hic *κάλλος*?" Recte. Firmatur *τὸ πάθεσι* etiam verbis §. 3. *Οὐκοῦν καὶ τῶν λ. τὰ πάθη καὶ τὰ ὕψη* etc. Nihil ergo dubitaui suum h. l. reddere Longino.

Σχεδὸν γὰρ] Saepe mihi scrupulum iniecit et apud hunc et apud alios vsus particulae *σχεδόν*. Passim apud alios visa mihi est idem esse, quod *αὐτίκα*, *argumentum in promtu est.* Apud Longinum certe magis est *plane, prorsus*, quam *paene, prope.* Cf. 18, 2. et 38, 2. Alia

loca non notaui. Omnino autem certi nihil adhuc definire volui.

§. 3. *παραλλήλων ἐν χρώμασι*] Antiquiores interpretes hoc plane non intellexerunt, quia *lineas aequali inter se spatio distantes* posuerunt. Melius inde a Tollio vertunt *iuxta se*, vt lux et vmbra sit expressa. Sed haec lucis et vmbrae vicinia iam exprimitur verbis *ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ κειμ. ἐπιπέδου*: et *ἐν χρώμασι* non potest esse otiosum. Ego igitur *παράλληλα ἐν χρ.* puto esse *colore non multum discrepantia* siue *eodem fere colore expressa.* Eodem sensu rhetores et grammatici dicta *παράλληλα* vocant, quae ad eundem fere redeunt sensum et verbis discrepantia congruunt in sententia ipsa. Illa igitur si recte cepi, de monochromate cogitare debemus, vt sub vmbra non tam tenebras intelligamus, quam temperatam obscuriori colore lucem.

καὶ οὐ μόνον] Boiuinii hanc coniecturam pro *καιόμενον*, quod vbique legebatur, recte recepit Pearcius, praesertim cum mox *ἀλλὰ* in Par. El. Ambr. Vat. 3. pr. ed. occurrat, quod editores inde a Manutio neglexerunt. Morvs.

ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐγγυτέρω κ. etc.] Et comparatio et res ipsa his ita scriptis aduersatur. Reponendum puto: *τ. ψ. ἡμῶν οὐκ ἐγγυτέρω κείμενα, διά τε φυσικήν τινα συγγένειαν καὶ διὰ λαμπρότητα ἀεὶ τῶν σχ.* etc. Ante *ἐγγυτ.* ponenda negatio. Nam *ὕψος* et *πάθος* sunt in eodem quasi *ἐπιπέδῳ*, quo *σχήματα*, et simul animum afficiunt. Deinde post *κείμενα* ponendum est comma, idemque tollendum post *λαμπρότητα*. Sic veriora fient omnia et comparationi aptiora.

SECT. XVIII.

§. 1. *τὰς πεύσεις τε καὶ ἐρωτήσεις*] Verba satis clare ostendunt, Longinum has figuras distingui voluisse. Subtiliter ille et alibi disputat. Itaque in principio noui capitis rem non debuit populari ratione indicare, sed vt rhetor et dialecticus, qui distinguere debet, quae vsus in scholis certo discrimine separauit. Clare autem Aquila Romanus in lib. *de figuris sententiarum et elocutionis* §. 12. postquam de *erotemate* siue *interrogato* dixit (ad quod „vna voce tantum responderi potest, vel a negan-

te vel a confitente.“), de *pysmate* siue *quaesito* pergens, „*Quaesito*“, inquit, „occurri nonnisi pluribus potest, [vt] hoc modo si dicas: *qua igitur ratione bellum geremus? quae auxilia nobis parata erunt? quis erit, qui subuenire velit, cum tam acerbe socios tractauerimus?*“ A *πύσματι* autem *πεῦσις* non differt nisi forma, secundum quam proprie *quaerendi actionem* significat, non, vt hoc loco, *quaesitum* ipsum. Sic et *ἐρώτησις* hic est *ἐρώτημα*.

τῶν σχημάτων] Haec videntur abundare: paulum certe corrupta videntur. Dum certius quid proditum fuerit, puto addita esse, vt illa distinguantur ab *interrogatis* et *quaesitis*, quae occurrunt in vita communi, quae non ars, sed ipsa necessitas profert. Ex eadem distinguendi subtilitate fluxit fortasse in fine paragraphi *τῷ σχηματισμῷ*.

σοβαρώτερα] Morus etymon magis quam vsum verbi secutus *σοβαρὸν* vult esse *citum*, *mobile*. Sed est potius *graue*, *venerabile*, vt a *σεμνῷ* parum differat. Virtus apud Max. Tyrium 20, 1. dicitur *σοβαρὰ* itemque paullo post *βαδίζουσα ἠρέμα*, quae vix conciliarentur, si *σοβαρὰ* esset *agilis* et *mobilis*. Iulianus in Caesaribus de Hadriano (p. 6. ed. Heusing.) *Μετὰ τοῦτον* (Traianum) *ἐπεισέρχεται βαθεῖαν ἔχων ὑπήνην ἀνὴρ σοβαρὸς, τά τε ἄλλα καὶ δὴ καὶ μουσικὴν ἐργαζόμενος*. Rectius igitur M. in versione *vehementiae* notionem adhibet.

συντείνει] scil. ὁ *Δημοσθένης*, de quo auctor dicere coeperat 16, 2. et deinceps. Sic recte Pearcius. Nam si cum aliis intelligas *ἐκεῖνα*, quod initio scriptum est, inepte tibi redundabunt verba *αὐταῖς ταῖς ... εἰδοποιΐαις*, saltem *τῶν σχημάτων*.

τὰ λεγόμενα] non vniuerse, quaecunque alicubi dicuntur, sed haec, quae dicuntur in Philipp. 1. p. 33. ed. Bas.

Τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτου καινότερον, ἢ] „Vocem *τούτου* eiiciendam esse censeo, quia sequitur *ἢ* post *καινότερον*, quae particula satis comparatiuo respondet.“ *Pearce*. Fallitur vir doctissimus. Istiusmodi Pleonasmis delectantur Attici. Lysias cont. Theomnest. p. 183. *Τί γὰρ ἂν ΤΟΥΤΟΥ ἀνιαρώτερον γένοιτο αὐτῷ, ἢ τεθνᾶναι μὲν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, αἰτίαν δὲ ἔχειν ὑπὸ τῶν παίδων;* ad quem locum consulendus cl. Marklandus.

Confer etiam Euripid. Heraclid. 298. Ceterum hunc locum Demosthenis, qui illustris est, imitatus videtur Heliodorus Aethiop. lib. I. p. 46. *Καὶ τί γένοιτ' ἄν, ἔφη ὁ Θεαγένης, καινότερον, ἢ τί ἀθεμιστότερον, ἢ ὅρκων μὲν καὶ σπονδῶν παραβαινομένων, Χαρικλείας δὲ λήθην ἐμοῦ λαβούσης, καὶ πρὸς ἄλλων γάμους ἐπινευούσης.* Vbi notanda locutio, *καινότερον ἢ ὅρκων.* de qua nos in Epist. ad cl. Warton. p. 334. Tovpivs.

Καὶ πάλιν, Πλέωμεν ἐπὶ Μ.] Demosthenis ipsa verba p. 43. sunt potius haec: *Οὐκ ἐκβησόμεθα; οὐκ ἔξιμεν αὐτοὶ μέρει γέ τινι στρατιωτῶν οἰκείων νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον; οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνου πλευσούμεθα; ποῖ δὴ πρ.* etc. Breuiter igitur Longinus sensum posuit priorum *πυσμάτων.*

ἤρετό τις] Vertunt: (*quaerat*, vel) *dixerit aliquis.* Sed hoc esset *ἔροιτ' ἄν τις.* Facilis esset mutatio in *ἤρετ' ἄν τις*: sed hoc vertendum esset *dixisset* (vel *dicere potuisset*) *aliquis.* Quid ergo? Mihi sic statuendum videtur, postquam D. illa quaesiuerat, vere, vt hic narratur, aliquem, aut plures (nam *ἤρ. τις* potest esse, *fragte man*) in concione satis alta voce, vt ab oratore exaudiri posset, quaesiuisse, *ποῖ δὴ προσορμιούμεθα?* hoc ipsum autem altiori etiam voce repetitum esse a Demosthene, vt ab omnibus posset exaudiri. Singulare hoc est, fateor; sed tamen non absurdum aut a licentia concionis alienum: et verba ipsa nihil aliud suppeditant.

εὑρήσει τὰ σ.... ὁ πόλεμος] Quidquid *vitiosum* et *male sanum* sit, *σαθρὸν* vocant Graeci. Demost. Olynth. II. p. 7. *Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἕως μὲν ἂν ἐῤῥωμένος ᾖ τις, οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαστα ΣΑΘΡΩΝ· ἐπὰν δὲ ἀῤῥώστημά τι συμβῇ, πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα, κἂν στρέμμα, κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων ΣΑΘΡΟΝ ᾖ.* Quem locum ante oculos habuit Iosephus Bell. Iud. lib. 6. p. 392. Ed. Hauerc. nec non Plutarchus de Adul. p. 69. Confer etiam Demosth. p. 66. vbi eadem leguntur. Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. XI, 20. *Καὶ ταῦτα ἅπαντα διαπραξάμενος, καὶ εἴ τι καὶ ἄλλο ΣΑΘΡΟΝ ἦν τῆς πολιτείας ἐπανορθωσάμενος, ἀπέθετο τὰς ῥάβδους.* Hinc *σαθρὸν φθέγγεσθαι vitium sonare.* de quo cl. Casaubonus ad Persium III, 21. Damascius in vit. Isidori apud Photium p. 1036. *Ἦν δὲ ἱκανὸς διϊδεῖν, ὅπη τε ΣΑΘΡΟΝ ΦΘΕΓΓΕΤΑΙ ὁ λόγος, καὶ ὅπη ὑ-*

γιές. Facile autem perspicere poterat, vbi oratio esset vitiosa, et vbi sana. Ita scribendus iste locus, qui et paulo auctior legitur apud Suid. v. *Πρόσοιτο.* Hinc eleganter Dio Chrysost. Orat. 48. p. 535. *Οὐ μέντοι παρ' ὑμῖν τυχὸν οὐδείς ἐστι κηφὴν ἄγριος, ΒΟΜΒΩΝ ΣΑΘΡΟΝ, γευόμενος τοῦ μέλιτος.* Quod vero Graeci *σαθρὸν*, Latini *aegrum* vocant. Tacitus Hist. I, 4. *Quid in toto terrarum orbe validum, quid* AEGRVM *fuerit.* Suetonius in Tiberio: *Forte in quodam disponendo die mane praedixerat, quicquid* AEGRORVM *in ciuitate esset, visitare se velle: id a proximis aliter exceptum est; iussique sunt omnes* AEGRI *in publicam porticum deferri, ac per valetudinum genera disponi.* Locus longe elegantissimus et festiuissimus, sed cuius mentem nemo, quod sciam, hactenus perspexit. Per *aegra* intelligenda sunt *τὰ σαθρὰ τῆς πόλεως*, quicquid diuturnitate temporis vel attritum vel labefactatum esset. Haec aiebat se visitare velle Tiberius, vt instauranda curaret. Ceterum ad hunc Demosthenis locum respexit Aristides Vol. 1. p. 498, *Ὑμέτερον τοίνυν ἐστὶν ὁρῶντας τὸν φόβον αὐτοῦ, καὶ ΟΠΗ ΣΑΘΡΟΣ ΕΣΤΙ, μηδὲν ἀνεῖναι ῥώμης, ἀλλ' ἐπικεῖσθαι καὶ παρελέσθαι τὰς λαβὰς, καὶ μὴ τἀκείνῳ συμφέροντα προκρῖναι.* TOVPIVS. In paraphrasi sensum his verbis perspicuum redderes: *Ipso bello suscepto, et classe ad oram Macedoniae delata, facile per exploratores, per transfugas ex iis, quos Philippus imperio tenet oppressos, aliaue ratione consilium suppeditabitur, vbi appellere et occupare loca munita, feliciterque rem gerere aduersus resistentes possimus. Nam certe pluribus in locis res eius laborant, cum haud paucos, quos appellat suos, sibi habeat infensos.*

§. 2. *μὴ ἐπιτηδεύειν*] *non secundum artis praecepta tractare*, non in iis artem adfectare. Fit autem hoc, vt Aquila Romanus (de figuris, fin.) recte iudicat, *si ita verba colligas, vt in eam figuram, quam destinaueris, incidant.* Lucian. scr. hist. c. 44. *τὸ ἀνεπιτήδευτον τῶν σχημάτων.* Dion. Halic. T. 2. p. 84. v. 11. oratio Lysiae, *ἀνεπιτηδεύτως καὶ οὐ κατὰ τέχνην* structa. Ibid. v. 4. *τὸ ἐξ ἐπιτηδεύσεως*, *quod scholam sapit.* MORVS.

παροξύνοντες ἐκ τοῦ παραχρῆμα] Scribe *παροξυνθέντες.* RVHNKENIVS. Haec manifesto corrupta sunt. Scribendum sine dubio, *ΠΑΡΟΞΥΝΘΕΝΤΕΣ.* Quod

et vidit cl. Ruhnkenius. Schol. ad Theocrit. XIV, 10. *Ἐκ τοῦ παραχρῆμα ὀξυνόμενος.* Haud aliter corruptus Euripides, Heraclid. 16.

— — *φεύγομεν δ' ἀλώμενοι,*
Ἄλλην ἀπ' ἄλλης ἐξορίζοντες πόλιν.

Scribendum, *ΕΞΟΡΙΣΘΕΝΤΕΣ.* Deinde MS. Paris. *ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας.* Recte. Tovpivs. Haec autem ita vertenda sunt: *vt natura ipsa fert*, s. *vt pro naturali sensu debent.* Nam *ἀλήθεια* saepe est *natura*, quatenus opponitur fictioni et arti. Sic et cognata *ἀληθὴς*, *ἀληθινῶς* vsurpantur. Ita infra 22, 1. *χαρακτὴρ ἀληθέστατος.* Eodem sensu *veritas* et *verum* apud Latinos, maximeque apud Ciceronem, ponuntur.

εἰς τὰ δοκεῖν ... ἀπάγον, καὶ παραλογίζεται] Haec scabra sunt et inuenusta. Robortellus et Manutius cum MSS. nonnullis, *ἀπάγει καὶ παραλογίζεται.* Omnino vere. *Τὸν ἀκροατὴν ἀπάγειν* est *auditorem ab re abducere, atque adeo fallere.* Lucianus de Domo: *Ταῦτα πάντα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ΑΠΑΓΕΙ ΜΕΝ ΤΟΝ ΑΚΡΟΑΤΗΝ, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἀποστρέφει.* Quare totum locum ita refingendum esse censeo: *Σχεδὸν γὰρ ὡς οἱ ὑφ' ἑτέρων ἐρωτώμενοι, ΠΑΡΟΞΥΝΘΕΝΤΕΣ ἐκ τοῦ παραχρῆμα, πρὸς τὸ λεχθὲν ἐναγωνίως καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας ἀνθυπαντῶσιν· οὕτω τὸ σχῆμα τῆς πεύσεως καὶ ἀποκρίσεως, ΕΚ ΤΟΥ ΔΟΚΕΙΝ ἕκαστον τῶν ἐσκεμμένων ἐξ ὑπογυίου κεκινῆσθαί τε καὶ λέγεσθαι, ΤΟΝ ΑΚΡΟΑΤΗΝ ΑΠΑΓΕΙ ΚΑΙ ΠΑΡΑΛΟΓΙΖΕΤΑΙ. Quemadmodum enim illi, qui ab aliis quid interrogati sunt, subita illa interrogatione commoti atque excitati, ei quod dicitur celeriter atque adeo ex ipsa veritate respondent; sic figura interrogationis et responsionis, eo quod videtur vnumquodque eorum, quae meditata sunt, ex tempore proferri, auditorem fallit et ludificatur.* Quae plana et perspicua sunt. Tovpivs. Inscita et inutilis mihi videtur coniectura, ex qua Toupius verba Longini ipsa mutauit. Pro *ἐκ τοῦ δοκεῖν*, quod ipse vertit *eo quod videtur*, auctor scripsisset *διὰ τὸ δοκεῖν.* Haerent interpretes in v. *κεκινῆσθαι.* Tollius vertit *subnasci*, Pearcius *concipi*, Morus *proferri:* Toupius plane omisit. Est vero, quod Germ. diceres *veranlasset werden*, siue *ex alterius dicto prouocari.* Nam *κινεῖν τινα* est, *alterum aliquo dicto ad*

loquendum impellere, siue lacessere; vt docui ad Xenoph. Mem. IV, 2, 2. Bene *τῷ κεκινῆσθαι* respondet superius *παροξυνθέντες*. Postrema *ἀπάγον καὶ π.* quoniam codd. tuentur, Morum secutus ea seruaui; quamquam ipse legendum censet aut *ἀπάγει καὶ π.* aut *ἀπάγον παραλογίζεται*. Particula *καὶ* fortasse defendi potest illa ratione, de qua 16, 4. sub *διὰ τ. ἑξῆς* monui. Sententia nempe erit: Interrogatio auditorem non modo istuc ducit, vt credat omnia ex tempore dici, sed *simul* decipit, cum eius assensum extorquet.

εἰ οὕτως ἕ.] Qui locus Herodoti in hac, quae sequitur, duorum foliorum lacuna repetitus fuerit, difficile est coniicere. Nullus interpretum coniecturam de eo protulit.

S E C T. XIX.

§. 1. *πλοκα*] In altero foliorum, quae interciderunt, infimo scriptum fuerat, vt putant, *α*-, vt hic legere debeamus *ἄπλοκα*, i. e. *ἀσύνδετα*.

ὁ Ξενοφῶν] in Agesilao c. 2. §. 12.

§. 2. *τοῦ Εὐρυλόχου*] ducis sociorum Vlyssis, Odyss. *K*, 251 ss.

Ἤιομεν] Pro hoc in codd. et ed. 1. reperitur *Ἤλθομεν*, sicut v. seq. *Ἴδομεν* pro *Εὕρομεν*, quae, vt Morus recte iudicat, non debebant corrigi ex editt. Homeri. Sed mirabile est, Longinum et alios his in versibus magnam asyndeti vim sentire potuisse, cum vni tantum copulae (quam non facile desideres) ante *εὕρομεν* locus sit. Nam et Eustathius ad illum locum: *Ἐπαινοῦνται τῆς εὐρυθμίας τὰ δύο ἔπη ταῦτα· „Ἤιομεν, ὡς ἐκέλ.... δώματα καλά·“ τὰ τῆς Κίρκης δηλαδή. Καλὸν δ᾽ ἐν τούτοις καὶ ἡ ἀσύνδετος εἰςβολή.* Ergo etiam hoc vim asyndeti habere dicitur, quod Eurylochus non incipit cum aliqua coniunctione, et sic tamquam ex abrupto videtur loqui.

ἐμποδιζούσης τε καὶ συνδιοικούσης] Scribendum cum Fabro, *ΣΥΝΔΙΩΚΟΥΣΗΣ*. Longini auctoritas sexcentis librariis anteferenda. Ita enim sect. 21. *Τοῦ πάθους ΤΟ ΣΥΝΔΕΔΙΩΓΜΕΝΟΝ καὶ ἀποτραχυνόμενον — Τὸ πάθος ὑπὸ τῶν συνδέσμων ΕΜΠΟΔΙΖΟΜΕΝΟΝ.* Nihil verius hac emendatione. Tovpivs. Scripsi ergo quod iam Morus aliique commendauerant.

SECT. XX.

§. 1. *ὅταν δύο ἢ τρία, οἷον κατὰ συμμορίας ἀνακιρνάμενα, ἀλλήλοις ἐρανίζῃ τὴν ἰσχὺν*] Robortellus et Manutius cum nonnullis MSS. *κατὰ συμμορίαν.* Recte. Iosephus Antiq. Iud. V. 7. *καὶ δειπνοῦντες κατὰ συμμορίαν.* Deinde legendum, *ἀλλήλοις συνερανίζῃ*, quomodo locutus est Appian. de Bell. Ciuill. lib. 2. p. 716. *Καὶ ΤΡΕΙΣ οἵδε τὸ μέγιστον ἐπὶ πᾶσι κράτος ἔχοντες ΤΑΣ ΧΡΕΙΑΣ ΑΛΛΗΛΟΙΣ ΣΥΝΗΡΑΝΙΖΟΝ.* Quae plane gemella sunt. Tovpivs. Robortellus habet pluralem, *συμμορίας.* Sed tamen *συμμορίαν* praetuli, cum de duabus tribusue figuris dicatur, quae rectius comparantur cum totidem ciuibus eadem *συμμορίᾳ* coniunctis, quam si *ἀνὰ δύο ἢ τρία, binas aut ternas* figuras per singulas *συμμορίας* coniunctas. Sed nihil causae putaui esse, cur *συνερ.* cum Toupio scriberem. Morus sensum minus accurate expressit. Verba hoc volunt, non orationi statim ipsi, sed *sibi inuicem* figuras subministrare robur etc. His deinceps totam orationem fieri grauiorem et splendidiorem per se patet. Qui apud Athenienses in eadem erant *συμμορίᾳ*, non solum pecunias in sumtus publicos conferebant, sed etiam se inuicem subleuabant stipendiis et beneficiis. Vid. Casaub. ad Theophrasti Charactt. c. 15. Reprehendit Morus h. l. auctorem, quod *affectate* vsus sit comparatione ab *ἐράνῳ* ducta. Sed similiter Dionysius Halic. *π. συνθ. ὀνομάτων* p. 8: *Καὶ ἔτι τὴν Πλατωνικὴν ἐκείνην περίοδον, ἣν ἐν τῷ ἐπιταφίῳ ὁ ἀνὴρ γράφει, τίς οὐκ ἂν φαίη παραπληρώματι λέξεως οὐκ ἀναγκαίῳ προσηρανίσθαι?* "Ac ne satis quidem erat," inquit, "figuras dare ad eranum, nisi fieret etiam per classes. Nonne hoc est, nimis ornare? Multo mollius metaphora vsus est 40, 1." Sed eiusdem generis ornamenta recte ponuntur eadem in classe. Itaque excusate peccauit, si quid peccauit, Longinus, quod metaphorae putauit addendam imaginem: de qua re dixi ad 9, 13. Non subticendum puto, quod mihi praeterea venit in mentem. Annon verba *ὅταν δύο … κάλλος* alio e scriptore petita auctor pro exemplo posuit? Figurae quidem duae insunt, *icon* nempe, in *οἷον … ἀνακιρνάμενα*, et *asyndeton* in extremis. Certe hoc sumto *ὁποῖα καὶ* recte subiicitur, cum particula *καὶ* otiosa sit, nisi iam ante positum fuit exemplum.

εἰς τὸν Μειδίαν] Or. Demosthenis in Midiam c. 21.

τὰ ἀσύνδετα] Nemo tetigit hunc in fine repetitum articulum. Mihi videtur insolentior, vt delendum existimem, nisi quid aliud mutandum est.

Πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν . . . . τῷ βλέμματι, τῇ φωνῇ] Nobilis locus ex Demosthenis Midiana, cuius meminit Plutarchus in Platon. Quaest. p. 1010. meminit et Musonius apud Stobaeum Serm. XIX. Huc facit Claudius Saturninus de poenis Paganorum, lib. 16. §. 6. qui hac occasione corrigendus est: *Non enim plaga repraesentat contumeliam, sed dedecoratio: neque verberari liberis est malum, quamuis est malum, si in contumeliam: multa enim vtique facit qui verberat, quorum qui patitur quaedam neque annunciare poterit alii, schemate, aspectu, voce.* Scribendum sine dubio: NISI *in contumeliam.* Quod ex sensu loci patet. Confer cl. Taylor. ad Demosthenis Midianam. Ceterum haud aliter locutus est, vt Xenophonta taceam, Plutarchus in Agesilao. *Εἰ δέ τις ὑπ' ἀνάγκης προέλθοι, καὶ ΣΧΗΜΑΤΙ καὶ ΦΩΝΗι καὶ ΒΛΕΜΜΑΤΙ ταπεινὸς ἐφαίνετο καὶ συνεσταλμένος.* Cicero Offic. I. 29. *Licet ora ipsa cernere iratorum, et eorum, qui aut libidine aliqua, aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt, quorum omnium* VULTUS, VOCES, MOTUS, STATUSQUE *mutantur.* Ita scribendus iste locus. Atque hinc illustrandus et firmandus locus Ciceronis Tuscul. Quaest. III. 22. *Hi* (Corinthii) *poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare,* Haec omnia vidi: *sed iam decantaverant fortasse: eo enim erant* VULTU, ORATIONE, *omni reliquo* MOTU *et* STATU, *vt eos Argiuos aut Sicyonios diceres: magisque me mouerant Corinthi subito adspectu parietinae quam ipsos Corinthios.* TOVPIVS.

§. 2. *ἐν στάσει γὰρ τὸ ἠρεμοῦν*] Manutius *ἐν τάξει.* quod neutiquam spernendum. Confer cl. Schurtzfleisch. ad locum. Quod sequitur, *ἐπεὶ φορὰ ψυχῆς καὶ συγκίνησίς ἐστι,* sumptum est ex Plutarcho II. p. 375. *Τὴν νόησιν καὶ τὴν φρόνησιν ὡς ΝΟΥ ΦΟΡΑΝ ΚΑΙ ΚΙΝΗΣΙΝ οὖσαν.* TOVPIVS. Non Manutius solus, sed omnes deinceps editores ad Pearcium vsque *τάξει* scripserunt. Ob antec. *στῇ* facilis fuit error. Res poscit *τάξει,* ad quod verbum auctor respexit extremis verbis: *οὕτως αὐτῷ . . . περιλαμβάνει τάξιν.*

τῷ σχ., τῷ βλ., τῇ φωνῇ] Reuocauit haec Pearcius e Par. duobus Vatt. Ambr. ed. pr. vbi tamen male a librariis repetita videntur, quoniam Longinus de his iam dixerat. Morvs.

§. 3. *ὅταν κ., ὅταν ἐπὶ κ., φησί*] Omissa haec a Manutio, Porto, Petra, Tollio et Hudsono reuocauit Pearcius ex Par. Ambr. ed. pr. et duobus Vatt. Sed haec quoque, iam tractata a Longino, male a librariis repetita sunt. Morvs.

Οὐκοῦν τὴν μὲν φύσιν etc.] Hunc locum Pearcius tantum et Morus, quamquam leuiter, et frustra fere, tetigerant: ceteri interpretes ad eum illustrandum, aut, si opus videretur, sanandum plane nihil sunt conati. Ego postquam in eo tractando multum temporis et operae perdideram, tandem intellexi, inter verba *τὴν μὲν φύσιν* et *τῶν ἐπαναφορῶν* excidisse non pauca, et totum locum sic fere habuisse: *Οὐκοῦν τ. μ. φύσιν τοῦ πάθους τῶν ἀγανακτούντων ἐφ᾽ ὕβρει ἄκρως τῷ σχηματισμῷ διατυποῖ, τὰ δὲ, ἃ δοκεῖ ἀηδῆ, καὶ τὸν κόρον τὸν ἐκ τῶν ἐπαναφορῶν καὶ ἀσυνδ.* etc. En tibi rationes. Praeter *ἀσύνδετα* et *ἀναφορὰς* auctor *διατύπωσιν* esse dixerat in loco Demosthenis. De hac in fine plane nihil significari, perquam mirum est. Deinde particulae *ΜΕΝ* (in *Οὐκοῦν τ. μ. φύσιν*) nullum *ΔΕ* in membro aliquo adiuncto redditur. Hoc alterum membrum intercidisse, perspicuum est ex eo, quod bina sequuntur membra, quae ad bina priora respiciunt, *οὕτως αὐτῷ ... περιλαμβάνει τάξιν.* Denique nisi locum isto fere modo constitueris, multas magnasque reliqueris difficultates. Mihi vero, lacuna isto modo expleta, nihil, quod offendat, relinquitur, praeter insolentiorem vsum verborum *τάξις* et *ἀταξία.* Sed licuit, opinor, Longino, genus ponere pro specie, atque ita *τάξιν* appellare *τὴν σύνθεσιν*, *ἀταξίαν* vero *τὸ ἀνάρμοστον*, aut si quo alio verbo appellarunt diffluentem et inconditam verborum collocationem.

SECT. XXI.

§. 1. De re h. l. explicata commode locus Demetrii Phal. §. 281 ss. comparari potest, vbi verba Aeschinis spectantur: *ἐπὶ σαυτὸν καλεῖς, ἐπὶ τοὺς νόμους καλεῖς, ἐπὶ τὴν δημοκρατίαν καλεῖς.* Triplex in iis figura osten-

ditur, anaphora, asyndeton et homoeoteleuton. Tum sic: *Καὶ δεινότης ἤθροισται ἐκ τῶν τριῶν. Εἰ δ' εἴποι τις οὕτως, Ἐπὶ σαυτὸν, καὶ τοὺς νόμους, καὶ τὴν δημοκρατίαν καλεῖς, ἅμα τοῖς σχήμασιν ἐξαιρήσει καὶ τὴν δεινότητα.*

οἱ Ἰσοκράτειοι] Inter eos celebriores erant *Isaeus*, *Hyperides*, *Theodectes*, *Theopompus*, *Philiscus*, *Tral-lianus*. De discipulis Isocratis volumen integrum, idque accurate, scripsit *Hermippus*. (Halicarn. in Isaeo et Athen. l. 8.) Notantur apud auctores, vt qui *παρισώσεις* et antitheta in orationibus suis nimis pueriliter affectarent. (Demetrius Phaler. et Halic. in methodo panegyr.) Longinus hic, etiam polysyndeta eis in pretio fuisse, meminit. LANGBAENIVS.

ἄκεντρον προσπίπτει] Tollius vertit ... *vt apes solent, amisso aculeo, exstingui.* Sed de apum aculeo auctor h. l. non cogitauit. Repugnant verba *ἀποτραχυνόμενον* et *ἔσβεσται.* Omnino certum cuiuscunque generis aculeum non habuit ob oculos, sed tamen aliquid, quod impulsu suo grauiter aliud corpus afficit. Non bene igitur praepositionem in verbo negligunt interpretes, qui vertunt *subsidere* aut *corruere.* Rectius ponas, *sine vi animum impellere*, aut *animos non penetrare.* Sic 23, 2: et 29, 1. et 4. simpliciter est *aures impellere.* Sensit Morus leue vitium, et modeste de Longino questus, qui hoc capite omnis generis metaphoras effuderit, modestius etiam, quam oportebat, addit, versionem Latinam hoc modo intolerabilem factam esse.

§. 2. *Ὥσπερ γὰρ* etc.] Comparatio hic addita valde claudicat quoad externam formam, vt, licet pauciora corrigere necesse sit, plura tamen vitio affecta putem. Sed leuioribus missis pauca tangam. *Ἀγανακτεῖ* vix tueri potest locum. An pro eo scriptum fuerat *ἀγωνίζεται εἰκῇ?* Nam quod Tollius illud Virgilii, Aen. VIII, 728, comparat, id nequaquam satisfacit. De *ἀπολύει* mox suo loco dicam.

οὕτως καὶ] Offendere quempiam possit τὸ *Σ* in *οὕτως* ante consonantem positum, vt *οὑτωσὶ* aut *οὕτω* reponendum putet. Sed illud saepissime ante consonantes positum reperiri, exemplis docet Reitzius ad Lucian. *de Gymnasiis* c. 16. Addit ille: "cum veteres in pronuntiando *σ* vltimum videantur elisisse, inde factum, vt de-

inde consona sequente modo adscriberetur, modo omitteretur." Id hactenus verum puto, vt vulgo indocti illud eliderent, et doctiorum alii multitudinem secuti mollioremque probantes sonum, ante consonantes illam litteram nec pronuntiarent nec scriberent; alii, rationem et analogiam potiorem existimantes, semper et dicerent et scriberent *οὕτως*, nunquam *οὕτω*. In horum numero puto fuisse Longinum, vt Criticum, et sui iudicii hominem. Nam per se *οὕτω* nulla ratione defendi potest, nisi forte et *ὡσαύτω*, *καλῶ*, *πράω* ante consonantes recte habent, pro *ὡσαύτως*, *καλῶς*, *πράως*, eundemque in modum cetera omnia huius formae aduerbia. In hoc libello *οὕτως* ante consonantem reperitur 4, 4. 21, 1. et 2. 22, 1. et 3. 23, 4. 32, 5. 38, 2. et 6. 40, 1. 41, 2. 43, 4: sed *οὕτω* 17, 2. 18, 2. et 43, 3. Verisimillimum, imo vix dubitandum est, etiam his paucis locis *οὕτως* esse restituendum.

τῶν ἄλλων προσθηκῶν] Sub nomine *προσθηκῶν* intelligendae sunt formulae breues, quae inseruiunt transitioni et hactenus coniunctionibus sunt similes; vt, quod ab initio positum est, *οὐδὲ τοῦτο χρὴ παραλιπεῖν*.

τὴν γὰρ ἐλευθερίαν ἀπολύει τοῦ δρόμου] Malim *ἀποκωλύει*. Rvhnkenivs. Singularis certe numerus ferri potest, relatus ad nomina masculini generis et feminini; quam in rem fragm. 8 et praeceptum et exemplum occurrit. Morus legi volebat *ἀπολύουσι*. Sed hoc non esset *impediunt*, verum *expediunt*, si quidem a *λύειν* compositum statuebat. Mihi primo in mentem venit legi posse *ἀπόλλυσι* vel *ἀπώλεσε*, vt esset: *affectus amittit libertatem*; post autem, *ἀποκλείουσι*, quod referretur ad *συνδέσμους* et *προσθήκας*. Sic apud Aelianum V. H. 14, 22 extr. tyrannus occurrit *τὴν ἐκ φύσεως ἀποκλείων ἐλευθερίαν*. Ruhnkenii illud *ἀποκωλύει* magis morale, vt loquuntur, impedimentum exprimit, quam physicum, de quo hic agitur. Num *ἀποκλείουσι* in eandem partem peccat? Mihi ipsi non prorsus liquet.

SECT. XXII.

§. 1. *πολλὰ γὰρ . . . ὁπόσα δύναιτο*] Prior sententia, *πολλὰ . . . πάθη*, oratorie prolata est: posterior, *καὶ οὐδ᾽ ἂν . . . δύναιτο*, quae abesse debere videatur, a Lon-

gino item, vt philosopho, adiecta est: nam de numero affectuum philosophi nunquam consentient. Hic autem cum de vehementioribus *παθεσι* agatur, id quod *ὑποτύπωσις* hominum concitatorum docet, proprie loquenti haec non sunt *innumera*.

μέσα τινὰ παρεμβαλόντες ἀλόγως] Inepte reddunt, *Quaedam in medio contra rationem ponentes*. Idem *παρεμβαλόντες ἀλόγως* et *παραλόγως ἐμβαλόντες*: quomodo locutus est infra: *ΠΑΡΑΛΟΓΩΣ διὰ μακροῦ τὸ πάλαι ζητούμενον ἐπὶ τέλει που προσαποδούς*. Quae sequuntur, *ἀγχιστρόφως ἀντισπώμενοι τὰς λέξεις*, minus recte administrauit vir doctissimus. Nos pristinam distinctionem reuocauimus. *Πρὸς τῆς ἀγωνίας ἀντισπώμενοι*. *Quoquouersum ab animi impetu, velut instabili quodam vento, nunc huc, nunc illuc iactati.* Philo de Vit. Mosis lib. 3. *Ἀνθελκόμενος δὲ καὶ ΑΝΤΙΣΠΩΜΕΝΟΣ πρὸς ἑκατέρου μέρους ὧδε κἀκεῖσε, τί χρὴ δρᾷν ἠπόρει*. *Itaque vtraque ex parte huc et illuc varie distractus, quid facto opus esset, nescire.* Tovpivs. De *ἀλόγως* mihi secus videtur. Nempe *ἀλόγως*, i. e. *temere*, *inconsiderate*, agere dicuntur cum alii, tum qui vehementi motu animi concitati sunt; atque ita *τὸ ἄλογον* est in ipsis: *παραλόγως* autem, qui aliter agunt, atque homines ratiocinati erant siue cogitauerant; et proinde *τὸ παράλογον* est in istis, qui aliud exspectauerant. Ita *παράλογος* et *ἀπροςδόκητος* vt synonyma ponuntur apud Dionys. Hal. T. II. p. 159. v. 21 s. Hic igitur homines vehementer perturbati sententiae, quam efferre coeperant, *praeter rationem* siue *temere* quaedam interponunt, quia motus ille vehemens eos immemores facit verborum, quae modo protulerant. Non inepte igitur interpretes vertunt *contra* (s. *praeter*) *rationem*: et sic etiam Morus vertere debebat.

ἀστάτου] Ventus describitur, qui omnia reddit *ἄστατα*. Ergo *procella*. Morvs. Miror, cur vir tam acutus rectique iudicii ad metonymiam poeticam confugerit atque inde excitauerit *procellam*; quae certe esset lenior neque *omnia* corpora redderet *ἄστατα*. Simpliciter est *ventus instabilis*, vt alii cum Tollio vertunt. Non idem sane ventus est (si quis alio modo argutari velit), sed plures, qui tum, cum coeli temperies mutationem subit, inter se conflictantur; non flatu illi semper vehementissimo, sed interdum leui per vices impulsu. Itaque nisi

Longinum facere velimus physicum subtiliter ventos etiam distinguentem (quod non est necesse), totam aëris regionem, quae mouetur, eum pro *vno vento* eoque *instabili* posuisse dicemus.

τὰς λέξεις] Maluissem *τὴν τῶν λέξεων καὶ νοήσεων ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν εἱρμοῦ* etc. Tollivs. Num T. ita legendum esse significauit? Hoc sane voluisse videtur, quoniam nihil praeterea additum habet. Sed alibi ostendimus, a vero aberrare, qui apud Longinum talia emendanda existimant. — Scripsi deinceps *οὕτως παρὰ*, quod ed. 1. seruauit quodque in codd. scriptum puto. Manutii editio iam non ad manus est. Sed in Porti commentario item *οὕτως* exstat, p. 325.

ἡ δ' αὖ φ.... τὴν τέχνην] Haec sententia aut a vero abhorret, aut redit ad priorem. Cf. 2, 2 ss. et 36, 4.

παρὰ τῷ Ἡροδότῳ] L. 6, c. 11.

Ἐπὶ ξ. γ. ἀκμῆς] Res fere magnae dicuntur esse *ἐπὶ ξ. ἀκμῆς*, cum ab exiguo discrimine pendent, et leui momento facile huc aut illuc impelli possunt, ita vt simul instet periculum interitus, et spes ostendatur salutis. Prouerbium est inde ab Homero vsurpatum Il. *κ'*, 173 s. *Νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς, ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς, ἠὲ βιῶναι.*

§. 2. *προεισέβαλε γοῦν εὐθὺς*] Sensus manifestus, verba fortasse non item. Tu verte: *Exorsus est statim ab ipso metu, adeo vt ne compellarit quidem auditores, priusquam istum metum incussisset.* Ita vertendus iste locus, quem minus intellexit cl. Morus. Graeca suauiora et elegantiora sunt. Notandum illud, *πρὸς τὸ ἐφεστὼς δέος. ob imminentem timorem.* Plutarch. in Alexandro: *Ὁ δὲ πατὴρ καὶ δακρῦσαί τι λέγεται ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΧΑΡΑΝ. Pater autem ob gaudium illachrymasse etiam dicitur. Wept for joy.* Restituenda ista vocula Tatiano Orat. ad Graecos Sect. 6. *Ἐχρῆν δὲ μήτε βασιλέας προλήματι θεραπεύειν.* Ad quem locum insigniter nugantur viri eruditi. MS. Reg. Par. *προσλήμματι.* Legendum proculdubio: *πρὸς λῆμμά τι. Reges neutiquam colendi sunt ob lucellum aliquod.* Schol. ad Aristoph. Pac. 980. *Ἀλλὰ κατέλαβόν σε ὑπέχοντα ἑτοίμην χεῖρα ΠΡΟΣ ΤΟ ΛΗΜΜΑ.* Tovpivs. Recte vir doctus. Certe sic multum difficultatis euanescit. Sed equidem *φθάνων*, quod Morus eiici volebat, posuerim ante *προσαγορεῦσαι:*

offendunt enim interposita illa, *πρὸς τὸ ἐφεστὼς δέος*. Sed *πρὸς* recte iam alii *propter* aut *prae* reddiderant. Ita Sophocl. Ai. 1073. *πρὸς οὐδὲν propter nihilum, nulla de* (*iusta*) *causa*. In *Animaduersionum* libello Morus contendit, *εἰσβάλλειν* pro *ἄρχεσθαι* quia dicatur tropice, per ellipsin verborum *εἴς τι*, dici non posse *εἰςβάλλειν ἀπό τινος*: se certe dubitare, donec locum eam in rem inuenerit. Sed commode vtrumque cogitari posse videtur: *εἰςβάλλειν εἴς τι ἀπό τινος, ingredi in aliquid, profectum ab aliqua re*. Quod superest, argutari h. l. Longinum, nemo iusto imbutus elegantiae sensu negabit. Nihili sunt illa, *ὡς μηδ᾽ ἀρχὴν* etc. An is *omnino non* alloquitur auditores, qui id facit, vbi optimi oratores quauis in causa solent, post aliquot ab initio verba? Deinde etsi verum est, naturae, non artis esse initium illius oratiunculae, et Dionysium non meditata dixisse, sed quae necessitas expressit: tamen in oratiuncula tam breui frustra laudatur rerum ordo aut inuersio.

§. 3. *ὁ δὲ Δημοσθένης οὐχ οὕτως μὲν αὐθάδης*] Haec vulgo non recte reddunt. Verte, *Demosthenes autem non tantum sibi sumit quantum Thucydides. Non adeo audax est in iis diuellendis, quae natura sunt vnita, ac Thucydides*. Haec est mens Longini. Quod ex sequentibus manifestum est. Tovpivs. Longissime aberrat solus Pearcius, qui vertit *Demosthenes autem non tam creber est, quam ille: is vero est ex omnibus, qui in hoc genere figurarum satis habet.* Propter posteriorem errorem ad *κατακορέστατος* hoc addidit scholion: "Vox *κατακορὴς* hic videtur significare eum, qui satis, nec tamen plus quam satis, habet." Vt paucis complectar, ficta est haec significatio; superlatiuus, ea posita, ineptus; iudicium de Demosthene, quod inde exsistit, falsum. Boilauius idem, Tollio praeeunte, in *αὐθάδης* peccat, in ceteris aliter et excusatius. Reliqui interpretes recte, quamquam verbis dissentientes.

§. 4. *ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἄλλοις διὰ μέσου καὶ ἔξωθέν ποθεν ἐπεισκυκλῶν*] Locus elegans. Noster supra: *Ἕτερα ἑτέροις ΕΠΕΙΣΚΥΚΛΟΥΜΕΝΑ*. Dionysius Halicarn. Art. Rhet. c. 10. *Καὶ οὐ δεῖ ἔξωθεν λόγους φαντασίαις ΕΠΕΙΣΚΥΚΛΕΙΣΘΑΙ. Nec visionibus sermones importuni sunt ingerendi.* Ita scribendus et interpretandus est iste locus. Restituendum hoc verbum Aristophani Vesp. 1466.

Νὴ τὸν Διόνυσον, ἄπορά γ' ἡμῖν πράγματα
Δαίμων τις ΕΙΣΚΕΚΥΚΛΗΚΕΝ εἰς τὴν οἰκίαν.
Vulgo *εἰσκέκληκεν*. Sed alterum est rotundius et elegantius. Agnoscit etiam Scholiastes: *Εἰσκεκύκληκεν, εἰσήνεγκεν, εἰσήγαγεν*. Quare nulla est dubitatio, quin ita scripserit Comicus. Tovpivs. De *ἐπεισκυκλεῖν* dixi ad 11, 1.

ὡς ἐπὶ παντ. τοῦ λ. διαπτώσει] Tollius ita vertit: *ac si prorsus ab instituta oratione sit aberraturus.* Id habet aliquid ambiguitatis. Putare quis potest, eum illa dicta statuisse pro *μὴ παντελῶς τοῦ λόγου διαπέσῃ* (*αὐτὸς ὁ ἀκροατὴς*), *ne prorsus sensu orationis excidat.* Hoc rei satis aptum esset, nec verba plane repugnarent: nam *διάπτωσις* potest genitiuum *τοῦ λ.*, vt casum verbi adiunctum habere, et nomine posito vis aduerbii debet in adiectiuo *παντελὴς* inesse. Sed haud dubie Tollius intelligi voluit quod sine ambiguitate Morus, *ne tota or. dilabi videatur*, quod et aliis verbis ita licebit exprimas: *ne omnia haec verba denique iusto sensu careant.* Cf. maxime *ἀδιάπτωτον* 33, 1.

συναποκινδυνεύειν ... ἀναγκάσας] Ponit h. l. et §. 3. extr. Longinus auditores sui similes, id est, doctos, attentos et animo ad *συμπάθειαν* molli praeditos. Nam indocti, oscitantes et duri ad motus dicentium sentiendos periodos longas et impeditas ad se non multum pertinere putant. Itaque non laborant cum oratore, neque cum anxietate quadam exspectant, quibus tandem verbis ille (fortasse iam minus sollers minusue memor) sententiam coeptam periodumque, tot membris interiectis amplificatam, sit absoluturus. Sed illos, quos Longinus fingit, auditores orator *periculosis et errori obnoxiis hyperbatis*, si feliciter denique omnia terminantur, multo magis *ἐκπλήττει*, *in admirationem cum voluptate coniunctam abripit.*

τὸ πάλαι ζητ. ... προσαποδοὺς] Non recte accepit vir doctissimus. *Ἐπὶ τέλει προσαποδοῦναι* est *in fine tandem proferre.* Dionysius Halic. Art. Rhet. cap. 2. *Ποτὲ μὲν ἐν ἀρχῇ χρηστέον τῷ τύπῳ τούτῳ, ποτὲ δὲ καὶ ΕΠΙ ΤΕΛΕΙ. Hac dicendi forma nunc in principio, nunc* IN FINE *vtendum est.* Tovpivs. Robortellus, Petra, Faber et Tollius obseruant, dum de hyperbato locutus sit auctor, longo ipsum hyperbato vsum esse. Casu hoc potius factum est, quam per iocularem imitationem. Nam

et 16, 2. et 39, 3. alibique, vt modo §. 1. talia reperiuntur. Ita nec per similem ludum 20, 1. ipse auctor de industria figuras in vnum iunxit, sed aut casu, cum aliud ageret, aut quod illa vndecunque petita exempli loco esse volebat.

διὰ τὸ πλῆθος] Intellige: *τῶν παρὰ τῷ Δημοσθένει.* Nemo interpretum id vel verbo significauit. Apparet contra e versionibus et e notulis quibusdam, eos multitudinem hyperbatorum, quae apud scriptores alios quam plurimos reperiuntur, intellexisse. Pearcius quidem, qui §. 3. *οὐχ οὕτως αὐθάδης* vertit *non tam creber*, sibi haec postrema obstare non vidit: et mirum etiam, quod Morus ei tantum *τὸ κατακορέστατος* et Suidae auctoritatem h. v. opposuit, non item hoc *τῶν παραδειγμάτων πλῆθος*.

SECT. XXIII.

§. 2. *τῶν κατὰ τοὺς ἀριθμοὺς*] Non videtur esse nuda periphrasis *τῶν ἀριθμῶν*, sed significare 1) omnino *quae de numeris notanda sunt*, 2) h. l. *quae in vsu numerorum ad vim et grauitatem faciunt.*

Αὐτίκα, φησὶ, λαὸς ἀπείρων] Lego et distinguo,

Αὐτίκα φησὶ,

— — *Λαὸς ἀπείρων*

Θῦνεν, ἐπ' ἠϊόνεσσιν δ' ἱστάμενοι κελάδησαν.

Αὐτίκα est *exempli gratia.* Quod nescio an primus obseruarit Tanaquillus Faber ad Lucretium. Confer cl. Markland. ad Lysiam Orat. XIX. et cl. Ernest. ad Xenoph. Memor. IV, 7. Idem autem *ἀπείρων* et *ἄπειρος*. quomodo locutus est Iosephus Bell. Iud. II. *ΚΑΤΕΙΣΙ μὲν ΑΠΕΙΡΟΣ ἐκ τῆς χώρας ΛΑΟΣ ἐπὶ τὴν θρησκείαν.* Ceterum vocem *θύνων* siue *θύννων* de *thynnorum strepitu* accepit vir doctissimus ad Plutarch. de Sera Num. Vindict. p. 53. quod et ante eum fecerat homo omnium Interpretum futilissimus Dominicus Pizimentius. Ita enim reddit: *Statim inquit, populus infinitorum thynnorum in arenis dispositi obstrepebant.* Respexit autem, opinor, poeta, quisquis fuit, ad Homer. Il. *K.* 524.

Τρώων δὲ κλαγγή τε καὶ ἄσπετος ὦρτο κυδοιμὸς
ΘΥΝΟΝΤΩΝ ἄμυδις —— —— — — TOVPIVS.

Verba veteris poetae Langbaenius ita concluserat:

— — — *Αὐτίκα λαὸς ἀπείρων*
Θῦνον ἐπ' ἠϊόνεσσι διϊστάμενοι κελάδησαν.

Id repudiabat Faber, quia post *Θῦνον* (h. e. *ἔθυνον*) addendum esset *καὶ*, vnde versus corrueret. Pearcio placebat *δὲ ἱστάμενοι*. Pizimentius, homo fortasse non pessimae mentis, sed interpres non optimus, illud *θύννων*, quod in codd. Par. et Ambr. et in edit. 1. et Manolesii legitur, ipse non videtur excogitasse. Lectio autem est egregia, quam sine dubitatione adsciui. Placet et poeticus color primorum verborum et ad naturam expressus thunnorum instinctus, qui et cateruatim, et cum strepitu, et certo agmine (*διϊστάμενοι*) per aquas natant. Quod ad singularem numerum *λαὸς* verbum plurale refertur, cuius rei causa Longinus hunc locum attulit, hoc ad grauitatem perquam leuis est momenti.

Ἀλλ' ἐκεῖνα μᾶλλον παρατηρήσεως ἄξια] Haec manifesto corrupta sunt, atque ita certo certius refingenda: *Ἀλλ' ΕΚΕΙΝΟ μᾶλλον παρατηρήσεως ΑΞΙΟΝ. Sed illud potius obseruatu dignum, quod pluralia nonnunquam splendidiora exeunt et magnificentiora, et granditatem aliquam ob solum numerum prae se ferentia.* Sopater Prolegom. in Aristidem: *ΕΚΕΙΝΟ ΔΕ ΠΑΡΑΤΗΡΗΤΕΟΝ, ὅτι Πλάτων οὐκ εὐθὺς οὐδ' ἐκ προοιμίων ἦλθεν ἐπὶ τὴν κατηγορίαν τῶν ἀνδρῶν.* Demosthenes cont. Neaeram: *ΑΞΙΟΝ ΔΕ ΚΑΙΚΕΙΝΟ ἐνθυμηθῆναι, ὅτι Ἀρχίαν τὸν ἱεροφάντην γενόμενον ἐκολάσατε ὑμεῖς.* Emendandus, dum hoc agimus, Iulianus p. 292. Ed. Spanh. *Κᾀκεῖνο δεξιὸν ἐννοεῖν, ὅσοι παρὰ τῶν ἔμπροσθεν ἀνάλωνται λόγοι περὶ τοῦ φύσει κοινωνικὸν εἶναι τὸ ζῶον τὸν ἄνθρωπον.* Scribe, *Κᾀκεῖνο Δ' ΑΞΙΟΝ ἐννοεῖν.* Tovpivs. Quae Toupius quasi certo certius refícta edidit, ea nos hic ad pristinam speciem reuocata sistimus. Nam *ταῦτα* et *ἐκεῖνα* saepissime ponuntur absolute, vbi per se intelligitur, quae res significentur. Ita hoc loco facile intelligitur, cum de singulari numero dictum sit, *ἐκεῖνα* spectare ad pluralia, de quibus et statim aliquid adiungitur. Omnino autem diserte commemorata res statim adiungitur, vbi pronomen solum ad perspicuitatem non sufficit. Ita 4, 4. *ἥρωες ἐκεῖνοι, Ξενοφῶντα λέγω καὶ Πλάτωνα.* Talia occurrunt apud Platonem infinita. Quaerit quispiam, v. c. *Ἐκεῖνα δὲ τί φῶμεν?* Tum alter: *Τὰ τίνα?* Respondet prior ille: *Ὅτι ἔστι τινὰ*, aut *Ἔστι γὰρ*

τινα etc. Huius rei non memor Marklandus apud Maximum Tyr. diss. 32 extr. post *τὴν Σωκράτους κύλικα ἐκείνην* totum comma e coniectura vult inseri, cum tamen sit *notum illud Socratis poculum:* quid enim mortifero illo poculo, quo condemnatus obiit, notius est? Potuisset sane Longinus de tota sententia iudicare, et secundum simplicissimam loquendi rationem illud *Ἀλλ' ἐκεῖνο … ἄξιον* ponere: sed placuit ei referre dictum ad *τὰ πληθυντικὰ*, vt ad potiorem sententiae partem, et proinde dicere, *Ἀλλ' ἐκεῖνα … ἄξια.* Viderunt hoc sine dubio omnes, qui commentaria scripserunt in Longinum: sed, vt leuius, tangere non curarunt. Postremo ad exempla deueniendum, quae Toupius protulit. Ea nihil amplius conficiunt, quam id, quod tirones primis scholis docentur, totam aliquam sententiam esse generis neutrius et singularis numeri.

§. 3. *παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ*] in Oedipo tyr. 1416 ss.

Ὦ γάμοι, γάμοι] Ita locutus est Sophocles Trachin. 1096.

—— *Ὦ χέρες, χέρες.*

et Neophon in Medea apud Stobaeum Grotii p. 107.

—— *Ὦ χέρες, χέρες,*
Πρὸς οἷον ἔργον ἐξοπλιζόμεσθα; φεῦ
Τάλαινα τόλμης, ἣ πολὺν πόνον βραχεῖ
Διαφθεροῦσα τὸν ἐμὸν ἔρχομαι χρόνῳ.

Ita scribendus iste locus. Tovpivs. *Ἔργα* in vlt. Sophoclis versu vertunt *facinora* similibusque verbis. Sed sunt *liberi, τέκνα, ἔκγονα.* Sic non solum apud poetas (vt et Lat. *opera*), sed etiam apud Aristotelem aliosque *λογογράφους* vsurpatum verbum *ἔργων* occurrit. Exempla praeter alios suppeditat Dauisius ad Max. Tyr. dissert. 16 extr.

Πάντα γὰρ ταῦτα ἕν ὄνομά ἐστιν] Haec mutila sunt. Aliud Tollius, aliud Pearcius. Sed neuter scopum tetigit. Nos eleganter refinximus: *Πάντα γὰρ ταῦτα, ΤΑ ΜΕΝ ἕν ὄνομά ἐστιν, Οἰδίπους· ἐπὶ δὲ θατέρων, Ἰοκάστη. Omnia enim haec de vno homine Oedipo, illa de Iocasta, dicuntur.* Noster supra, sect. 8. *Δισσὰ δέ που ΤΑΥΤΑ, ΤΑ ΜΕΝ νοήσεως, ΘΑΤΕΡΑ δὲ λέξεως.* Poteris etiam legere, *ἐπὶ δὲ θατέρου*, vt *μέρους* subintelligatur. Confer Suid. v. *Κυζικηνοὶ στατῆρες.* Sed illud, opinor, verius. Ceterum huc respexit Tertullian. Apologet. cap. 9.

Persas cum suis matribus misceri Ctesias refert. Sed et Macedones suspecti, quia cum primum Oedipum tragoediam audissent, ridentes incesti dolorem, Ἤλαυνε, dicebant, τὴν ματέρα. Nil noui fecit Oedipus, dicebant Macedones; matrem suam iniuit. *Ἐλαύνειν τὴν μητέρα* est *matrem suam subagitare.* Aristoph. Eccles. 39.

Τὴν νύχθ' ὅλην ΗΛΑΥΝΕ μ' ἐν τοῖς στρώμασιν.

Ad quem locum vide Tanaquillum Fabrum. Ceterum quod fecit Oedipus, fecit etiam Cordopio apud Comicum, de quo nos ad Theocritum I. 105. Confer etiam Sextum Empir. p. 724. et cl. Fabricium ad locum. Tovpivs. Imo locus est sanus et integer. Apud scriptores etiam magis diligentes in rebus minutis talia reperias. *Ἕτερον* propria significatione est *secundum* siue *posterius.* Itaque perlectis illis, *ἐπὶ δὲ θατέρου, Ἰοκάστη,* statim intelligitur, *ταῦτα* referri ad priora. Diog. Laert. in Aristippo p. m. 55. C. *χαλεπώτερον γὰρ τὸ πονεῖν, οἰκειότερον δὲ τὸ ἥδεσθαι ὑπελάμβανον· ἔνθεν καὶ πλείονα οἰκονομίαν περὶ θάτερον ἐποιοῦντο.* Sed iam ad 15, 3. de hoc dictum. Si ex 8, 1. hic locus mutandus esset, certe *τὰ μὲν* suum locum haberent ante ipsum *Οἰδίπους,* non ante *ἓν ὄνομά ἐστιν.* Sed ne pessimus quidem scriptor eandem vbique rationem ex instinctu naturae sequitur: et Longinus inprimis, vt disertus scriptor, gaudet variis varieque mutatis dicendi formis.

συνεπλήθυνε τὰς ἀτυχίας] MS. Par. *συνεπλήθυσε.* Recte. quocum facit Robortellus. Auctor nescio quis apud Suidam: *Χειμὼν ἐξαίσιος νυκτὸς γενόμενος τὸ ῥεῦμα ΣΥΝΕΠΛΗΘΥΣΕ.* Dio Cassius in Augusto: *Καὶ τὰ ἐκ τῶν ἁγιωτάτων ἱερῶν ἀναθήματα ἡ Κλεοπάτρα ἀνελομένη, ΣΥΝΕΠΛΗΘΥΣΕ τὰ λάφυρα τοῖς Ῥωμαίοις.* Tovpivs.

καὶ ὡς] Tollius legi vult *ὡς καί:* et sic in ed. Toupii expressum est. Sed et aliter corrigi posset. Nos igitur nihil mutantes vsitatissimam ellipsin particulae *οὕτως* statuimus ante *καὶ τὸ Πλατωνικόν. Sicut illa numero aucta sunt, "exierunt Hectores et Sarpedones", ita hoc Platonicum.* Versum hunc, *Ἐξῆλθον Ἕκτορες* etc. Faber tribuit Aeschylo.

τὸ Πλατωνικὸν] in Menexeno, Vol. 5, p. 297.

§. 4. *ἀγεληδὸν*] Morus cum Pearcio vertit *gregatim,* sine dubio propter multitudinem antecedentium nomi-

num. Sed num recte? Melius habere videtur versio Tollii: *nominibus ad hunc modum in multitudinem compositis.* Difficultatem, si qua verbis inest, callide euitauit Boilauius, qui reddit: *Tous ces pluriels ramassés ensemble.* At in Graecis non est *πληθυντικὰ*, sed *ὀνόματα.* Veruntamen sensit B., quod et Tollius, opinor, significauit, non de multitudine nominum hic agi, quasi per *μερισμὸν* aliquid diuisum grandiorem speciem induat, sed de enallage numeri, de plurali nempe posito pro singulari. Quare nisi Longinum propositi oblitum fingere volumus, *ὀνόματα ἀγεληδὸν οὕτως ἐπισυντ.* erunt *nomina hunc in modum ad multitudinis speciem composita;* nomina nempe totum gregem per pluralem numerum significantia, cum tamen vnus e tali grege intelligi debeat. Hanc esse Longini mentem etiam ex tota sententia fit probabile. Nam magna verborum copia quin grande quid sonet, nemo facile dubitat, neque opus erat, vt hoc moneretur. At vnum nomen, et singulari quidem numero intelligendum, *κομπωδέστερον* exaudiri, si plurali numero efferatur, id minus esse videtur per se clarum, nec superuacaneum est de eo monere.

ἐφ' ὧν δέχεται τὰ ὑπερκείμενα αὔξησιν] Scribendum, *τὰ ὑποκείμενα. Subiecta materia.* Noster sect. 1. *Προτέρου μὲν τοῦ δεῖξαι, τί τὸ ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝ.* Plutarch. de Orac. defectu: *Οὐ γὰρ ἴσως οἰκεῖα ταῦτα ΤΟΙΣ ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΙΣ ΠΡΑΓΜΑΣΙΝ.* Tovpivs. Pro *ὑπερκ.* iam Petra, Faber et Morus *ὑποκείμενα* legi voluerant: quo minus dubitaui, Toupio etiam praeeunte hoc reddere Longino.

τὰ πλείονα] Faber deleri volebat articulum: ego in *καὶ* mutari malim. Idem placebat Steinheilio. "Agnosco tecum", inquit, "optime retineri posse voces *ἔν τι τούτων, ἢ τὰ πλείονα*, nisi malis mutare, *ἢ καὶ πλείονα.*" Articulus significare videtur, legitima ratione maiorem harum rerum partem, (tres admodum) coniunctas reperiri. Hoc auctor nequaquam voluit. Sed tota sententia *ἔν ... πλείονα* fortasse inepto glossatori debetur.

τὸ πανταχοῦ κώδωνας ἐξῆφθαι] Sumsit locutionem a Demosthene c. Aristog. I. p. 495. *ἃ τῶν ἄλλων τῶν ἠτυχηκότων ἕκαστος ἀψοφητὶ ποιεῖ, ταῦθ' οὗτος μονονοὺ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται.* Taylorus V. C. cum hanc formulam, tum ipsam Orationem, Demosthene pa-

rum dignam censet. Sed aliter sensisse haud paulo meliorem Tayloro Criticum, Longinum, non solum ex formulae imitatione intelligitur, sed multo magis ex Sect. XXVII. vbi vt Demosthenis oratio diserte laudatur. Propria significatione haec formula est apud Agatharchidem in Photii Biblioth. p. 1360. *Κώδωνας δὲ ἐξέδησαν ἐκ τῶν κεράτων τῶν ἀῤῥένων πάντων, ὅπως ὁ ἀπ' αὐτῶν ψόφος διώκῃ τὰ θηρία.* quem locum descripsit Strabo XVI. p. 1122. Lucianus Asino p. 617. *καὶ κώδωνες ἐξήπτοντό μου μέλος μουσικώτατον ἐκφωνοῦντες.* Ex quibus exemplis, quae translationis ratio sit, facile intelligitur. RVHNKENIVS. *Τὸ πανταχοῦ κώδωνας ἐξῆφθαι* elegans est, et petitum ex Demost. cont. Aristogit. I. p. 493. *Ταῦτα τοίνυν Ἀριστογείτων τὰ καλῶς οὕτω πεπηγότα τῇ φύσει καὶ τοῖς ἤθεσι τοῖς ὑμετέροις κινεῖ καὶ ἀναιρεῖ καὶ μεταῤῥίπτει, καὶ ἃ τῶν ἄλλων* etc. (v. not. Ruhnk.) Hinc *Κωδωνοφορεῖν, tintinnabula ferre.* de quo Aristophanes in Av. 843. et *Ἐκκωδωνίζειν, diuulgare.* Athenaeus lib. 5. p. 219. *Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὧν* (leg. *οὐδὲν ὧν*) *ὁ Πλάτων εἴρηκε περὶ Σωκράτους, τῶν Κωμικῶν τις εἴρηκεν, οὔθ' ὅτι μαίας βλοσυρᾶς υἱὸς ἦν, οὔθ' ὅτι Ξανθίππη χαλεπὴ ἦν γυνή, ἥτις καὶ νιπτῆρας αὐτοῦ κατέχει τῆς κεφαλῆς, οὔθ' ὡς Ἀλκιβιάδης συνεκοιμήθη ὑπὸ τὴν αὐτὴν γενόμενος χλαῖναν. Καίτοι ἀναγκαῖον ἦν τοῦτο ΕΚΚΩΔΩΝΙΣΘΗΝΑΙ ὑπὸ Ἀριστοφάνους τοῦ καὶ ἐν τῷ συμποσίῳ κατὰ Πλάτωνα.* Qui locus inprimis elegans. TOVPIVS.

SECT. XXIV.

§. 1. *φησὶ*] scil. Demosthenes, de Cor. c. 7.

Καὶ δὴ Φρυνίχῳ] De Phrynicho, Tragico antiquissimo, consulendus Suidas: consulendus et cl. Bentleius in Dissert. ad Epist. Phalar. p. 256. TOVPIVS. Locus est Herodoti VI, 21.

ἐς δάκρυα ἔπεσε τὸ θέητρον] Sic recte legitur. Ita locutus est Anonymus in Argument. ad Isocratis Busir. *Καὶ νοῆσαν τὸ θέατρον ἅπαν ἐδάκρυσε.* Huc respexisse videtur Libanius in Antioch. p. 362. *Ἀγομένων δ' ἐπὶ τὰς σφαγάς, ΕΠΕΣΕ μὲν ὁ δῆμος ΕΣ ΔΑΚΡΥΑ.* Ita scribendus iste locus. Quod et recte animaduertit doctissimus Reiskius. TOVPIVS. Nimirum vulgatae apud Longinum lectiones sunt *ἔπεσον* et *ἔπεσαν.* Sed in He-

rodoti codice Mediceo ἔπεσε scriptum est: et hunc singularem numerum poscit disputatio Longini.

σωματοειδέστερον] Notio *corporis* ipsa, locus 10, 1. et maxime τὰ σωματοποιούμενα 40, 1. docent, σωματοειδὲς dici *id, quod e pluribus rebus apte compositum pondere suo et quasi massae vnitate mouet.*

§. 2. τὸ πολλὰ ποιεῖν αὐτὰ παρὰ δόξαν ἐμπαθὲς] Sic non male legeris. Quod et Moro placebat. Tovpivs. Codd. et vett. editt. habent εὐπαθοῦς et ἐμπαθοῦς. Sed neque ἐμπαθὲς aptum videtur. Virtutis, quae in hac numerorum mutatione inest, causam aperire vult auctor. In vtroque autem genere dicit *eandem* esse; nempe admirationem ex *inopinato.* Hanc eius esse mentem, res ipsa credere iubet, et postrema ἐν τῷ παραλ. non dubium relinquunt. Repugnat ergo, virtutem singularis in pluralem mutati in eo poni, quod sit *animi praeter opinionem commoti*, cum vis alterius ponatur in ipso τῷ παραλόγῳ, siue *inexspectato.* Cf., si tanti, 22, 1. dicta ad ἀλόγως. Sed etiamsi non eadem ornatus causa traderetur, tamen non appareret, cur is, qui tali figura vtitur, *praeter opinionem* diceretur *commotus.* Fort. legi potest παράδοξον, excluso verbo ἐμπαθοῦς temere huc illato. Quae iactura si dolet, mutes in ἐμπαθῶς: et tum hoc idem ἐμπαθῶς in postremis ἐν τῷ π. subintelligas, vt communiter istuc pertinens. Vtrumque ergo erit *inopinatum cum affectu*, h. e. *insolens loquendi ratio, quae in admirationem quandam abripiat.*

εὔηχον] Hic videtur esse *quod non pro multitudine, quae significatur, magnos strepitus excitat, sed propter breuitatem ipsam auribus placet.*

συγκορυφοῦν] Non est *coaceruare*, sed arcte *in vnum coniungere*, quod Plato in Phaed. §. 3. συνάπτειν εἰς ταυτὸν τὰς κορυφάς.

SECT. XXV.

§. 1. Ὅταν γε μὴν τὰ παρεληλυθ. . . . καὶ παρόντα] Non attulit auctor nomen figurae, quam hic tangit. Quintilianus appellat (6, 2, 32.) ἐνάργειαν, auctor vitae Homeri (p. 310. ed. Gale) ἀποστροφὴν, grammatici vulgo temporis ἐναλλαγήν.

ὁ Ξενοφῶν] Cyri discipl. VII, 1, 37.

ὁ δὲ σφαδάζων ἀποσείεται τὸν Κῦρον] De verbo *σφαδάζειν* pluribus, vt solet, vir doctissimus ad Timaei Lexicon. Confer etiam cl. Piersonum ad Moerin. Verbum non semel vsurpat Philo Iudaeus aduersus Flaccum. Corrigendus hac occasione Hesychius: *Σφαδάζει. βράζει, δυσθανατεῖ, μετὰ δόλου πολλοῦ ἢ μετὰ σπασμοῦ πηδᾷ.* Scribendum sine dubio, *μετὰ πόνου πολλοῦ.* Nam *πόνος* est *dolor.* Plutarch. in Artaxerxe: *Ἀποθνήσκουσα γοῦν ἡ γυνὴ ΜΕΤΑ ΠΟΝΩΝ μεγάλων καὶ σπαραγμῶν.* Latini *se iactare.* Cicero Tuscul. II. 18. *His tu praesentibus gemere et* te iactare *non audebis profecto.* Ceterum ad hunc locum Xenophontis respexisse videtur Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. V. 15. *Καὶ οἱ ἵπποι τοὺς ἐπιβάτας ἀναχαιτίσαντες ΑΠΟΣΕΙΟΝΤΑΙ.* Item, ille venerum omnium consarcinator, Heliodorus Aethiop. IX. p. 435. *Παράδοξον δὲ ἔδρων καὶ ἐλυμαίνοντο ΤΗΝ ΙΠΠΟΝ ΥΠΟ ΤΗΝ ΓΑΣΤΕΡΑ κατὰ την διεξέλασιν τοῖς ξίφεσι ἀνακόπτοντες. ὥστε ἔπιπτον μὲν οὐκ ὀλίγοι τῶν ἵππων πρὸς τὴν ἀλγηδόνα τὸν χαλινὸν ὑπερορώντων, καὶ ΤΟΥΣ ΑΝΑΒΑΤΑΣ ΑΠΟΣΕΙΟΝΤΩΝ.* Tovpivs.

Τοιοῦτος] Durissimum hoc ego vix fero. Vsu crebro minutae alicuius figurae non definitur character scriptoris, vt inde dici possit *τοιοῦτος*. Auctor scripsisse videtur *Τοιαῦτα*.

SECT. XXVI.

§. 1. *Φαίης κἀκμῆτας*] Schol. ad Aristoph. Acharn. 24. *Ὁ δὲ λόγος ὡς πρός τινά ἐστι λεγόμενος. ὡς καὶ Ὅμηρος·*

Φαίης κἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ——

Καὶ, Ἔνθ' οὐκ ἂν ὑβρίζοντα ἴδοις. Scribe, *ΒΡΙΖΟΝΤΑ.* Respexit Homer. Il. *Δ*. 223.

Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον.

Vbi Schol. *Βρίζοντα, νυστάζοντα, καὶ ἠρεμοῦντα, ἐξ οὗ ἀμελοῦντα.* Hinc mire corruptus Hesychius: *Καμβρίζοντα, ἀμελοῦντα.* vbi portentum illud *Καμβρίζοντα,* quod non nouit Graecia, ex tribus istis vocibus, *ΟΥΚ ΑΝ ΒΡΙΖΟΝΤΑ*, ridicule conflatum est. Quod ex Scholiasta liquet. Confer Schol. ad Arati Dios. p. 90. vbi de hoc loco agit. Tovpivs. Locus Homeri est Il. ό, 697. Pro *Κἀκμῆτας* ego scripsi, de quo Morus acute monuerat, *Κακμῆτας* sine iota subscripto, vt sit *γνοίης κεν*

ἀκμῆτας. Ne in prosa quidem putide distinguenda sunt per καὶ...καὶ verba non certo discrimine definita, praesertim cum vis sententiae tali ratione infringatur. Scribendumne sit κ' ἀκμῆτας, separatis verbis, an sic, vt ego (alterutrum coactus) feci, κἀκμῆτας; et in crasi num iota particulae καὶ subscribendum sit, alii quaerant: mihi talia sunt ἀνήνυτα.

ὁ Ἄρατος] Phaenom. v. 287.

§. 2. ὁ Ἡρόδοτος] 2, 29. Contraxit Longinus longiorem locum, in quo, quoniam aliud atque aliud interiectum est, ne sentitur quidem id, quod hic sentire iubemur. Morvs.

πλεύσεαι δύ' ἡμέρας, καὶ ἔπειτα ἥξεις εἰς πόλιν μεγάλην, ᾗ ὄνομα Μερόη] Omnes codices Herodoti, πλεύσεαι δυωδεκα ἡμέρας. quod verum. Nimirum scripserat Longinus, πλεύσεαι ιβ ἡμέρας. Hinc error exscriptoris. Quo nihil solennius. Ceterum, quod nemo vidit, hunc Herodoti locum tangit Lucianus Ver. Hist. II. 27. Ἐπειδὰν δὲ ταύτας ΠΑΡΑΠΛΕΥΣΗιΣ, τότε δὴ ΑΦΙΞΗι ἐς τὴν μεγάλην ἤπειρον — ἐνταῦθα δὲ πολλὰ παθὼν, χρόνῳ ποτὲ ΗΞΕΙΣ εἰς τὴν ἑτέραν ἤπειρον. Sic solet iste nebulo. Confer etiam Aristoph. Ran. 137. Tovpivs.

τὴν ἀκοὴν ὄψιν ποιῶν] Multis locis opportunum fuerit monere, quod semel hic licebit. *Auditionem* vocat Longinus, quam nos hodie *lectionem* dicamus. Nam plerique omnes olim anagnostas habebant, eosque audiebant recitantes, non ipsi legebant veterum scripta. Itaque h. l. pro ἀκοὴν nostris moribus conueniret ἔννοιαν, et deinceps ἀναγινώσκοντα pro ἀκροατήν. Ex isto igitur veterum instituto dictum est ἀκούειν 14, 2. ἐξακούεσθαι 23, 4. προσπίπτειν 29, 4. ἀκούοντες 30, 1; eademque et similia aliis locis.

ἀπερειδόμενα] Ἀπερείδεσθαι τὸν λόγον πρὸς αὐτὰ τὰ πρόσωπα, *conuertere orationem ad lectores ipsos, eos alloqui.* Mire variatur vsus huius verbi; omnibus tamen exemplis comparandis haec series significationum texitur: *adplicare alteri* (Hesych. ἐναπερείδεσθαι· ἐμπῆξαι), *imponere* (v. Suidas), *adfligere* et *adfigere* (v. Steph. Thes.), *conuertere et dirigere aliquo* (v. Cel. Ernest. Glossar. Polyb.), *coniicere aliquo*, *tribuere* s. *adscribere alicui.* Ἀπερείδεσθαι τοὺς ὀδυρμοὺς ἐπὶ τὴν τύχην dixerat Plutarchus (T. 2, p. 123. med. ed. Bas.) *luctum et moerorem tribuere*

fortunae', culpa in fortunam coniicienda: nam paulo post de eadem re *τὴν τύχην αἰτιᾶσθαι* vsurpauit. Aristeas vbi de Aegyptiis loquitur (p. 276. ed. Dalen), *τὴν ἀπέρεισιν*, inquit, *ἐπὶ θηρία πεποίηνται, καὶ ταῦτα προςκυνοῦσι*, *delati sunt ad bestias, diuino cultu venerandas.* Non ergo mirum est, cum verbi huius vsus tam late pateat, Longinum ita locutum esse, vt paulo ante locum interpretati sumus: nam *ἀπερείδεσθαι* omnino est, efficere, vt alterum alteri sit propinquum, et, si translate dicatur, vt ad alterum pertineat, ei contingat, idque vllo modo adficiat. Vnde Clemens Alex. (Strom. 2. p. 408. C. ed. Sylb.) *ἀπάτην τῇ ψυχῇ ἐναπερειδομένην* dixit, *opinionem vanam, animo insidentem.* Morvs. Alia etiam loca e Platone et Plutarcho ad firmandam significationem, quae hic obtinet, reperias in Biblioth. Crit. Amst. Vol. I. P. III. Ceterum Mori illa, licet copiosiora, huc contuli, quia Toupius de hoc verbo notabili nihil monuit et foedum illud in versione Pearcii seruauit: *quae in ipsas incumbunt personas.*

§. 3. *Καὶ, ὅταν ὡς οὐ πρὸς ἄπ.* etc.] Non explet hic aures simplex copula ab initio posita. Ego hunc fere in modum scripsisse opinor auctorem: *Καὶ σὺ οὖν, ὅταν* etc., sine versu insequenti ex Il. *E*, 85. Quorsum enim hunc adiiceret? Nonne et prius positi versus Homeri et Arati, et verba Herodoti, sunt *ὡς πρὸς μόνον τινὰ* loquentis? Recte ergo excludetur hic versus. Interpretes de his nihil.

ταῖς εἰς ἑαυτὸν προςφ. ἐξεγειρόμενον] Quintilianum haec redolent IX, 3. *Haec schemata et his similia convertunt in se auditorem, nec languere patiuntur, subinde aliqua notabili figura* EXCITATVM. Tovpivs.

SECT. XXVII.

§. 1. *εἰς τὸ αὐτὸ πρόσωπον ἀντιμεθίσταται*] Legendum puto: *εἰς αὐτὸ τὸ πρόσωπον*: non, *in eandem personam*, sed, *in ipsam illam personam.* Ad verbum autem ita possis reddere simplicissime: *in locum personae, pro eo loco, quem ipse tenuerat, succedit.* Recte autem Pizimentius: *cum de aliquo scriptor verba facit, statim eius personam induit.* Praepositio *ἀντὶ* in h. v., vt in *ἀντιπεριστ.* 38, 1. non est prorsus necessaria, sed tamen

facit ad permutationem factam clarius significandam. Auctor vitae Homeri p. 309. his exprimit: *ὅταν τὸ νῦν ἐάσας ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον πρόσωπον μεταβῇ ...., ἀπὸ τοῦ διηγηματικοῦ μετέβαλεν εἰς τὸ μιμητικόν.* Morus igitur sensum non bene expressit.

καὶ ἐστὶ τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐκβολή τις πάθους] Libri scripti fere omnes cum Manutio et Robortello, *ἐμβολή τις πάθους.* Quae quidem lectio quantiuis pretii est, neque erat sollicitanda. Noster supra: *Εἶτ' ἐντεῦθεν πάλιν, ὡς αἱ καταιγίδες, ἄλλην ποιούμενος ΕΜΒΟΛΗΝ.* Dicitur autem *ἐμβολὴ πάθους*, vt *ἐμβολὴ πνεύματος.* de quo nos infra. Max. Tyr. I, 3. *Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι ὁλκάδες ξυνενεικάμεναι τὰ ἱστία πρὸς τὸν κλύδωνα ἡμιλλῶντο, καὶ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ ἔφερον, καὶ ΤΗΝ ΕΜΒΟΛΗΝ ΤΟΥ ΚΑΚΟΥ ἀπεμάχοντο.* TOVPIVS. Ego etsi Toupio parui, tamen magis probo prolatum e cod. Par. *ἐκβολὴ*, quod est Germ. *ein plötzlicher Ausbruch.* Nam aliud est *ἐμβολὴ*, qua vis quaedam infertur alteri; aliud *ἐκβολὴ*, qua vis affectus tantummodo ipsum hominem mouet, in quo fit *ἐκβολὴ*, ad alterum necessario non pertinet. Attamen cessi Moro et Toupio, quoniam dici potest, *ἐμβολὴν* non fieri h. l. a dicente in alium, sed a *πάθει* in ipsum dicentem. Vid. et 33, 5.

Ἕκτωρ δὲ Τρ. etc.] Il. *O*, 346 ss.

ἔφθακεν ἄφνω ... μετάβασις] Similis hyperbole occurrit 19, 1.

§. 2. *Διὸ καὶ ἡ πρόσχρησις τοῦ σχήματος τότε, ἡνίκα ὀξὺς ὁ καιρὸς ὢν διαμέλλειν τῷ γράφοντι μὴ διδῷ*] Sic recte Tollius. Respexit Longinus ad Aristoph. Plut. 255.

Ἴτ', ἐγκονεῖτε, σπεύδεθ', ὡς ὁ ΚΑΙΡΟΣ ΟΥΧΙ ΜΕΛΛΕΙΝ.

Ad quem locum consulendus Spanhemius. Huc facit Philo Iud. de Agricult. p. 313. *ΤΩΝ ΚΑΙΡΩΝ ΜΕΛΛΕΙΝ οὐκ ἐπιτρεπόντων, ἀλλ' ἐπ' αὐτῆς ἱσταμένων ἀκμῆς.* Ceterum notanda vox *Πρόσχρησις*, quae ex rarioribus est. Occurrit tamen apud M. Antonin. VII, 5. *Προςπαραλαβὼν τὸν δυνάμενον κατὰ ΠΡΟΣΧΡΗΣΙΝ τοῦ ἐμοῦ ἡγεμονικοῦ ποιῆσαι τὸ εἰς τὴν κοινωνίαν νῦν καίριον καὶ χρήσιμον.* nec non apud Stobaeum Eclog. Physic. lib. 1. p. 102. *τὸ μὲν μετὰ ΠΡΟΣΧΡΗ-*

ΣΕΩΣ ὀργάνων, τὸ δὲ ἄνευ ΠΡΟΣΧΡΗΣΕΩΣ. quae loca Lexicographis commendanda sunt. Tovpivs.

παρὰ τῷ Ἑκαταίῳ] Distinguendus est ab Hecataeo Abderita hic Mileto oriundus Hecataeus. Antiquissimus fertur Graecorum historicus et prior Herodoto. Commemoratur ab Athenaeo et Suida.

Κῆυξ] Constat de amicitia Herculis cum Ceyce, Trachiniae rege, e Diod. Sic. 4, 36. Ibidem c. 57. Heraclidae habitasse inter Trachinios et apud Ceycem, ab eoque eiecti fuisse dicuntur. Itaque *Κῆυξ* vera lectio est. Interpretes laudarunt Apollodor. bibl. 2, 8. et Victor. Var. Lect. 27, 13. Morvs. Victorius praeter alia, quae mittimus, haec habet: „*Hecataeus*, cuius haec verba citantur a Longino: *Κῆυξ δὲ τ. δ. π. αὐτ. ἐκέλευσε τ. Ἡρακλείδας ἐπιγόνους ἐκχωρεῖν.* Ita enim legitur in antiquissimo libro, non *κῆρυξ*, vt scriptum est in eo, quem excudendum curauit *Franc. Robortellus.*" Ex illius libri auctoritate, maxime vsu ita postulante, pro *ἐκέλευε* (*iubebat*) rescripsi *ἐκέλευσε* (*iussit*). Illud vulgatum significat rem diutius aut saepius actam, quod est a re alienum. Verbum *ἐπιγόνους* tuetur Victorius, statuitque vniuerse sic dici *posteros alicuius clari et illustris viri.* Sed tamen aliud pro eo scriptum fuisse, probabile est, e. g. *ἐκ Τραχῖνος.*

τοὺς Ἡρακλείδας ἐπιγόνους ἐκχωρεῖν] Scribe, *τοὺς Ἡρακλείδας ἐκχωρεῖν.* Schol. ad Apollon. Rhod. IV, 277. *Ἡρακλεῖδαι λέγονται οὐ μόνον οἱ Ἡρακλέους παῖδες, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐκείνων ἀπόγονοι.* Cetera Hecataei ad mentem Tanaquilli Fabri reformauimus. Locus ita vertendus est: *Ceyx autem haec aegre ferens, protinus Heraclidas finibus suis emigrare iussit. Neque enim vobis opitulari possum. Ne igitur et vos ipsi pereatis, et mihi quoque damnum inferatis, ad alium quendam populum abite.* Ceterum idem schema, quod in Homero et Hecataeo hic laudat Longinus, vsurpat non minus venuste Lucas V, 14. *Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν· ΑΛΛΑ ἀπελθὼν δεῖξον σεαυτὸν τῷ ἱερεῖ.* Tovpivs.

Ὡς μὴ ὢν .... ἀποίχεσθαι] Toupius extrema sic scribi curauit: *ἀπόλησθε, κἀμὲ τρώσητε, ἐς ἄλλ. τ. δ. ἀποίχεσθε.* Ego vero in tam antiquo scriptore, cuius pauca tantum verba supersunt, non tangenda putaui ea, quae e codd. sunt prodita. De *ἀπόλεσθε* et *τρώσετε* omni-

no incertum est indicium: sed tamen ε pro η, vt Ionicum, cum Pearcio defendere possumus. Verum ἀποίχεσθαι nemo mouere debebat. Nam vsitatissimus est infinitiuus pro imperatiuo, maxime apud Ionas. V. Fragm. 6, 2. De re ipsa adscribam Apollodori verba II, 8. *Μεταστάντος δὲ Ἡρακλέους εἰς θεοὺς, οἱ παῖδες αὐτοῦ, φυγόντες Εὐρυσθέα, πρὸς Κήυκα παρεγένοντο. Ὡς δὲ, ἐκείνους ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως, καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος, ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες διὰ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγον.*

§. 3. *ἐμπαθὲς τὸ πολυπρόσωπον καὶ ἀγχίστροφον παρέστησεν*] Graeca non recte accepit vir doctissimus. Optime Tollius, *Ceterum Demosthenes alio quodam modo in Aristogitonem hac personarum commutatione vsus est, eamque et summe versatilem fecit, et egregio affectu impleuit.* Deinde sequuntur verba Demosthenis ex Orat. prima in Aristogit. p. 474. ed. Tayl. in qua plenius legitur, *ἐφ᾽ οἷς ὁ βδελυρὸς καὶ ἀναιδὴς ἄνθρωπος οὑτοσὶ βιάζεται τοὺς νόμους.* Vbi *βιάζεσθαι τοὺς νόμους* est *vim legibus inferre, leges violare.* Ioseph. Antiq. Iud. p. 220. *Τὴν ἀνδρίαν ὑπολαμβάνουσιν οὐκ ἐν τῷ ΒΙΑΖΕΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΝΟΜΟΥΣ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ μὴ εἴκειν ταῖς ἐπιθυμίαις εἶναι.* Quem locum frustra sollicitant. Sophocles Antig. 678.

Ὅστις δ᾽ ὑπερβὰς ἢ ΝΟΜΟΥΣ ΒΙΑΖΕΤΑΙ.

Atque hinc intelligendus locus Herodoti in Calliope p. 712. qui nostros Interpretes elusit. *Τά τε σφάγια τὰ Ἡγησιστράτου ἐᾷν χαίρειν, μηδὲ ΒΙΑΖΕΣΘΑΙ, ἀλλὰ νόμῳ τῷ Περσέων χρεωμένους συμβάλλειν. Sinamus,* inquit, *Hegesistrati extispicia multum valere, neque contra morem et consuetudinem nostram quid agamus, sed ritu tandem Persarum confligamus.* Ita vertendus iste locus. Confer Homer. Il. *Λ*, 557. et Cur. Poster. ad Theocrit. XXII, 9. Ceterum hunc locum Demosthenis, vt alios taceam, laudat Aristides Vol. 2. p. 470. Tovpivs. De verbo *ἀγχίστροφος* vid. Morus ad 9, 13.

ἃ καὶ π. ἄν τις] Cetera loci verba sunt: *ἀλλὰ τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ὀφλήμασι, καὶ τούτων παρὰ τῇ θεῷ κειμένων, ἐς τὸ ἐντὸς τουτων βιάζῃ, καὶ προσέρχῃ πρὸς ταῦτα, ἀφ᾽ ὧν ἀπελαύνουσί σε οἱ νόμοι.*

ἐν ἀτελεῖ τῷ νῷ] Nam *de* Aristogitone, non *ad* eum, dixerat, et visus continuare periodum ὅς inquit, (quod

est tertiae personae pronomen) sed non addit, quae quis exspectet, huiusmodi verba: *βιάζεται εἰς τὰ ἐντὸς τούτων, ἀφ' ὧν ἀπελαύνουσιν αὐτὸν οἱ νόμοι.*

μονονοὺ μίαν λ. εἰς δύο διασπ. πρόσωπα] *Vnum verbum* hic dicitur illud *ὅς:* quod non potest non haberi tertiae personae, (*is, qui*), antequam vocatiuum, *ὦ μιαρώτατε*, quis legerit; sed postea necessario habendum est secundae personae, (*tu, qui*). Ergo *propemodum in duas personas diuulsum est.*

τὸν πρὸς τὸν Ἀρ. λ. ἀποστρέψας] De hoc loco in diversum abeunt Interpretes. Aliud est *τὸν πρὸς τὸν Ἀριστογείτονα λόγον ἀποστρέψαι*, aliud *τὸν λόγον ἀποστρέψαι πρὸς τὸν Ἀριστογείτονα.* Quod inprimis notandum. Quare recte vir doctissimus, *Cum sermonem, quo iam Aristogitonem allocutus fuerat, ab illo auertisset.* Quod vel ex sensu loci manifestum est. Tovpivs. Miror, quomodo Toupius vitium loci non videre, Pearciique interpretationem, *cum sermonem ... auertisset*, probare potuerit. Aliud sane est *τὸν πρ. τ. Ἀρ. λόγον ἀποστρέψαι*, aliud *τὸν λ. ἀποστρ. πρὸς τὸν Ἀριστογείτονα:* sed prius ab hoc loco prorsus est alienum, posterius vnice aptum et verum. Quod addit, vel ex sensu loci manifestum esse, id mihi videtur ambiguum et obscurum: sed aut falsum est, aut in orbem vertitur. Ego igitur articulum *τὸν* ante *πρὸς* sublatum suo loco posui, ante *λόγον*, vbi ille necessario requiritur. Vbi enim Demosthenes *orationem, qua iam Aristogitonem allocutus fuerat, ab eo auertit?* Imo vero omnia illa, quae inde ab *ὦ μιαρ.* Longinus excerpsit, quaeque ipse Demosthenes deinceps addita habet, ad Aristogitonem conuersa sunt. Et a iudicibus ille media in sententia orationem auertit: nam illo *ὅς*, quo spem iis fecerat rationis cognoscendae, eos destituit, et repente Aristogitonem alloqui et increpare incipit. Veruntamen sententiam, quam reliquisse videbatur, per figuram affectus indicem (*διὰ τοῦ πάθους*) multo grauius enuntiauit. Cf. not. seq.

ἐπέστρεψεν] H. e. *direxit*, siue *conuertit ad certum locum vel scopum;* et hic quidem, *ad iudices recta conuertit.* Opponitur antecedenti *ἀποστρέψας.* Ita 12, 3. philosophus *οὐκ ἐπέστραπται, non valde directus tendit ad scopum.* Hinc Philostratus aliquo loco *ἐπιστροφὴν εἶχεν ὁ λόγος καὶ ἔῤῥωτο:* nam quae directa tenentur

aut feruntur, neruos et robur habent. Ergo etsi Demosthenes illud, quod iudicibus ipsis narraturus erat, omisisse videtur, quippe conuersus statim ad Aristogitonem, tamen *indirecte*, vt dicunt, siue obliqua ratione *eo vehementius illud ipsum expressit iudicibusque inculcauit.*

§. 4. *οὐκ ἄλλως ἡ Πηνελόπη*] Sic scribe. *Ita quoque loquitur Penelope.* Quod et Faber monuit. Sic noster sect. 10. *οὐκ ἄλλως ὁ Ἀρχίλοχος.* Nihil verius. Mox sequitur Homeri locus, *Οἵ θ' ἄμ' ἀγειρόμενοι.* Sed vera lectio est, *Οἳ θάμ' ἀγειρόμενοι.* Huc respexit Themistius Orat. XXIV. p. 301. Ed. Hard. *Μὴ οὖν δὴ καὶ ὑμεῖς ὑπερίδοιτε τοῦ ξενίζειν ἐπιχειροῦντος οὐ λίαν κεχαρισμένοις ξενίοις, οὐδὲ γοητεύειν δυναμένοις τὰς ἀκοὰς, ΟΙΩΝ ΘΑΜΑ ΑΠΟΛΑΥΕΤΕ ΣΥΛΛΕΓΟΜΕΝΟΙ, καὶ τοὺς ἑστιάτορας ἀγαπᾶτε, ὅτι δὴ δεξιοὶ καὶ φιλάνθρωποι καὶ οὐ σμικρολόγοι ταῖς παρασκευαῖς.* Tovpivs. Codd. dant *οὐκ ἄλλως, ἢ Πηνελόπην.* Sed recte scribunt *ἡ Πηνελόπη.* Versus Homeri sunt ex Odyss. *Δ*, 681 ss. De *θάμ'* et *θ' ἄμ'* pronuntient alii. Mihi illud frigidius videbatur, et vel e casu erroris ortum, vel ab eo inuectum, qui particula *τε* offenderetur. Seruandum igitur duxi *Οἵ θ' ἄμ' ἀγ.* etc.

SECT. XXVIII.

§. 1. *Καὶ μέντοι περίφρασις*] Manutius, *Καὶ μέντοι καὶ ἡ περίφρασις*, quod placet. Articulus enim desiderari videtur. Deinde libri veteres, *ὡς οὐχ ὑψηλοποιὸν, οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, διστάσειεν.* Recte. Particula enim negatiua saepius *παρέλκει* apud Graecos. Ita locutus est Eusebius Eccles. Hist. lib. 8. p. 401. *Τίς δ' ἂν τὴν τῶν τοσούτων διερευνώμενος αἰτίαν, ΔΙΣΤΑΞΑΙ ΜΗ ΟΥΧΙ τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἀποφήνασθαι; Quis est porro, qui cum tantorum malorum causam inquisiuerit, affirmare dubitet, persecutionem aduersus nos concitatam horum omnium fontem extitisse?* Confer etiam eruditissimum Dukerum ad Thucyd. I. 101. Tovpivs. Cum codices post *μέντοι* duas illas voces, *καὶ ἡ*, non habeant, et *καὶ* minus necessarium, licet elegans, videatur, tantummodo articulum adieci. De negatione cum verbis timendi, dubitandi et remouendi quocunque modo dixi in *Pleonasmis Graecis* sub *ΜΗ.* De re ipsa iuuat adscribere

verba Schol. ad Aeschyli S. c. Theb. 645. *Ἔστι δὲ περίφρασις ἡ διὰ πλειόνων λέξεων ἕν τι δηλοῦσα φράσις· ἐκ περιττῶν γὰρ γίνεται λέξεων· αὔξάνει δὲ ἔπαινον τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις, ὡς τὸ ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο, καὶ ἱερὰ ἲς Τηλεμάχοιο, καὶ βίη Ἡρακλείη, ἤγουν ὁ Ἀλκίνοος, ὁ Τηλέμμχος, καὶ ὁ Ἡρακλῆς.*

Ὡς γὰρ ἐν μουσικῇ κ. τ. λ.] Sequitur locus longe elegantissimus, e musica petitus: *Ὡς γὰρ ἐν μουσικῇ διὰ τῶν παραφώνων καλουμένων ὁ κύριος φθόγγος ἡδίων ἀποτελεῖται.* Vbi notanda vox *Παραφώνων*. cuius meminit Gaudentius Harmon. introduct. p. 11. ad quem consulendus cl. Meibomius. Confer etiam cl. Wallis. ad Ptolem. Harmonic. p. 284. Sed de hoc viderint *Μουσικῶν παῖδες*. Tovpivs. Quoniam periphrasis pluribus verbis aliud per se significantibus rem exprimit, *παραφώνους φθόγγους* non temere quis statuat esse interualla dissona, vt diesin, tonum (siue quam nunc vocant *secundam*,) et alia, quae partim transitum praebent a sono ad sonum, partim, vt falsae voculae, spem excitant concentus suauis mox insecuturi; nostri appellant *durchgehende Töne* et *Vorhalte*. Talium sonorum plures, interpositos *τοῖς συμφώνοις*, putet quis a Longino dici *παραφώνους*. Et hoc sane velim sic habere. Esset enim facilis interpretatio verborum, et comparatio rebus aptissima. Ad firmandam autem hanc rationem dicere liceret, Longinum verborum artis musicae minus fuisse gnarum, et magis analogiam cum vulgo secutum esse, quam vsum musicorum. Vide, quae dixi ad Fragm. 2 extr. Sed his defungi nolumus: difficultates enim obiiciuntur, quas dissimulare non oportet. Secundum ea, quae Meibomius ad Gaudent. l. l. congessit, *παράφωνα* sunt potius interualla signis hodie vsitatis ita notanda: C-F, C-G, C-f, C-g. Nam Bryennius I, 5. de *διαστήμασι* loquens: ... *καὶ τὰ παράφωνα, οἷον τὸ διὰ πέντε, καὶ τὸ διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε*, siue, vt nunc dicunt, *quinta* et *duodecima*. Et Theon Smyrnaeus in cap. de interuallis *σύμφωνα* dicit etiam esse *τὰ κατὰ παράφωνον· οἷον τὸ διὰ πέντε, καὶ τὸ διὰ τεσσάρων, καὶ τὸ διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε, καὶ τὸ διὰ πασῶν καὶ διὰ τεσσάρων*, in quo vltimis verbis *vndecimam*, vt C-f, significari patet. Haec interualla Longino quoque *παραφώνους φθόγγους* dici, non prorsus ab-

surde quis statuat. Nam quod Gaudentius tritonum (*quartam* nunc dicunt *maiorem*) et ditonum (*tertiam maiorem*) sonos παραφώνους appellat, his profecto ὁ κύριος φθόγγος auribus Graecorum nequaquam reddebatur ἡδίων. Sed bona cum venia lectorum aliquid addam a re hic commemorata non alienum. Vehementer equidem cupiam a doctioribus aperiri, id quod etiam philosophis magni momenti videri debet, cur veteres ditonum e συμφώνοις prorsus excluserint, cum illud nostris auribus et per se placeat, et interualla diapente et diapason longe gratiora sint, si ditonum interiectum simul audire sinant. Ego nunc quidem ita statuo, nullum fere exstare certius admirabiliusque documentum, quanta vis sit consuetudinis ad iudicium de rebus incredibili ratione moderandum. Nimirum in genere diatonico, quod est antiquissimum et e natura maxime haustum, Graeci aures suas ad hanc rationem sonorum adsuefecerant, vt *scala*, quam vocamus binorum tetrachordorum (nam per quaternos sonos, non per octonos, systemata metiebantur) ipsis esset 1) *c, des, es, f;* 2) *g, as, b, c.* Hoc patet e musicorum, quos Meibomius edidit, his locis: Euclid. p. 3. Nicomach. p. 14. Bacch. p. 7. Gaudent. p. 6. Aristid. Quintil. p. 19. Mart. Capella, p. 187. Hinc etiam sonos, nescio ex quo tempore, ab *A, B, c, d* numerare litterisque notare coeperant: id autem (quod inprimis est notandum) plane respondet tetrachordo antiquo, cuius rationem modo explicaui. In tali systemate ditonus vt concinens τῷ diapente occurrere non poterat, quin cantus in diuersum *modum* (*Tonart* nos dicimus) prolaberetur. Ergo aures illi suas ad δίτονον non adsuescebant. Contraria omnia, vt iam paucis dicam, eueniunt in sonis e recentiori ratione constitutis. Sed certiora fortasse alii repererunt, aut repererint aliquando. Illa priora de loco Longini cum scripsissem, aliquanto post mihi copia facta est eruditae disputationis *Arnaldi.* Is (*l'Abbé* Arnavd) in *Memoires de Litterature ... des Inscriptions* etc. Tome 37. p. 107 ss. intelligenter et copiose omnia persecutus, quae ad hunc Longini locum pertinent, ita pronuntiat: „Je suis convaincu que par les sons paraphones, Denys Longin n'entend autre chose que ces notes que nous appellons de gout et de passage, et qui loin de denaturer la subsistance du chant,

l'enrichissent et l'ornent infiniment. De même que les *variations* musicales, qui portent dans un air un beaucoup plus grand nombre de sons, sans en altérer le sens et le thème, lui prêtent plus d'agrément et de vie, ainsi la périphrase, qui consiste à expliquer une chose par un certain nombre de mots au lieu de la designer par son terme propre, donne souvent à cette chose plus d'énergie et de grace. Dès-lors il n' y a plus d'obscurité; la comparaison devient on ne peut pas plus juste.“ His nonnulla subiicit ad sententiam suam firmandam, monetque *παρὰ* in verbo *παράφωνος*, non esse *praeter*, siue *contra*, sed *iuxta*, siue *apud*; musicos autem in vsu verborum artis multum inter se discrepasse, in quam rem etiam profert exemplum. His omnibus ego lubens assentior. Redeunt enim ad illam *παραφώνων φθόγγων* interpretationem, quam ab initio proposui et veram esse optaui.

τῇ κυριολογίᾳ] Haec non opponitur *translatis figuratisue verbis*, vt explicabat Tollius, sed vni figurae periphraseos, quae verbis vel maxime propriis constare potest.

φυσῶδές τι καὶ ἄμουσον] Scripsit, ni fallor, more suo: *φλοιῶδές τι*. Sect. X. *οὐδὲν φλοιῶδες ἢ ἄσεμνον*. Sect. III. *φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνήρ*. Plutarch. T. II. p. 16. B. *τὸ σοβαρὸν καὶ φλοιῶδες ἀποτίθενται*. Idem p. 610. F. *ὁ Λακωνικὸς λόγος οὐκ ἔχει φλοιόν*. Persius Sat. I, 96.

— *Nonne hoc spumosum et cortice pingui.*

Vbi vide Casaubonum. RVHNKENIVS. Plane inutilis atque etiam inscita haec esset mutatio, vt quae tolleret tropum antecedenti comparationi maxime aptum. Bene vertit Morus, et ita, vt statim intelligas, a tibiis *φυσῶδες* esse ductum, quibus editi cum primariis sonis *παράφωνοι* minus clare exaudiri leniusque sonare debeant. *Τὸ ἄμουσον* autem tribuitur sono, quatenus est raucus aut incertus et vacillans, aut iusto grauior vel acutior. Non vult ergo Longinus periphrasin esse nimis longam et verbosam, neque constare verbis humilibus, sordidis aliaue ex parte vitiosis. Haec egregie conueniunt exemplis adiunctis. Cf. 29, 1. de *κουφολογίας τε ὅζ*. etc.

§. 2. *τεκμηριῶσαι*] Qui rem auctoritate sua aut testimonio confirmat, is dicitur *τεκμηριοῦν*, vt Ὅμηρος τε-

κμηριοῖ, auctor est (Thucyd. 1, 3.): *Ἀνδροτίων λέγει, εἴ τῳ πιστὸς τεκμηριῶσαι,* si cui tantam fidem mereri videatur, vt possit huius rei esse auctor (Aelian. V. H. 8, 6.): *Ἡρόδοτος ἱκανὸς τεκμηριῶσαι, potest esse auctor, meretur fidem* (ibid. 2, 41. p. 177. ed. Gron.). Hinc Longinus de Platone, *ἱκανὸς τεκμηριῶσαι, potest hoc exemplo et auctoritate sua confirmare.* Interdum adeo est simpliciter *indicare*, vt cum oculi sunt *ἱκανοὶ τεκμηριῶσαι τῆς ψυχῆς τὴν γαλήνην, qui indicare possunt animi tranquillitatem.* (Theodoret. hist. relig. p. 157. 1207. T. 3. Opp. ed. Halens.) Non ergo videtur interpretatio Stephani (Thes. L. Gr. T. 3. p. 1366.) *nitens coniecturis et τεκμηρίοις pronuntio,* omnibus locis apta esse. Morvs. Aliis etiam locis non paucis hoc verbum illustrat vir doctus in Biblioth. Crit. Amst. Vol. I. P. III.

Ἐπιταφίου] siue in Menexeno, c. 5.

Ἔργῳ μὲν ἡμῖν] *Τὸ ἡμῖν* eleganter abundat. Haud aliter Sappho et Auctor Arimaspiorum, de quo nos supra. Sed has venustates non adsequitur Linguà Latina. Deinde MS. Par. *προπεμφθέντες ΥΠΟ τῆς πόλεως — ΥΠΟ τῶν προσηκόντων.* Recte omnino. Tovpivs. Pro verbo insequenti *οἴδ'* Pizimentius legisse videtur *οἶδ',* sicut et apud Platonem corrigi volunt. Vid. Ed. Bipont. Vol. 5. p. 357. Vertit nempe P. ita: *Re enim, vt video, habent a nobis, quae* etc. Sed lectio frigidum sensum parit. In ed. 1. et seqq. nonnullis vtroque loco pro *ὑπὸ* scriptum est *ἀπό.* Tacite hoc significat Toupius.

μετρίως] Tollius vertit *egregie*, Pearcius *moderate,* Boilauius *mediocrement*, vt infra Toupius *mediocriter,* quod rem etiam magis imminuit, quam Francogallicum; perperam omnes: nec melius Morus *parum.* Est potius *modice*, siue *quantum conuenit; nec nimium nec parum.* Sic semper *μέτριος* et cognata vsurpantur. Ergo Plato sic, vt Longinus verbis *ἂν μὴ ἔχῃ ... κεκραμένον* praecipit, non splendide, sed *commode, et quantum satis,* ornauit sententiam. In errorem nonnullos induxit, vt opinor, forma interrogationis affirmans, de qua breuiter dixi ad 33, 4.

ἢ ψιλὴν λαβὼν τὴν λέξιν ἐμελοποίησε] Legendum *ἣν ψιλὴν λαβὼν τῇ λέξει ἐμελοποίησε.* Rvhnkenivs. Quae sequuntur, corrupta admodum sunt. Scribendum *Ἆρα δὴ τούτοις μετρίως ὤγκωσε τὴν νόησιν, ΗΝ ψιλὴν λα-*

βὼν ΤΗι ΛΕΞΕΙ ἐμελοποίησε, καθάπερ ἁρμονίαν τινὰ ΤΗΝ ἐκ τῆς περιφράσεως περιχεάμενος εὐμέλειαν; Num mediocriter his extulit sententiam, quam nudam nactus, oratione suauiorem longe et sonantiorem effecit, modulatione ex periphrasi ducta, tanquam harmonia quadam circumfusa? Ita scribendus et interpretandus iste locus. Quod et recte monuit Ruhnkenius. Ceterum quod hic *ψιλὴν νόησιν*, supra *ψιλὴν ἔννοιαν* vocat Noster sect. 9. *Ὅθεν καὶ φωνῆς δίχα θαυμάζεταί ποτε ΨΙΛΗ καθ' ἑαυτὴν Η ΕΝΝΟΙΑ δι' αὐτὸ τὸ μεγαλόφρον.* Tovpivs. Quod in Ruhnkenii scholio primum est scriptum *Ἡ*, vitium typothetae videtur. Omnes edd. ante Pearcium habent *ἢ*, pro quo Pearcius posuit *ᾗ*. Sed hac sua lectione male abusus est. Piget ridiculam eius versionem adscribere. Ceterum ferri posset *τὸ ᾗ*, si verteres *quatenus*. Sed lectionem verosimillimam a Moro primum propositam et a Ruhnk. Toupioque probatam exprimi curaui, quod et T. fecerat: nam vulgatum *τὴν λέξιν* incommodum est, quocunque modo construas. Notabilis vsus est verbi *λαβών*: pro quo si posueris *οὖσαν καθ' ἑαυτὴν*, sensum habebis rei conuenientem. *Sumserat* illе sententiam, qualem suppeditat simplicissima loquendi ratio. Postrema in codd. sic scripta: *ἁρμ. τινα τῇ τὴν* etc. in quibus *τῇ* Mori suasu et Toupii exemplo exclusi.

§. 3. *Ξενοφῶν*] in Cyri disciplina I, 5, 12.

§. 4. *θήλειαν νοῦσον*] Huius morbi meminerunt Philo Iudaeus, Clemens Alexandrinus, Origen. con. Celsum, Dio Chrysostom. Schol. ad Hephaest. p. 41. alii permulti. Verum per *θήλειαν νόσον* aliud, vt videtur, Herodotus, aliud recentiores intellexerunt. Confer Hieronym. Mercur. Var. Lect. III, 7. Quocum facit cl. Wesseling. ad Herodot. I, 105. Adde Leopard. Emend. VII, 10. et cl. Tollium ad locum, qui tamen Mercurialis scrinia compilasse videtur. Ceterum huc facit Synesius de Regno p. 25. *Σκύθας δὲ τούτους Ἡρόδοτός τε φησί, καὶ ἡμεῖς ὁρῶμεν, κατεχομένους ὑπὸ νόσου πάντας δειλίας.* Scribendum proculdubio: *ὑπὸ ΝΟΣΟΥ πάντας ΘΗΛΕΙΑΣ.* Ad hunc ipsum Herodoti locum manifesto respexit Synesius. Confer Petit. de Amazon. cap. 18. Cl. Reimar. de vita et scriptis Fabricii p. 299. de Iortini nostri animaduers. in Eccles. Hist. lib. 3. p. 235. Tovpivs. His tot fontibus a Toupio demonstratis nonne sitire co-

guntur plerique lectores? Ergo inde aliquid huc derivandum puto. Recte T. aliud Herodotum sub *θηλείᾳ νόσῳ,* aliud posterioris aetatis scriptores intellexisse putat. Nam Herodotus, auctor fortasse huius periphraseos, non potest non poenam significasse inflictam illis, qui Ascalone fanum Veneris *omnium antiquissimum*, vt ipse certe tradit, spoliauerant. Itaque magna veri specie commendatur Boilauii sententia, qui *haemorrhoidas* intelligi iubebat, quem morbum nonnulli comparant cum *καταμηνίοις* mulierum. Confirmatur superstitiosa opinio de genere poenae eo, quod 1 Sam. 5. narratur, praesertim cum ibi de re dicatur iisdem in terris facta. Sed insequentes scriptores *θήλειαν νόσον* vsurpant de flagitiosa patientia cinaedorum. Philo Iudaeus in libello, *ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος*, de Diogene: *Λέγεται γοῦν, ὅτι θεασάμενός τινα τῶν ὠνουμένων, ὃν θήλεια νόσος εἶχεν, ἐκ τῆς ὄψεως οὐκ ἄῤῥενα, προσελθὼν ἔφη, σύ με πρίω· σὺ γὰρ ἀνδρὸς χρείαν ἔχειν μοι δοκεῖς.* Eusebius in or. de laudibus Constantini c. 8. p. 625. D. de viris quibusdam in luco Veneris degentibus: *γύννιδες γοῦν τινες, ἄνδρες οὐκ ἄνδρες, τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι θηλείᾳ νόσῳ τὴν δαίμονα ἱλεοῦντο.* Illud de forma muliebri talium virorum error et superstitio protulit. Tollius has auctoritates et posteriorum interpretationem secutus reprehendit Longinum, quod *inimitabilem* dixerit hanc periphrasin. Sed quidni Longinus, ex Herodoti maxime loco, sub illo morbo haemorrhoidas intelligere potuerit? Denique, vtcunque est, in vtrumuis sensum periphrasis illa est breuis, clara satis homini rerum gnaro, honestis porro auribus non ingrata, et, quatenus aliquid cogitandum relinquit, etiam venusta et elegans. Si lapsu temporis, propter frequentem vsum, vulgo minus admirabilis videri coepit: illud valere debet, quod in primis tenendum est (non enim cuiuis statim venit in mentem), homines magni iudicii, qualis erat Longinus, etiam vsu trita et peruulgata, tamquam noua sint, pro dignitate aestimare.

S E C T. XXIX.

§. 1. *Ἐπίκηρον μέντοι*] Illud *ἐπίκηρον* est nihil aliud quam corruptio *τοῦ Ἐπίκαιρον.* Quae Longino vox vsi-

tata. Noster sect. 18. ἡ δὲ ἐρώτησις ἡ εἰς ἑαυτὸν καὶ ἀπόκρισις μιμεῖται τοῦ πάθους ΤΟ ΕΠΙΚΑΙΡΟΝ. Schol. ad Sophocl. Ai. 1425. Ἐπίκαιρον, εὔκαιρον. Quare lectionem Manutianam reuocauimus. Tovpivs. Perperam Toupius hoc ἐπίκαιρον et deinde ἀσυμμέτρως scripsit. Nam primo haec est methodus Longini, vt, explicata et commendata re, quae ad grauitatem facit, etiam de abusu moneat, aut simile quid addat. Quorsum autem hic tam breuiter repetita commendatio periphraseos, cum statim de abusu eius e Platone proferatur exemplum? Deinde μέντοι aduersatiua magis, etiam apud Longinum, est particula, quam conclusiua. Rectius porro εὐθὺς γὰρ ad primariam sententiam, ἐπίκ. . . . πλέον, refertur, quam ad alteram, quae tantum restringit, εἰ ... λαμβάνοιτο: durius certe est, quod in hac suppleri debet εἰ ἀσυμμέτρως λαμβάνεται. Quid vero? an codices cum prima editione hoc vno loco nihil valent? Atqui et ἐπίκηρον et συμμέτρως in his omnibus legitur; in vno tantum Vat. 2. συν μέτρων, quod facilius e συμμέτρως natum est, quam ex ἀσυμμέτρως. Ceterum bene Morus malebat legi σὺν μέτρῳ τινί. Sed tamen illud ferendum. Nempe τινὶ est i. q. ὑπό τινος.

τὸ πρᾶγμα, ἡ περίφρασις] Glossam olet ἡ περίφρασις. Sufficiebat Longino, scriptori non verboso, τὸ πρᾶγμα h. e. τοῦτο τὸ πρᾶγμά ἐστιν. Sed ἡ π. si stare debet, articulus ante πρᾶγμα eiiciendus erit.

εὐθὺς γὰρ ἀβλεμὲς προσπίπτει] Haec male accepit vir doctissimus. Ἀβλεμὲς προσπίπτειν est *molle et remissum quid sonare. sine viribus exire.* Noster supra, ἄκεντρον ΠΡΟΣΠΙΠΤΕΙ. Quod perinde est. Strabo lib. 1. p. 38. ΠΡΟΣΠΙΠΤΕΙ γὰρ, ὡς εἰκὸς, πιθανώτερον, ἂν οὕτω τις ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν. *Verisimilius enim sonat, si quis ita mentiatur, vt vera falsis admisceat.* Ita scribendus iste locus, ad quem consulendus Casaubonus. Eodem sensu verbo ἀποβαίνειν vtuntur Graeci. Damascius in Vita Isidori apud Suid. v. Ῥυθμίζει. Ὅσα ΑΜΕΤΡΟΝ ΑΠΕΒΑΙΝΕ, καὶ ἄλλως οὐ κατὰ τὸν πρεπώδη ῥυθμὸν, ἐμοὶ ἐπανορθοῦσθαι ἐπέτρεπε. *Quae minus* numerosa exibant, *et caeteroqui decenti rythmo carebant, mihi corrigendi potestatem fecit.* Quae perperam sollicitauit cl. Kusterus. Tovpivs. Notandum autem, προσπίπτειν esse *per-*

venire ad animum, tangere animum. Alibi res ad iudicium aurium refertur: et tum verti debet: *aures ferire siue impellere*, vel *exaudiri*. Ergo *concidendi* verbum, quo hic vtitur Morus, vel *corruendi*, quod 21, 1. posuit, est alienum. Sed etiam de εὐθὺς monendum, quod perperam omnes aduerbio temporis reddunt, *statim, illico, extemplo*, quod rei minime conuenit. Εὐθὺς vsurpatur, vt αὐτίκα, et per ellipsin quandam est *statim quis dicat*, siue *ratio in promtu est et statim eam proferam.* Sic 41, 1. Notaui hunc vsum particulae ad Xenophontis Hieronem 1, 35: nam et illo loco et ibid. 2, 8. alibique sic posita reperitur.

κουφολ. τε ὄζον καὶ παχύτ.] Perperam haec omnes ita vertunt, vt si ratio, εὐθὺς γὰρ ἀβλ. προσπίπτει, continuetur; *et olet vanitatem verborum et pingue quid.* Eo fit oratio ταυτολόγος, obscura et praepostera. Nam prius certe haec, quae causam continent, poni deberent, quam illa, εὐθὺς ... προσπ., quae exprimunt effectum. Tu potius ita: *si vt inanis verborum strepitus et pingue quid sonant.* Verbis auctoris ita diceres ex 28, 1. εἰ ἔχει φυσῶδές τι καὶ ἄμουσον. Participiis conditionem saepissime significari, constat: et sic apud nostrum 9, 10. παραθέμενος dicitur, et plura 40, 1. Lectioni Manutii παχύτητος Pearcius e codd. et ed. 1. praetulit ineptum παχύτατον. Facile cuiuis in mentem veniat reponere παχύτατον ὄν: sed superlatiuus inscitus est: nec melius multo sit παχύτερον ὂν aut παχύ τι ὄν. Toupium igitur secutus illud Manutianum adsciui.

δεινὸς γὰρ ἀεὶ π. σχ. κἂν τισιν ἀκαίρως] MS. Ambros. εἰ κἂν τισιν. Repono, εἰ κἂν τισιν ἄκαιρος. Sic Noster supra sect. 15. Κἂν τούτοις, ὡς οὐκ οἶδ', εἴ τισιν ἑτέροις, ἐπιτυχέστατος. Locus ita vertendus est: *Figuram enim istam amat Plato, et in ea formanda praestat, quanquam in vsu peccat.* Ista est vis τοῦ Δεινός· qua nulla vox in omni Graecia vel plures, vel facundiores elegantias gignit. Aelian. Epist. 10. Εἰμὶ δὲ ἐγὼ περὶ ταῦτα δεινός. Cebes p. 5. Ed. Gron. Ἀνὴρ ἔμφρων καὶ δεινὸς περὶ σοφίαν. Lysias cont. Theomnest. p. 174. Περὶ τοῦτο γὰρ δεινὸς εἶ, καὶ μεμελέτηκας καὶ ποιεῖν καὶ λέγειν. Quem locum frustra suspectum habuit cl. Editor. Tovpivs. De vi verbi δεινὸς non erat quod hic disputaretur, cum Perizonius ad Aeliani V. H. I. 2. Fi-

scherus ind. ad Theophr. Charact. aliique permulti, in lexicis etiam et indicibus, vsum eius demonstrauerint. Sed de Toupii disputatione necessario aliquid monendum est. In metaphora δεινὸς significat aut *qui multus est*, vt 22, 3. aut *qui excellit*, vt 10, 1. Sed repugnat Toupii versio, quae vtramque significationem coniungit. Cf. dicta de v. ἔλεγχος 32, 4. Poterat ille tacitus sequi Pearcium, qui recte vertit: *multus enim semper est in figura vtenda, et in quibusdam locis inopportune multus.* Melius tamen cum Tollio ἀκαίρως δεινὸν reddas *nimium*. Recte et hoc P. monet, κἂν τισιν positum esse pro καὶ ἐν τισιν, hoc sensu: *et in quibusdam suorum operum locis*, vt 40, 1. Ἀριστοφάνης ἔν τισιν. Sed pro σχῆμα recte cum aliis legas τὸ σχῆμα, i. e. τοῦτο τὸ σχῆμα.

ἐν τοῖς Νόμοις] Locus est libro VII. p. 632. G. quem de memoria sic laudat Clemens Alex. Paed. II. p. 189. ὡς οὔτε ἀργυροῦν δεῖ πλοῦτον οὔτε χρυσοῦν ἀσκεῖν. Sed ridiculi sunt isti Platonis reprehensores, quorum ineptias Longinus non debebat tanti putare, vt commemoraret; nam πλοῦτος non *diuitias* significat, sed personam, i. e. *Deum diuitiarum praesidem*; respiciturque ad morem statuas Diis ponendi: id quod satis declarant verba ἐνοικεῖν et ἱδρυμένων, quorum alterum de *personis*, alterum de *statuis* dicitur. Nobiscum sentit vir eruditus, qui nuper Platonis *Leges* Gallice vertit. Rvhnkenivs. Platonem ita defendit Steinheilius, vt dicat πλοῦτον χρυσοῦν a ceteris diuitiis recte separari: πλοῦτος enim generale nomen esse, et de quibusque bonis dici; vnde et πλοῦτον ἀγαθῶν exstare apud Alciphronem I, 1. p. 6. Sed meliora sunt illa Ruhnkenii: quibus firmandis haec addere licebit. Ex auro et argento conflantur statuae Pluto deo dicandae, non item e carnibus auium et boum. Sed, quod grauius est, respicit Plato illis verbis ad carmen poetae, publice, aut vulgo certe, cantari solitum, id quod e tota eius disputatione apparet. Locus est in ed. Bipont. Vol. 8. p. 347.

εἰ πρόβατά φησιν] Manutius cum MSS. nonnullis Διαχλευάζουσιν — ΦΑΣΙΝ. Recte. Sic Noster sect. 32. Πλάτωνα οὐχ ἥκιστα διασύρουσι — νήφοντα γάρ ΦΑΣΙ θεόν. Sed hoc leue. Tovpivs. Antecedens pluralis διαχλευάζουσιν mouit virum doctum, vt scriberet φα-

σίν. Sed librorum auctoritas et vsus loquendi potior est. Vide dicta ad 2, 1.

§. 2. ὡς ἐκ παρενθήκης] Libri tantum habent ἐκ π., sine ὡς. Sed ego non multum dubitaui hoc addere. Nam hoc de figuris caput non est vera digressio, παρενθήκη, sed secundum ipsius auctoris rationem pars necessaria. Vid. 8, 1. et 16, 1. Veruntamen quoniam ipse in figuris per se non magnum momentum ponit, et scitam tantum aptamque earum conformationem aliquid ad grauitatem conferre statuit, vt ex illis locis patet, dicere ei placuit ὡς ἐκ παρενθήκης. Particula ὡς ob antec. χρήσεως facile excidit. De explicatione ipsa subdubito, et fortasse melior est haec Mori: „Cum 16, 1. negarit, totum de figuris locum hic pertractari posse, nonnulla huic de sublimitate disputationi adspersit." Sed et sic ὡς erit necessarium.

Ἀλλὰ γὰρ ἅλις — τοσαῦτα πεφιλολογήσθω] Sic scribe cum Schurzfleischio. *sed haec disputata sufficiant.* Demetrius Phal. de Elocut. §. 181. Ταῦτα μὲν δὴ παρατεχνολογίσθω ἄλλως. Scribendum, παρατεχνολογήσθω ΑΛΙΣ. Opportune Eusebius Praeparat. p. 61. Ἀλλὰ γὰρ ΤΟΣΑΥΤΑ καὶ ἀπὸ τῆς Ἑλλήνων θεολογίας ΑΠΟΧΡΩΝΤΩΣ ΑΠΟΤΕΤΜΗΣΘΩ. Tovpivs. Aliquid etiam momenti habet, quod auctor imperatiuo in tali clausula vtitur Sect. 22. extr. Sed Manutius et cum eo alii scripserant πεφιλολόγηται, cum quo τοσαῦτα constare non posse censebat Morus. Verum ἅλις quoniam saepe genitiuum adsciscit, potest considerari vt nomen, ita vt sit *sufficiens*, non *sufficienter*, vertique possit: *tantum, vt sufficiens, disputatum est.* Sed, hoc misso, certiorem statuo esse auctoritatem codicum, in quibus et Ambrosiani, teste Gudio, et editionis primae, in quibus legitur πεφιλολογῆσθαι, quod Toupius seruare debebat. Construe: Ἅλις (scil. ἐστὶ) τοσαῦτα πεφιλολογῆσθαι: *Sufficit, tantum* (a me) *disputatum esse.* Sic et alii cum infin. ἅλις ponunt, vt Sophocl. Philoct. 893. οὐπὶ νηῒ γὰρ ἅλις πόνος τούτοισι συνναίειν ἐμοί.

πάθος δὲ .... ἡδονῆς] Vide, an non totum hoc pro scholio sit habendum, quod quis ex alio rhetore adscripserit. Pro ὁπόσον scripsi ex editt. primis et codd. El. Vat. c. et Ambr. ὅσον, quod vsus loquendi magis postulat. Nam illud (ex analogia certe) interrogationis est ob-

liquae, hoc relationis: refertur enim fere ad *τοσοῦτον*. Ceterum si sententia est Longini, probo *ἦθος*, quia tam lato sensu vix adhibuit *ἡδονῆς* nomen, quo nusquam vtitur vt adiuncto aut effecto *ὕψους*: sin alius rhetoris, praefero *ὕψος*, quod pro *ἦθος* iidem libri habent.

SECT. XXX.

§. 1. *Ἴθι δή, αὐτοῦ φραστικοῦ*] Lego, *ἴθι δὴ αὖ, τοῦ φραστικοῦ μέρους*. *Age nunc vicissim.* Tovpivs. Rectius puto, ac potius verissimum, quod Moro legendum videbatur, *αὐτοῦ τοῦ φρ.* etc. nam de *hac ipsa* parte, quae ad elocutionem pertinet, inde a sect. iam agi coeptum est: *αὖ* autem innueret, maxime pro loco, quem hic occupat, de re *diuersa* iam agendum esse. Saepissime quidem articulus in talibus locis post *αὐτὸς* nullus reperitur, vt incertum videatur, quid vsus loquendi tulerit. Verum frequentiora multo sunt *αὐτοῦ τοῦ, αὐτῷ τῷ, αὐτὸν τὸν* et similia per ceteros casus: et quam facile librarii articulum transierint, per se apparet. Sed paullo grauior, nec aliena haec quaestio videtur, quo iure prima sententia, quae transitioni inseruit, hic locum habeat, et quomodo altera, siue apodosis cum illa cohaereat. Equidem puto, auctorem hic, vt e sect. 9. et aliunde notum, sumsisse, in sententiis ipsis maxime inesse sublimitatem. Poterat ergo sic dicere: *Ἐπειδὴ μ. ἡ τοῦ λ. νόησις διὰ τῆς φράσεως τὰ πλείω διέπτυκται,* quod, vt opinor, esset melius et apodosi aptius. Sed maluit ille mutuum verborum et sensuum ad efficiendam sublimitatem auxilium tangere, cum speraret, lectores sponte cogitaturos esse illud, quod vel maxime huc pertinet, *verbis commendari et ad maiorem grauitatem exornari sententiam.*

ἄγει] *grauiori motu afficit* siue *percellit*, *abripit.* Ita distinguendum videtur a *κηλεῖν*, *delinire*, *mulcere*, quia praeter voluptatis notionem etiam grauioris affectus significatio, propter *μέγεθος*, *βάρος* et alia, hic postulatur. Sic *ἄγειν* dicuntur *τὰ παθητικὰ* 18, 2.

ὡς πᾶσι τοῖς ῥήτορσι καὶ συγγραφεῦσι κατ' ἄκρον ἐπιτήδευμα] Vna voce transposita scribendum: *ὡς πᾶσι τοῖς ῥήτορσι καὶ συγγραφεῦσιν ἄκρον κατεπιτήδευμα.* Compositum nomen *κατεπιτήδευμα* occurrit apud Dionys. Halic. in Censura Veter. p. 70. *καὶ κατεπιτήδευμα μὲν*

αἱ κυκλικαὶ ¦ περίοδοι· vbi male diuisim scribitur *κατ' ἐπιτήδευμα.* Apud eundem in Thucyd. p. 157. est verbum *κατεπιτηδεύω. Ὡς τὸ μὴ βεβασανίσθαι, μηδὲ κατεπιτηδεῦσθαι.* RVHNKENIVS. Recte legitur, *ὡς πᾶσι τοῖς ῥήτορσι καὶ συγγραφεῦσι κατ' ἄκρον ἐπιτήδευμα. Id agunt inprimis omnis generis scriptores, vt verborum delectum faciant.* Haud aliter locutus est Athenaeus lib. 14. p. 661. *ἡ μαγειρικὴ τέχνη ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑ καὶ ἐλευθέρων.* Atque ita intelligendus Dionysius Halicar. in Censur. Vet. p. 125. *Πονηρὰ δὲ καὶ πολλή τις τῶν φωνηέντων ἡ σύγκρουσις, καὶ ΚΑΤ' ΕΠΙΤΗΔΕΥΜΑ μὲν αἱ κυκλικαὶ περίοδοι καὶ ὁμοειδεῖς τῶν σχηματισμῶν. Est autem in eo* (Theopompo) *frequens et vitiosa vocalium collisio, nec non de industria circumductae periodi et similis verborum exitus.* Ita scribendus et vertendus iste locus, quem minus perspectum habuerunt viri eruditissimi. TOVPIVS. Elegantissima est Ruhnkenii coniectura. Nam durius sane est *κατ' ἄκρον,* quod aduerbii vim habet, constructum cum *ὂν* (siue *ἐστὶ*), vt si latine dicere velis *vehementer est studium.* Itaque aliquanto mollior fit oratio adiectiuo cum insequenti *κατεπιτήδευμα* coniuncto. Hoc autem verbum, vt grauius quam simplex *ἐπιτήδευμα,* huic loco sane est aptum. Sed de constructione totius periodi tenendum, post *ἄκρον* (etiam probata Ruhnkenii lectione) intelligi aut, si placet, addi debere *ὄν*; et deinde, si editio princeps nullius hic auctoritatis est, post *παρασκευάζουσα* et *ἐντιθεῖσα* repetenda esse *ἀπὸ κοινοῦ* prima illa *ἄγει καὶ κατακ. τοὺς ἀκούοντας.* Sed perquam mirum est, et, si res non leuis esset, portenti dicerem instar, quod nemo interpretum, qui in emendando hoc libello elaborarunt, ac ne Pearcius quidem et Morus, quorum diligentiam et curam merito admiramur, in loco tam impedito editionem Franc. Robortelli oculis sat intentis inspexit. Nam in ea post *ἐπανθεῖν* pag. 46. versu ab infima pagina tertio clare scriptum exstat *ἐστὶ,* sine vlla dubitationis nota. Fortasse hoc ipsum *ἐστὶ* reperitur in vetusto illo codice Parisiensi, quocum illa princeps editio fere consentit. Sed de his fontibus editores h. l. nihil. Itaque corrigi volunt antecedentia; vt Tollius, qui pro *ἐπιτήδευμα* legendum censet *ἐπιτηδεύεται,* nisi *τὸ ΕΣΤΙ* subintelligendum sit; et Morus, cui post *ἐντιθεῖσα* videbatur excidisse *δῆλον* s. *φανερόν ἐστι.* Ergo

difficultas hic nulla est, neque confugiendum est ad illud, quod proposui de verbis post *ἐντιθεῖσα* repetendis *ἀπὸ κοινοῦ*.

εὐπίνειαν] Vox elegantissima, et quam alibi frustra quaesiueris. Est autem sumpta a re statuaria. Nam *πίνος* est *robigo illa antiquitatis*, quae veterum artificum opera commendabat maxime. De eo pluribus cl. Salmasius et Kusterus; hic ad Iamblichi Pythagoram et Hesychium v. *Εὐπινῆ*, ille in Plinianis et ad Tertulliani Pallium. Sed vterque parum accurate et in tenebris micans. Dionysius Halicarn. in Epist. ad Pompeium p. 204. *ὅτε ΠΙΝΟΣ αὐτῇ καὶ χνοῦς ὁ τῆς ἀρχαιότητος ἠρέμα καὶ λεληθότως ἐπιτρέχει.* Vbi ineptit Interpres, neque enim quid sit *πίνος* satis intellexit. Optime Scholion margini codicis Sylburgiani adscriptum: *Πίνος, ὁ ῥύπος, ἤτοι ὁ ἐπικείμενος ΧΝΟΥΣ, ὡς ἐπὶ μήλων καὶ ἀπίων καὶ δαμασκηνῶν.* Quod undequaque verum est, et inprimis notandum. Hinc *χνοῦς ἀρχαιοπινής*. Dionysius Halicarn. in Demosth. p. 303. *Πολλῆς δέ τινος ἐνταῦθα δεῖ τῆς τεχνήσεως, ἵνα μὴ κακόφωνον μηδὲ ἀηδὲς ἐνεγκάμεναι ταῖς ἀκοαῖς λάθωσιν αἱ τοιαῦται συζυγίαι, ἀλλ' ἐπανθῇ τις αὐταῖς ΧΝΟΥΣ ΑΡΧΑΙΟΠΙΝΗΣ καὶ χάρις ἀβίαστος.* Vbi notandum verbum *ἐπανθεῖν*. Nam *πίνος* siue *χνοῦς ἀρχαιοπινὴς* est *robigo illa* siue *flos antiquitatis*, quae in veterum statuis quasi *ἐπανθεῖν* dicebatur. Hinc mox Longinus: *Μέγεθος, κάλλος, εὐπίνειαν τοῖς λόγοις, ὥσπερ ΑΓΑΛΜΑΣΙ καλλίστοις, δι' αὐτῆς ΕΠΑΝΘΕΙΝ παρασκευάζουσα.* Quae egregia sunt, et nostram sententiam mire confirmant. Atque hinc intelligenda vox *Εὐπίνεια* apud Nostrum, et oratio *εὐπινὴς* siue *πεπινωμένη*, quae *antiquitatem redolet*, et *vetustatis flore* commendatur. de qua Cicero, Dionysius Halicarnasseus, Damascius apud Suid. v. *Σαλλούστιος*, alii. Illustris locus est apud Iamblich. Vit. Pythag. cap. 29. quem, quia egregie huc facit, et cl. Editori non nihil suspectus fuit, hic integrum adscribam. *Περὶ δὲ τῆς σοφίας αὐτοῦ, ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, μέγιστον ἔστω τεκμήριον τὰ γραφέντα ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων ὑπομνήματα, περὶ πάντων ἐχόμενα τῆς ἀληθείας, καὶ στρογγύλα μὲν περὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἀρχαιοτρόπου δὲ καὶ παλαιοῦ ΠΙΝΟΥ διαφερόντως, ὥσπερ τινὸς ΑΧΕΙΡΑΠΤΗΤΟΥ ΧΝΟΥ, προσπνέοντα. Antiquitatis colorem, tanquam intactum et illibatum quen-*

dam florem, redolentia. Nihil melius aut expressius. Dicitur autem *χειραπτεῖν* et *χειράπτητος*, vt *χειραλειπτεῖν* et *χειραλείπτητος*. de quo Suidas noster consulendus. Idem autem *χειραπτεῖν* et *χειραπτάζειν*. quod verbum vsurpat Herodotus II. 90. *Οὐδὲ ψαῦσαι ἔξεστιν αὐτοῦ οὐδένα οὔτε τῶν προσηκόντων, οὔτε τῶν φίλων, ἀλλά μιν οἱ ἱρέες αὐτοὶ οἱ τοῦ Νείλου, ἅτε πλέον τι ἢ ἀνθρώπου νεκρὸν, ΧΕΙΡΑΠΤΑΖΟΝΤΕΣ θάπτουσι.* Vbi MSS. nonnulli *χειραπάζοντες*, quod tantundem est. Tovpivs. Verbum ipsum h. l. est e codd. ductum. Sed tamen alia reponenda pro eo nonnulli excogitarunt, quorum deterrimum Portus et Schurzfleischius, *ἐπίνοιαν*. Ille vertit *prudentiam, inuentionem, industriam;* hic *sollertiam in excogitando*, paullo minus inepte, quod in errore certe sibi constat.

ἂν ὦσί τινα] Additum habuit aliquid auctor, vt *τοιαῦτα*.

μὴ καὶ π. ᾖ πρὸς εἰδότα διεξιέναι] Ad verbum ita vertas: *verendum est, ne superuacaneum adeo sit,* (huius rei) *peritum docere.* Morus interpretatus erat: *non superuacaneum fuerit,* simili deinceps *παροράματι* lapsus 33, 2. 38, 3. et 40, 2. Haec ego ex ipsius mente mutaui, quia similibus in locis recte vertit, vt 44, 10. Vulgatum *εἰδότας* absonum est. Qui enim scire potuit Longinus (quod est falsissimum), lectores se habituros esse huius rei peritos? Tollius posuit *εἰδότα σε:* non male quidem: sed multo elegantius et Longino aptius putaui *εἰδότα*. Patet autem, significari Terentianum, quem supra pluribus locis dixit artis dicendi non esse ignarum. His diu multumque in omnem partem spectatis ac denique scriptis, in mentem mihi venit, vulgatum *εἰδότας* defendi fortasse licere, vt per enallagen numerorum quandam positum, ita vt maxime *vnus Terentianus* intelligatur. Vid. praeter alios Hoogev. ad Vig. III, 1, 1. Acutioribus hoc diiudicandum transmitto.

§. 2. *Φῶς τοῦ νοῦ*] *res grata menti,* vt paulo ante, *ἡ ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων ἄγει καὶ κατακηλεῖ.* Nam hoc in praesenti non dicitur, sensus animi oratione expromi, quoniam Longinus non omnibus verbis, sed *καλοῖς* nomen lucis tribuit. Morvs.

καὶ ἴ] Hoc *ἴ* in codice Paris. vetustissimo est vltimi versus in pagina littera vltima, et deinde (quod dolen-

dum est) quatuor folia exciderunt. Verbum primum eorum, quae hic perierunt, fuit sine dubio *ἱστορίᾳ:* vltimum autem, vt mihi videtur, *ὑπεροπτικώτατον,* de quo ad sect. 31. init. dicam.

SECT. XXXI.

§. 1. *πτικώτατον καὶ γόνιμον τόδ' Ἀνακρέοντος*] Legendum videtur, *ποιητικώτατον καὶ γόνιμον.* Error ortus ex compendio scripturae. Tovpivs. His syllabis noua pagina in cod. Parisiensi post lacunam, de qua monui ad sect. 30 extr., incipit. Libri, qui h. l. habent *ἱπτικώτατον*, fluxisse videntur ex antiquo illo codice. Librarius nempe, notis, quibus numerata sunt folia, non inspectis, *ἱ* — et — *πτικώτατον* in vnum iunxit verbum. Ceterum vir doctus in exemplo editionis Tollianae, quod in Biblioth. Acad. Lips. asseruatur, hic adscripsit, in cod. illo Par., quem ipse viderat, "*a manu recentiori*" *τῷ πτικώτατον* praefigi, "*extra ordinem, ϑρε, ad supplendam vocem.*" Idem tradit Pearcius, de recentiori tamen manu dubitans.

γόνιμον] *genuinum*, haustum ex ipso sermone vulgari et vita communi, in qua est *ἰδιωτισμός*. Morvs. Mihi videbatur esse *germanum,* siue *quod plane conueniat Anacreonti, et ex quo eum agnoscere quis possit.*

ἐπιστρέφομαι] *amore tangor.* Videntur id homines de vulgo maxime vsurpasse pro *ἐρῶ, ἔραμαι,* quae sunt elegantioris vsus. Hoc certe statuere debemus e disputatione auctoris: argumentis aliunde petitis vix potest firmari.

διὰ τὸ ἀνάλογον] Tautologiam hic obtrudere videntur versiones Longino. Tollius ita: *quoniam ipsi rei admirabiliter conuenit, significantissimum mihi semper visum est.* Pearcius: *videtur mihi significantissime se habere, propterea quod vocabulum rei bene respondet.* Sic et Morus duo quidem commata verbis diuersis posuit, sed in vtroque tamen eundem expressit sensum. Sed scholia Mori ad interpretationem ducunt, qua illud tautologon euitamus: "*διὰ τὸ ἀνάλογον,* inquit, quia simile est Philippi ingenium ei, quod vulgo significatur hoc verbo." Non *verbum rei simile est,* sed ingenium Philippi simile est ingenio athletarum, quorum proprium erat *τὸ ἀναγ-*

κοφαγεῖν. Sicut hi plus, quam satis erat, ciborum, atque etiam cibos minus suaues haud grauate capiebant, dummodo sic maximum robur corpori accederet: ita Philippus molestias omnes haud grauate deuorabat, dummodo ipsi maiores copiae ad proferendum imperium accederent.

τὸ ἐπαινετὸν] Portus vertit, *laude dignum.* Sed qui varias lectiones consuluerit, intelliget, locum corruptum esse. Venit nobis in mentem, ita forte legi posse: *Ταύτῃ καὶ τὸ τοῦ Θεοπόμπου, καίτοιγ' ἀπηνὲς ὄν, quamquam durum est:* certe eodem modo 32, 7. *ἀπηνεῖς μεταφοραὶ* dicuntur. Facile vero *ΚΑΙΤΟΝΕΠΗΝΕΤΟΝ* oriri potuit ex illo altero *ΚΑΙΤΟΙΓΑΠΗΝΕCΟΝ.* Morvs.

Δεινὸς ὢν ὁ Φίλιππος ἀναγκοφαγῆσαι πράγματα] Sequitur Theopompi locus laudatus. Quomodo locutus est Cicero in Bruto §. 236. *Is laborem, quasi cursum forensem, diutius non tulit, quod et corpore erat infirmo, et hominum ineptias et stultitias,* quae deuorandae nobis sunt, *non ferebat.* Tovpivs.

ἐπιγινώσκεται] *agnoscitur;* scil. vt maxime proprium et, propter vsum communem, rei maxime conueniens.

§. 2. *ὅλον καταχορδεύων ἑαυτὸν διέφθειρεν*] Haec sunt verba Herodoti VI. 75. Ad Herodotum respexit Aristides Vol. I. p. 567. *Καὶ τὴν Κλεομένους τοῦ Λακωνικοῦ νίκην ἀναμένειν, ὃς τὸ αὑτοῦ σῶμα ΚΑΤΕΧΟΡΔΕΥΣΕΝ ἐκ ποδῶν ἀρξάμενος.* Huc referendus etiam Scriptor, nescio quis, apud Suidam: *Κατεχόρδησεν, ἀνεῖλεν, ἐξενάριξεν. Εἶτα τῶν φρενῶν ἐξέπλευσε καὶ μανεὶς ἑαυτὸν μαχαίρᾳ ΚΑΤΕΧΟΡΔΗΣΕ.* Vbi nihil muto. Idem *καταχορδῆσαι, καταχορδίσαι* et *καταχορδεῦσαι.* Sed de hoc viderit Suidas. Ceterum verbo vtitur Themistius Orat. XXI. p. 261. ed. Hard. *Καὶ ταῦτα ἐρεῖ παρεστηκότων ἔτι τυχὸν μειρακίων, ἃ ἀνηλεῶς ΚΑΤΕΧΟΡΔΕΥΣΕΝ ἐν ταῖς βασάνοις, ὅτι ῥύπου τι προσῆν τῷ νομίσματι.* Tovpivs.

κατεκρεουργήθη] Hoc item est a lanionibus ductum, sicut antec. *καταχορδεύων.* Locus Herodoti est VII, 181.

ἐγγὺς παραξύει τὸν ἰδιώτην] *proxime attingunt plebeium hominem. Ἰδιώτης* pro *ἰδιωτισμῷ*, concretum, vt dicunt, pro abstracto, sicut et Latini loquuntur, e. g. *a perfecto oratore parum abesse.* Quod Longinus verbo

παραξύειν, id Lucianus exprimit formula *ἐν χρῷ παραμείβεσθαι*, de hist. conscr. c. 24.

SECT. XXXII.

§. 1. *Περὶ δὲ πλήθους καὶ μεταφορῶν*] Ita omnes libri tam scripti quam impressi; si excipias ed. primam, quae omittit *καί*: sed tamen eam particulam retinendam censeo. Longinus, opinor, inter ea, quae paulo ante defecisse vidimus, de metaphoris tractarat, quibus opposuit verba vulgaria, quae aliquando significantiora sunt, quam metaphorae: hic vero de multitudine etiam metaphorarum agit. Nihil igitur opus est, vt vel cum Fabro legamus *πλήθους τῶν μεταφορῶν*, vel cum Tollio *πλήθους τρόπων καὶ μεταφορῶν*. Pearcivs. Non male Pearcius. Sed verisimilius est, Longinum istic, inter Sect. 30 et 31, primo dixisse, metaphoras sublimitatis adiutrices duci debere a rebus grandibus, admiratione dignis, nihil minutum, humile aut foedum animo obiicientibus. Deinde additum habuisse videtur, locum tamen etiam his esse interdum: quam in rem attulit exempla e plebeio sermone, Sect. 31: nam et haec sunt tropica. Sed secundum hanc rationem *καὶ* non debet poni post *πλήθους*, verum ab initio; et cetera deinde eo, quo imprimi curaui, ordine: *Καὶ περὶ πλήθους δὲ μεταφορῶν*.

ἐπὶ ταὐτοῦ] *eadem de re*, vt bene Boilauius: *pour exprimer une seule chose.* Nonnulli id in versione plane omittunt, cum tamen definiat quaestionem, eamque non leuem.

ὁ γὰρ Δημοσθένης ὅρος καὶ τῶν τοιούτων] Hunc locum recte intellexit cl. Pearcius. Sensus est: Quod ad multitudinem metaphorarum attinet, Caecilius quidem videtur stare ab iis, qui binas tantum vel ad summum ternas vna adhibendas esse docent. In quo quidem auctoritatem Demosthenis est secutus. Is enim in huiusmodi rebus norma et canon est. Ista est mens Longini. Huc facit Plinius Epist. IX. 26. *Sed Demosthenes ipse ille,* norma oratoris et regula, *num se cohibet et comprimit, quum dicit illa notissima? ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ κόλακες καὶ ἀλάστορες.* Atque hunc locum ob oculos habuisse videtur Longinus. Tovpivs. Pace viri docti dicere liceat, quod dicendum est. Non ista est mens

Longini: non significat ille, Caecilium in eo Demosthenis auctoritatem esse secutum. Nam locus oratoris statim additus non duas aut tres ad summum, sed minimum septem continet metaphoras: nec paucitas earum, sed *πολυπλήθεια*, et statim §. 2. *πλῆθος τῶν τροπικῶν* laudatur. Sed interpretes de verbis magis quam de re cogitantes decepit particula *γὰρ*, quae hoc loco, prout verba habent, non est causalis, sed asseuerandi et quodammodo contradicendi, *enimuero*. Offendit eadem Morum, adeo vt verba *Ὁ γὰρ Δ.... τοιούτων* post *συνεφέλκεται* ponenda statueret. Non temere sane. Sed nec absurde statuas, post *τάττεσθαι* pauca quaedam verba excidisse Caecilio et iis, quos ille sequebatur, opposita.

§. 2. *τὴν ἐλευθερίαν προπεπωκότες... τὴν δ' ἐλευθερίαν ἀνατετροφότες*] Insignis hic locus, quem, vt alios taceam, laudat Theo Progymn. cap. 7. depromptus est ex Demosth. Orat. de Coron. p. 582. ed. Taylor. Sed oratio manifesto vitiosa est et parum curata. Scribendum proculdubio: *Ἄνθρωποι μιαροὶ καὶ ἀλάστορες καὶ κόλακες, ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἑαυτῶν ἕκαστοι πατρίδας, προπεπωκότες πρότερον μὲν Φιλίππῳ, νυνὶ δὲ Ἀλεξάνδρῳ. Homines impuri, nefarii, et adulatores, qui suam quisque patriam foede lacerarunt, propinatam olim Philippo, nunc vero Alexandro. Τὰς πατρίδας προπεπωκότες. Qui patriam suam prodiderunt.* Plutarchus in Arato: *Ἦν μὲν οὖν μέγα καὶ τὸ χρήματα τοσαῦτα πορίσαι τοῖς πολίταις, ὅσων σμικρὸν μέρος ἄλλοι στρατηγοὶ καὶ δημαγωγοὶ λαμβάνοντες παρὰ βασιλέων, ἠδίκουν καὶ κατεδουλοῦντο καὶ ΠΡΟΕΠΙΝΟΝ ΑΥΤΟΙΣ ΤΑΣ ΠΑΤΡΙΔΑΣ.* Accedit Photius in Lex. inedito, atque ex eo Suidas v. *Προπίνει. Δημοσθένης δὲ τοὺς προδόντας ΤΑΣ ΠΑΤΡΙΔΑΣ τοῖς ἐχθροῖς, ΠΡΟΠΙΝΕΙΝ ἔφη τοῖς ἐχθροῖς.* Qui locus inprimis notandus. Tovpivs.

τὴν δ' ἐλευθερίαν ἀνατετροφότες] Pro *ἀνατετροφότες* Tollius *ἀνατετραφότες*. quomodo Aeschines cont. Timarch. p. 80. *Πλείστους δ' ἂν εὕροιτ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων πόλεις ΑΝΑΤΕΤΡΑΦΟΤΑΣ.* Idem cont. Ctesiph. p. 245. *Ὑμεῖς δὲ, ὦ Ἀθηναῖοι, οὐκ αἰσχύνεσθε, εἰ ἐπὶ μὲν τοὺς πορθμέας τοὺς εἰς Σαλαμῖνα πορθμεύοντας νόμον ἔθεσθε, ἐάν τις αὐτῶν ἄκων ἐν τῷ πόρῳ ΠΛΟΙΟΝ ΑΝΑΤΡΕΨΗι, τούτῳ μὴ ἐξεῖναι πάλιν πορθμεῖ γενέσθαι, ἵνα μηδεὶς αὐτοσχεδιάζῃ εἰς τὰ τῶν Ἑλλήνων σώ-*

ματα· τὸν δὲ τὴν ΠΟΛΙΝ ἄρδην ΑΝΑΤΕΤΡΑΦΟΤΑ, τοῦτον ἐάσετε πάλιν ἀπευθύνειν τὰ κοινά; Cum Demosthene facit Andocides de Myster. p. 238. *Πάντες ἴστε, ὅτι παρὰ τοῖς παιδαρίοις τοῖς μικροτάτοις καὶ τοῖς γυναίοις κληδὼν ἐν ἁπάσῃ τῇ πόλει κατέσχεν, ὅτι Ἱππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀλιτήριον τρέφει, ὃς αὐτοῦ τὴν ΤΡΑΠΕΖΑΝ ΑΝΑΤΡΕΠΕΙ. μέμνησθε ταῦτα, ὦ ἄνδρες. πῶς οὖν ἡ φήμη ἡ τότε οὖσα δοκεῖ ὑμῖν ἀποβῆναι; οἰόμενος γὰρ Ἱππόνικος υἱὸν αὑτῷ τρέφειν, ἀλιτήριον αὑτῷ ἔτρεφεν, ὃς ΑΝΑΤΕΤΡΟΦΕΝ ἐκείνου τὸν πλοῦτον, τὴν σωφροσύνην, τὸν ἄλλον βίον ἅπαντα.* Tovpivs. Fortasse Graeci olim ipsi, vt fit, de hac forma inter se dissentiebant. Sed tamen ostendit Reiske ad illum Demosthenis locum, de Cor. p. 324, codices peiores *ἀνατετραφότες*, per *α*, atque etiam apud Aeschinem *ἀνατέτροφα*, per *ο*, legi.

Ἐνταῦθα τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν ὁ κατὰ τῶν προδοτῶν ἐπιπροσθεῖ τοῦ ῥήτορος θυμός] Elegantissimum verbum *ἐπιπροσθεῖ* nobis conseruauit Robortellus, sed quod nemo Interpretum intellexit. Ita autem vertit vir doctissimus: *Hic multitudine metaphorarum ira rhetoris in proditores proruit.* Quem et secutus est cl. Morus. Atqui *ἐπιπροσθεῖν* non est *proruere*. *Ἐπιπροσθεῖν τῷ πλήθει τῶν τροπικῶν* est *multitudinem troporum obnubilare et abscondere.* Suidas: *Ἐπιπροσθεῖ, ἐπισκιάζει.* Theodoret. Eccles. Hist. V. 18. *ΕΠΙΠΡΟΣΘΕΙ ἡ ἐξουσία τῷ λογισμῷ. Rationi tenebras offundit licentia.* Idem Graec. Affect. lib. 2. p. 24. *Οὐ μόνον ἄρα ἡμεῖς τὸ τῆς οἰήσεως ΕΠΙΠΡΟΣΘΕΙΝ ὑμῖν εἰρήκαμεν πάθος. Non igitur nos soli inanem quendam fastum vobis officere diximus.* Ita scribendus et vertendus iste locus. Quod et iampridem vidit Sylburgius. Philoponus apud Suid. v. *Διαφανές. Καὶ αἱ μὲν σφαῖραι διαφανεῖς εἰσι, τὰ ἄστρα δὲ οὐκέτι. ὅθεν καὶ ΕΠΙΠΡΟΣΘΟΥΣΙΝ ἀλλήλοις. Et sphaerae quidem pellucidae sunt; sed astra non item. Quae causa est, vt se inuicem obscurent.* Heraclides Alleg. Hom. p. 427. *Οὐ γὰρ ἀκήρατον φῶς, οὐδ' ἀμιγὲς ἀχλύος μελαίνης ὑφίσταται τὸ τοῦ ἡλίου, νυκτὶ δὲ αὐτὸν ἐθόλωσεν, ὁποία σχεδὸν εἴωθεν ἐν τοῖς λοιμικοῖς πάθεσι ΕΠΙΠΡΟΣΘΕΙΝ τῷ ἡμέρας φέγγει. Neque enim sincerum solis lumen, nec atrae caliginis expertem exhibet, sed nocte quadam obscurat, qualis fere solet pestilentiae tempore diurnum lumen obumbrare.* Strabo lib. 8. p. 534. *Τὸ δὲ Ποσείδειον*

ἄλσος ἐστὶ πρὸς τῇ θαλάττῃ. τούτῳ δὲ ΕΠΙΠΡΟΣΘΕΙ τὸ Σαμικὸν, ὥστε ἐκ θαλάττης μὴ ὁρᾶσθαι. *Neptuni lucus ad mare est, quem ita Samicum abscondit, vt e mari cerni non possit.* Plutarch. in Pericle: Οὕτως ἔοικε πάντῃ χαλεπὸν εἶναι καὶ δυσθήρατον ἱστορίᾳ τἀληθὲς, ὅταν οἱ μὲν ὕστερον γεγονότες τὸν χρόνον ἔχωσιν ΕΠΙΠΡΟΣΘΟΥΝΤΑ τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων. Philo Iud. de Special. Leg. p. 344. Μηδενὸς ΕΠΙΠΡΟΣΘΟΥΝΤΟΣ ἡλίῳ τὸ παράπαν, ἀλλ' ὡς ἐν αἰθρίᾳ καθαρᾷ ὁλοστὸν ἀναφαίνοντι. Ita scribendus iste locus. Hesych. Ὁλοστὸς, ὅλος ὡς ἐστίν. Et notanda vox, nam rarior est. Eleganter Plutarch. de Audit. p. 41. Ὁ μὲν γὰρ Μελάνθιος, ὡς ἔοικε, περὶ τῆς Διογένους τραγῳδίας ἐρωτηθεὶς, οὐκ ἔφη κατιδεῖν αὐτὴν ὑπὸ τῶν ὀνομάτων ΕΠΙΠΡΟΣΘΟΥΜΕΝΗΝ. Quem locum imperite admodum sollicitauit cl. Reiskius. Atque hinc Ἐπιπρόσθησις. *Obtentus. Obtegumentum.* Polybius III. 71. Εἶναι δὲ ΕΠΙΠΡΟΣΘΗΣΕΙΣ ἱκανὰς ἐν τοῖς πλείστοις τόποις. *Esse autem in plurimis locis idonea obtegumenta.* Plutarch. de Consol. ad Apollon. p. 121. Ταῦτα δὲ αὐτοῖς πάντα ΕΠΙΠΡΟΣΘΗΣΙΣ γίνεται, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀμφιάσματα, καὶ τὰ τῶν κοινομένων. Ita scribendus iste locus. Vocem non semel vsurpat Plutarchus. Τουριυs. Iam aliquot annis ante, quam Toupius haec scriberet, Morus idem, quod ille, docuerat in *Libello animaduersionum in Longinum.* Retractat ibi suum aliorumque errorem, omissisque exemplis in thes. Stephani collectis alia profert, et in Plutarchi l. *de audiendo* (opp. mor. p. 30, v. 10. ed. Basil.) item pro ὑποπροσθουμένην restituendum esse ἐπιπροσθουμένην coniicit. Luculenta exempla etiam Budaeus in commentt. Gr. l. col. 444. collecta habet. Ceterum de lectione ipsa huius loci, ἐπιπροσθεῖ, non dubitandum videtur, cum in ed. prima e cod. bono ducta exstet. Ac ceteri quidem codd. quid habeant, nescimus. Sed ex Eliensi, Ambrosiano, tribus Vatt. et Porti libro profertur, quod et Manutius edidit, ἐπίπροσθε: pro ἐπιπρ. τοῦ item e Laurent. ἐπὶ προσθετοῦ. Porti verba in comment. haec sunt: „Ἐπίπροσθε: γίνεται subaudiendum, nisi codex est mendosus: praecurrit, praeit, i. e. rapide fertur. Permanet in metaphora torrentis etc.“ Sed in ed. Crispini ad marg. additum: „γρ. ἐπιπροσθεῖ ἢ ἐπιπροσθέει.“

§. 3. *Διόπερ*] Huius particulae nexus est obscurior. Videtur Longinus statim in mente habuisse id, quod §. 4. demum profert, affectu vehementi et opportuno emolliri metaphorarum multitudinem et audaciam. Itaque postquam dixerat, ira dicentis absconditam fuisse metaphorarum multitudinem, sic pergit: *Quamobrem Aristoteles quidem et Theophr.... Ego etsi haec non repudio, tamen peculiari etiam modo copiam et duritiem metaphorarum statuo molliri, opportuno nempe et vehementi affectu.* Nam et *θυμὸς* ille erat *εὔκαιρον καὶ σφοδρὸν πάθος*.

ὑποτίμησις] Vnus Boilauius recte vertit *excusatio* [*excuse*]. Dio Chrys. Orat. XXXII. p. 390. B. *τῆς δὲ ψυχῆς ἠνδραποδισμένης καὶ ἀπολωλυίας, εἰρωνεύεσθαι καὶ ὑποτιμᾶσθαι.* Aelian. H. A. IV. 43. *ἄνευ τινὸς ὑποτιμήσεως ἐθελοκακούσης, καὶ σκήψεως.* Rationem vocis, paucis cognitam, explicuit T. Hemsterhusius ad Hesych. v. *Ὑποτιμήσεως*, vbi nomen eius operarum negligentia omissum est. Rvhnkenivs. Recte Gabriel, *Etenim EXCVSATIO, inquiunt, remedium est contra nimiam in metaphoris audaciam.* Quocum facit Petrus Paganus. Hesych. *Ὑποτιμήσεως, προφάσεως.* ad quem locum consulendus ὁ πάνυ Hemsterhusius. Arrian. Epictet. III. 4. *Διὰ τοῦτο οὐδὲν παρέβη τῶν πρεπόντων ἀνδρὶ ἀγαθῷ, οὔτ' ἀπολογούμενος, οὔθ' ΥΠΟΤΙΜΩΜΕΝΟΣ. Ἡμεῖς δὲ πάσης ΠΡΟΦΑΣΕΩΣ πρὸς τὸ ἀγεννεῖς εἶναι εὐποροῦμεν.* Ita scribendus iste locus. Quod et recte animaduertit cl. Wolfius. Aelian. Nat. Anim. IV. 43. *Τὸ ἐθελόπονον πάρεστι ΑΠΡΟΦΑΣΙΣΤΩΣ, καὶ ἄνευ τινὸς ΥΠΟΤΙΜΗΣΕΩΣ.* Quem locum, qui illustris est, tangit Ruhnkenius. Tovpivs. Elegantissimum esse h. l. *ὑποτιμήσεως* vsum, non sponte cuique venit in mentem. Itaque praeeunte Moro aliquid de metaphorae fonte adiiciam. Ea ducta est e foro Attico. Nam si causa non erat manifesto capitalis, iudices bis ferebant sententias; primo, vt aut plane absoluerent, aut damnarent; deinde si damnassent reum, vt *constituerent causam*, definirentque v. c. vtrum *ὕβρεως* an *ἀσεβείας* esset reus, vt in Midia factum, apud Demosthenem. Vid. Libanius in arg. illius orationis contra Midiam. In hoc altero iudicio reus interrogabatur, qua poena se ipse afficiendum putaret. Haec *ab ipso reo facta poenae aestimatio* dicebatur *ὑποτί-*

μησις. Vid. Xenoph. Apol. S. §. 23. Iam talibus verbis et formulis, οἱονεὶ, εἰ χρὴ τοῦτον εἰπεῖν τρόπον, orator se ipsum damnat audaciae, et vituperationis poenam sibi irrogat: qua ὑποτιμήσει ἰᾶται τὸ τολμηρὸν h. e. facit, vt auditores, quasi iudices, metaphoram non admodum audacem vel etiam felici audacia laudabilem esse pronuntient. Ex his quiuis, vt opinor, sentit suauitatem metaphorae. Haec suauitas plane perit, si solo *excusationis* verbo vsi fontem metaphorae non demonstramus. Omnino hoc verbum mihi non satisfacit. Aptius videtur *correctio*, quo post Pizimentium Tollius et Pearcius vtuntur.

§. 4. ὅπερ ἔφην κἀπὶ τῶν σχημάτων] Fecit hoc 17, 2. In codd. est κἄπειτα, vnde Pearcius fecerat καὶ ἐπί: sed crasis, quam ego feci, propius accedit: et auctor ea saepe in aliis verbis vtitur, vsusque est in his particulis 38, 3.

περὶ τὸν τοῦ πλήθους ἔλεγχον] Plerique interpretes de ἐλέγχου significatione h. l. incerti duplicem ei vim tribuunt, vt sit 1) *inuestigatio* siue *inquisitio*, 2) et simul *reprehensio*. Ita Tollius, qui vertit: *vt ... ne otium quidem, aut laxamentum examinandae huiusce reprehendendaeque translationum multitudinis permittant.* Sed prima lex est interpretandi, vnius verbi vnam tantum esse eodem loco significationem. Idem iam monui contra virum doctum de v. δεινὸς 29, 1. Rectius ergo hactenus, qui solo *reprehensionis* verbo vertunt, quoniam sibi non repugnant. Sed hoc non conuenit verbo σχολάζειν: non enim otium, sed *indignatio* quaedam et *molestia* e vitio percepta ad reprehendendum permouet. Recte igitur vertit Morus. Ipsius verbi ἐλέγχειν primam et antiquissimam hanc puto esse significationem, *inquirendi* nempe et *inuestigandi* quocunque modo, atque ita etiam *sciscitandi*, *percunctandi*. Exempla praeter alios suppeditat Ernesti ad Callimach. H. in Del. 88. Sed non sunt rara, et sat multa e Xenophonte aliisque λογογράφοις peti possunt. Ergo et ἔλεγχος passim est *inquisitio*, vt Sophocl. Philoct. 99. et Plutarch. de discr. am. et adul. c. 12.

§. 5. παρὰ Ξενοφῶντι] Memor. 1, 4.

τἀνθρωπίνου σκήνους] Vocabulo σκήνους corpus animantis, maximeque hominis, appellari, exemplis co-

piose hic illustrant interpretes. Ita Aeschines Socr. in Axiocho §. 5. Timaeus Locr. p. 566. Aelian. H. A. 5, 3. Paulus 2 Corinth. 5, 1. Petrus 2 ep. 1, 14. Alia etiam loca notauit Dauisius ad Max. Tyr. diss. 8. c. 2.

παρὰ τῷ Πλάτωνι] in Timaeo, Vol. IX. Bipont. p. 386. ss.

Τὴν μὲν κεφαλὴν αὐτοῦ φησιν ἀκρόπολιν, ἰσθμὸν δὲ etc.] Excerpsit Longinus metaphoras e longiore Platonis loco, mutato etiam ordine et verbis pluribus, vt nec Plato e Longino, nec hic rursus e Platone vbique corrigi possit. Morvs.

μεταξὺ τοῦ στήθους] Post *μεταξὺ* secundum Platonis ipsius verba Pearcius inuitis codd. et editt. interponi volebat, interposuitque Morus, *αὐτῆς καί*. Mihi vero locus sine his integer haberi et explicari posse videtur. Nam verba illa (*αὐτῆς καὶ* dico) possunt intelligi. Simillimus est locus apud Maximum Tyr. diss. 8. c. 7. *τὸ δὲ ἐν μέσῳ τοῦ ὄρους χωρίον*, pro *ἐν μ. τοῦ ὄρους καὶ τῆς θαλάττης*, quae verba Marklandus subintelligi iubet, "nisi textui," inquit, "desint." Sed et ipse Longinus simili breuitate 35, 1. dicit: *Ἐπὶ τοῦ Πλάτωνος* pro *Ἐπὶ τοῦ Πλ. καὶ Λυσίου.* Sed et alia in mentem mihi venit explicatio, quae non abhorret a ratione Longini, qui memoriter scriptorum verba repetit, eorumque sensum saepe mutat. Possumus nempe sic interpretari: *isthmum vero* (non ad alterutrum latus, sed) *media in parte* (procurrentem et aequali spatio vtrinque in angustias recedentem) *esse interiectum, angustum* (nempe) *tractum pectori adhaerentem.* Quam late et simplex verbum *οἰκοδομεῖν*, et cum praepositt. compositum, pateat, notum est. Nam de omni constructione vsurpatur, operum etiam, in quibus nulla *οἴκου* notio locum habet: atque ita etiam agger arte humana inter continentem et insulam interiectus dici potest *διῳκοδομῆσθαι.* Deinde *μεταξὺ* absolute positum siue aduerbialiter. Sic genitiuus *τοῦ στήθους* regatur a seq. nomine *αὐχένα*, quod per appositionem iunctum sit antecedenti *ἰσθμόν.* Sed apud Platonem ipsum l. l. *αὐχὴν* simpliciter de *ceruice* adhibetur. Itaque Longinum, satis per se turbantem verba Platonis, nolumus fingere audacius etiam grassantem, prioremque explicationem veram esse statuimus.

γλῶσσαν δὲ γεύσεως δοκίμιον] Est *δοκίμιον* interdum idem, quod *κανὼν*, id, quo vtimur sic, vt *norma* sit *iudicandi.* Dionysius Halic. (T. 2. p. 65, v. 1. ed. Sylb.) vbi de pretio orationi statuendo loquitur, opus esse docet norma, *δεῖ ὥσπερ κανόνα εἶναι, καὶ στάθμην τινὰ, καὶ δοκίμιον,* ne aliorum vel opinione vel auctoritate decepti erremus. Palam est, tria verba, quae eandem rem significent, coniungi. Monuit de hac significatione Wetstenius ad Iacobi 1, 3. et plura collegit exempla. Sed ne duriorem in versione tropum seruarem, *linguam esse normam gustus*, cum Cicerone sic emolliui, *linguam de gustu iudicare.* Morvs.

ἄναμμα δὲ .... κατατεταγμένην] Apud Platonem p. 387. s. verba non multum immutata sic habent: *τὴν δὲ δὴ καρδίαν ἅμα τῶν φλεβῶν, καὶ πηγὴν τοῦ περιφερομένου κατὰ τὰ μέλη σφοδρῶς αἵματος, εἰς τὴν δορυφορικὴν οἴχησιν κατέστησαν.* In his iam Stephanus pro *ἅμα* legendum coniecit *ἅμμα*, quod Manutius Longino dedit. Sed codd., quos nouimus, omnes cum ed. 1. commendant *ἄναμμα.* Portus in verbis Platonis excerptis habet *νᾶμα*, quod et Petra ex ingenio, vt videtur, hic legendum coniecit. Sed hoc denique ego puto verum esse Platonis verbum: et fortasse hoc ipsum Longinus scripsit. Certe qui Platonis locum, allegoria longa insignem, perlegit, facile sentit, cor istic non apte dici *fasciculum* siue *nodum* plexarum inter se venarum. Abhorret enim a reliqua allegoria, in qua corporis partes et motus imaginem bene constituti imperii referunt. Sed *fons* humoris, quem sanguinem appellamus, commodius locum habet: sequitur enim statim, *ἵνα, ὅτε ζέσειε τὸ τοῦ θυμοῦ γένος* (aut *μένος*) etc. quibus significari videtur, restingui sanguine totum corpus permeante nimios cupiditatum calores. Itaque *παράλληλα* sunt *νᾶμα τῶν φλεβῶν* et *πηγὴ τοῦ περιφ. σφ. αἵματος.* Cf. paullo post locum, vbi item *νᾶμα* occurrit.

εἰς τὴν δορυφ. οἴκησιν] Verte *in locum satellitibus conuenientem*, aut cum Pagano, *in praetorianorum militum domo*, vnde scil. in omnes partes subsidium mitti periculoque occurri posset, si quod immineret a *θυμῷ* aut ab *ἐπιθυμίαις.*

διαδρομὰς τῶν πόρων] i. q. *πόρους*, sed periphrasis elegans simul, opinor, significat *quaquauersum directos.*

Sunt autem *πόροι canales* siue, vt vocant, *vasa* omnis generis, maxime tamen venae et arteriae. Nam Plato sic: *τὰς ἀρτηρίας ὀχετοὺς ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἔτεμον.* Male Boilauius *pores,* vt et nostri interpretes, *Schweiſslöcher.*

τῇ τοῦ θυμοῦ ἐπεγέρσει] Manutius, *ἐγέρσει.* Non male. Quocum et facit MS. Vat. Philosophus ad Nicomachum lib. 3. *Πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα ἔοικε σημαίνειν ΤΗΝ ΤΟΥ ΘΥΜΟΥ ΕΓΕΡΣΙΝ.* Tovpivs. Mihi contra videtur *ἐπεγέρσει,* quod ceteri codd. cum ed. 1. hic habent, ap. Platonem reponendum. Nam seditionem mouere *θυμὸς* dicitur aduersus *cor* et alias corporis partes. Manut. fort. e Platonis exemplis praetulit simplex, quod h. l. videtur frigere.

πλεύμονος ἰδέαν] i. q. *πλεύμονα.* Sic paullo post Plato p. 389 s. *ἥπατος ἰδέα.* Latini similiter *formae;* vt Sil. Ital. XV, 86. *formae ferarum,* vbi v. interpretes.

ἄναιμον] e veterum medicorum opinione. Morvs.

ὁποῖον μάλαγμα] *Ad instar malagmatis. Vt malagmatis loco subseruiat.* Atque ita quoque scribendum apud Platonem in Timaeo. Nam *τὸ, ἅλμα μαλακὸν,* quod ibi legitur, ineptissimum est. Rem extra controversiam ponit Alcinous de Doctrin. Platon. cap. 23. *Τὸν πνεύμονα δὲ ἐμηχανήσαντο τῆς καρδίας χάριν μαλακόν τε καὶ ἄναιμον, σηραγγώδη τε καὶ σπόγγῳ παραπλήσιον, ὅπως ἔχῃ ΜΑΛΑΓΜΑ πηδῶσα ἡ καρδία κατὰ τὴν ζέσιν τοῦ θυμοῦ.* Quem locum a viris eruditis non animaduersum fuisse miror. [Imo animaduersus et demonstratus est a Moro, et verba eius quaedam transscripta.] Huc spectat Rufus Ephesius II. 63. *Κατεσκεύασται δὲ ὁ ἐπίπλους, ὡς ἂν τοῖς ἐντέροις εἴη ΜΑΛΑΓΜΑ πρὸς τὴν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὰ σκληρίαν περιτοναίου.* Est autem *μάλαγμα* verbum *τακτικόν.* de quo Casaubonus ad Aeneam. Est et verbum *nauticum.* Hesychius: *Σπεῖραι, σειραὶ, δράγματα. καὶ τὰ ΜΑΛΑΓΜΑΤΑ ΤΩΝ ΝΕΩΝ.* Vbi intelligit lexicographus *funes complicatos,* quos lateribus nauium, cum in portu sunt, appendunt nautae, ne attritu inter se detrimenti quid capiant. Angl. *Fenders.* Interpretes non intellexerunt. *Σύστρεμμα ἐκ σχοινίου* vocat supra Hesychius. Quod perinde est. Huc alludere videtur Plutarchus Sympos. lib. 1. p. 618. *Διΐστημι δὲ καὶ στραγγαλιῶντας, καὶ φιλολοιδόρους, καὶ*

ὀξυθύμους ἀλλήλων, τινὰ παρεντιθεὶς μέσον, ὥσπερ *ΜΑΛΑΓΜΑ* τῆς ἀντιτυπίας. Quod elegantiae singularis est. Tovpivs. Praeclare de μαλάγματι Vir doctus. In Platonis libris obscurum hoc reperitur: οἷον ἅλμα μαλακόν. Pro ὁποῖον autem ego scripsi οἷον. Hoc apud Platonem et in marg. El. scriptum reperitur, idque Manutius illi recte praetulit. In tali comparatione οἷον adhibetur, non ὁποῖον, quod est interrogationis obliquae.

ὡς γυναικωνῖτιν — ὥσπερ ἀνδρωνῖτιν] Significat, puto, Longinus, Platonem ita scripsisse haec quatuor verba; emolliendi scilicet causa his tropis particulas illas praeposuisse. Sed in libris Platonis nunc habemus: διορίζοντες οἷον γυναικῶν, τὴν δὲ ἀνδρῶν χωρὶς οἴκησιν.

τόν γε μὴν σπλῆνα τῶν ἐντὸς μαγειρεῖον] MS. Vat. μαγεῖον. recte. Idem μαγεῖον et ἐκμαγεῖον. Quomodo recte legitur apud Platonem in Timaeo: Οἷον κατόπτρῳ παρεσκευασμένον καὶ ἕτοιμον ἀεὶ παρακείμενον *ΕΚΜΑΓΕΙΟΝ*. Huc respexit Pollux II. 220. Περὶ μέντοι τὴν κοιλίαν κατὰ τὰ λαιὰ ὑπὸ τὸ διάφραγμα ὁ σπλὴν κεῖται, ὃν Πλάτων *ΕΚΜΑΓΕΙΟΝ ΤΟΥ ΗΠΑΤΟΣ* γενέσθαι φησίν. Hinc Damascius in Vit. Isidori apud Phot. Bibl. p. 1064. τοῦ προσώπου *ΕΚΜΑΓΕΙΟΝ* ἡμιτύβιον. vbi inepte interpres, *faciei simulachrum*. Imo, *detersorium*. Schol. in Aristoph. Plut. 729. Ἡμιτύβιον, ἀντὶ τοῦ σουδάριον. ῥάκος ἡμιτριβὲς λινοῦν τι, οἷον ἐκμαγεῖον. Confer Isaac. Vossium ad Catullum p. 96. et cl. Lindan. ad Hesych. v. Ἐκμαγειωθείς. Ceterum huc egregie facit Aristo in Epigram. Anthol. lib. 6. p. 571. Anthol. VI. 306

—— τόν τε *ΜΑΓΗΑ* Suid. Μαγῆα τὸν

Σπόγγον —— ἀπομάσσοντα.

Ita scribendus iste locus ex Suid. v. Μαγῆα. Potuit quidem Longinus, vt verum fatear, memoriae vitio, vt alibi, errasse, atque adeo continuata metaphora scripsisse γυναικωνῖτιν — ἀνδρωνῖτιν — μαγειρεῖον. In locis enim Veterum laudandis parum accurati sunt recentiores. Sed hoc contra mentem Platonis. Tovpivs. Locus Platonis hic est cognoscendus. Dixerat ille de hepate, tamquam vaticiniorum per somnia instrumento, quod quasi speculum imagines ex animo delatas recipiat. Tum p. 392: Ἡ δ᾽ αὖ τοῦ γείτονος αὐτῷ [scil. τῷ ἥπατι] ξύστασις καὶ ἕδρα σπλάγχνου γέγονεν ἐξ ἀριστερᾶς, χάριν ἐκείνου, τοῦ παρέχειν αὐτὸ λαμπρὸν ἀεὶ καὶ καθαρὸν, οἷον κατόπτρῳ

παρεσκευασμένον καὶ ἕτοιμον ἀεὶ παρακείμενον ἐκμαγεῖον. Διὸ δὴ καὶ ὅταν τινὲς ἀκαθαρσίαι γίγνωνται διὰ νόσον σώματος περὶ τὸ ἧπαρ, πάντα ἡ σπληνὸς καθαίρουσα αὐτὰ δέχεται μανότης, ἅτε κοίλου καὶ ἀναίμου ὑφανθέντος. Ὅθεν, πληρούμενος τῶν ἀποκαθαιρομένων, μέγας καὶ ὕπουλος αὐξάνεται· καὶ πάλιν, ὅταν καθαρθῇ τὸ σῶμα, ταπεινούμενος εἰς ταυτὸν ξυνίζει. Longinus necessario, non tam propter Platonis verba, quam propter sua ipsius, *μαγεῖον* (quod est in Vat. 1 et 2. et marg. Vat. 3.) aut *ἐκμαγεῖον* (quod Portus vt e libro suo ponit) scribere debuit. Num ipse potuit, aut quisquam potest, animo effingere culinam, aut locum vnde conducuntur coqui, *turgidum et inflatum sordibus?* Recte igitur Toupius, licet dubitans, posuit *μαγεῖον*, quod et ego sine vlla dubitatione feci. Nam tenendum etiam est, nos hic versari in loco Platonis et in Longino Atticae dictionis studiosissimo. Sed apud Atticos *μαγειρεῖον* non erat *culina*, verum *locus* siue *forum, e quo conducebantur coqui.* Docuit hoc nuper admodum copiose et clare vir de Graecis litteris insigniter meritus Frid. Gvil. Stvrzivs in *libro de dialecto Macedonica et Alexandrina* p. 178 s. Eo magis ridicula fit lectio vulgata. Nam profecto neque Plato neque Longinus cogitare potuit locum publicum, qui turgidus inflaretur sordibus et deinde rursus in angustum contraheretur. Cf. 43, 3. vbi idem v. *μαγειρείου* occurrit.

τὴν σάρκα οἷον τὰ πηδήματα] Emendauimus ad Suidam III. p. 58. *οἷον ΤΑ ΠΙΛΗΜΑΤΑ.* Quae verissima lectio, et Platoni restituenda. Quod et me per literas monuit amicissimus Ruhnkenius. Confer cl. Iungerman. ad Polluc. VII, 171. vbi de hoc loco agit. Opportune Pollux II, 233. *αἱ δὲ σάρκες ΠΙΛΗΜΑ ΜΑΛΑΚΟΝ.* Ad hunc ipsum Platonis locum respexit. Tovpivs. Plato p. 396. ita: *τὴν δὲ σάρκα, προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων, οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα, σώμασι μαλακῶς καὶ πρᾴως ὑπείκουσαν.* In his verba *κτήματα* et *σώμασι* non videntur sana.

νομὴν δὲ σαρκῶν ἔφη τὸ αἷμα] Plato p. 411. ... *ὃ καλοῦμεν αἷμα, νομὴν σαρκῶν καὶ ξύμπαντος τοῦ σώματος.*

ὡς ἐκ τινος νάμ. ... νάματα] Haec non recte ceperunt viri doctissimi. *Αὐλὼν τοῦ σώματος* est *ipsum corpus*. Locus autem ita vertendus est: *Alimenti causa Dii riuulos per corpus duxerunt, canales tanquam in hortis secantes, vt venarum latices, velut e perenni quodam fonte, per corpus foraminosum manarent.* *Ἀραιοῦ ὄντος αὐλῶνος τοῦ σώματος.* *Cum corpus sit foraminosum*, siue *meatibus scateat.* Ista est vis *τοῦ ἀραιοῦ*. Lucian. in Gymnasio: *Καὶ κώλυμα γίνεται μὴ βλάπτεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνέμων, ΑΡΑΙΟΙΣ τότε καὶ ἀνεωγόσι ΤΟΙΣ ΣΩΜΑΣΙΝ ἐμπιπτόντων.* Deinde lego ex Platone, *τὰ τῶν φλεβῶν ῥέοι ΡΕΥΜΑΤΑ.* Dionysius Halicarn. in Veter. Censur. p. 122. *Καθάπερ ἐκ πολλῶν ΝΑΜΑΤΩΝ εἴ τις κομίσας ΡΕΥΜΑ τι, εἰς τὴν ψυχὴν ΜΕΤΟΧΕΤΕΥΣΕΙ.* Quod ad hunc Platonis locum referendum est. Tovpivs. Plato p. 403. *τροφὴν τῷ σώματι ἡμῶν διωχέτευσαν, τέμνοντες οἷον ἐν κήποις ὀχετούς, ἵν᾽ ὥσπερ ἐκ νάματος ἐπιόντος ἄρδοιτο.* Et p. 406 s. *Ὁπόταν ἔσω καὶ ἔξω τῆς ἀναπνοῆς ἰούσης τὸ πῦρ ἐντὸς ξυνημμένον ἕπηται, διαιωρούμενον δὲ ἀεὶ, διὰ τῆς κοιλίας εἰσελθὸν, τὰ σιτία καὶ ποτὰ λάβῃ, τήκει δή· καὶ κατὰ σμικρὰ διαιροῦν διὰ τῶν ἐξόδων, ᾗπερ πορεύεται, διάγον, οἷον ἐκ κρήνης ἐπ᾽ ὀχετοὺς, ἐπὶ τὰς φλέβας ἀντλοῦν αὐτὰ, ῥεῖν, ὥσπερ αὐλῶνος, διὰ τοῦ σώματος τὰ τῶν φλεβῶν ποιεῖ ῥεύματα.*

ἡνίκα δὲ ἡ τελ. etc.] Plato p. 422. fere iisdem verbis; aliis autem idem p. 412. Similis occurrit comparatio, sed verbis multum diuersis, in Max. Tyr. diss. XV. c. 5 s. quam Marklandus quoad sensum sumtam esse statuit e Platonis Timaeo, prout laudatur hic a Longino.

§. 6. *ἀπόχρη δὲ τὰ δεδηλωμένα*] Lege et distingue: *ἀπόχρη δὲ τάδε. Δῆλον μὲν ὡς μεγάλαι.* Rvhnkenivs. Scribe: *Ἀπόχρη δὲ ΤΑΔΕ ΔΗΛΟΥΝ ΜΕΝ, ὡς. Sed haec sufficiunt ostendere.* Dionysius Halicarn. in Epist. secunda ad Ammaeum: *Βούλεται γὰρ ΔΗΛΟΥΝ, ὅτι μεγάλοι γενόμενοι οἱ Ἀθηναῖοι ἀνάγκην παρέσχον τοῦ πολέμου.* Tovpivs. Plusculum audendum puto in tali loco. Sic autem lego: *ἀπόχρη δὲ τάδε. Δῆλον μὲν ἄρα, ὅπως μεγ. τ. φ. εἰσὶν αἱ τροπαὶ, καὶ ὡς ὑψηλοποιαὶ, καὶ ὅτι οἱ παθ.* etc. Verba *ὥστε δεῖξαι*, a Manutio addita post *δεδηλωμένα*, iam excluserunt Pearcius et Morus, vt ad corrigendum excogitata. Cetera sic de-

fendo. Post *Δῆλον μὲν* desideratur *οὖν* aut *ἄρα*. Posterius sub nota tachygraphica latuit, ita vt librarius rudior minusue attentus simplex *α* poneret. Deinde *μεγάλαι τὴν φύσιν* metaphorae dicuntur, quae sunt a rebus grandibus et admirabilibus ductae, quarum explicatio inter sect. 30 et 31. excidit, vt monui ad 32, 1. Deinde proposui *τροπαὶ*, quia vulgatum *τροπικαὶ* sine *λέξεις*, aut eiusmodi substantiuo, tueri locum suum non potest, vt et Morus contra Pearcium monuit. Cum autem notae librariorum non raro etiam plures litteras protulerint, *τροπαὶ* mutari potuit in *τροπικαί*. Nimirum *τροπὴ* etiam dicebatur, qui vsitatius *τρόπος*. Hermogenes *περὶ εὑρεσ. Τομ.* 4. p. 197. ed. Porti, postquam dixit, *τροπὰς* epiphonemati aptas esse, iam de ipsis agens, *Τροπὴ δὲ*, inquit, *ἐστὶ τὸ μὴ ἐξ ὑποκειμένου πράγματος, ἀλλοτρίου δὲ σημαντικὸν ὄνομα θεῖναι, κοινὸν εἶναι δυνάμενον καὶ τοῦ ὑποκειμένου, καὶ τοῦ ἔξωθεν ἐμφαινομένου, ὃ καλεῖται καὶ μεταφορὰ παρὰ τοῖς γραμματικοῖς* etc. Denique *αἱ μεταφοραὶ*, a grammatico illi *τροπαὶ* adscriptum, deinceps inter verba Longini locum cepit.

§. 7. *ὥσπερ τἄλλα π. κ. ἐν λ.*] Lego, *ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα καλὰ τὰ ἐν λόγοις.*

Οὐ γὰρ ῥάδιον] Sequitur Platonis locus celeberrimus, *Οὐ γὰρ ῥάδιον ἐπινοεῖν, ὅτι πόλιν εἶναι δεῖ δίκην κρατῆρος κεκραμένην· οὗ μαινόμενος μὲν οἶνος ἐγκεχυμένος ζεῖ, κολαζόμενος δὲ ὑπὸ νήφοντος ἑτέρου θεοῦ, ἀγαθὸν πόμα καὶ μέτριον ἀπεργάζεται.* Quae in vsum suum conuertit Plutarchus de Aud. Poet. Vol. II. p. 15. et deinde p. 791. *Διὸ καὶ τῶν νέων ἕνεκα δεῖ πολιτεύεσθαι τὸν πρεσβύτην, ἵνα ὃν τρόπον φησὶ Πλάτων ἐπὶ τοῦ μιγνυμένου πρὸς ὕδωρ ἀκράτου, ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΝ θεὸν ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι σωφρονίζεσθαι κολαζόμενον· οὕτως εὐλάβεια γεροντικὴ κεραννυμένη πρὸς ζέουσαν ἐν δήμῳ νεότητα, βακχεύουσαν ὑπὸ δόξης καὶ φιλοτιμίας, ἀφαιρῇ τὸ μανικὸν καὶ λίαν ἄκρατον.* Qui locus insignis est. Tovpivs. Male Schurzfleischius, non inspecto Platonis loco: „Post verba *ὅτι πόλιν εἶναι* abest in mscr. Ambr. vocabulum *δεῖ*, quia videlicet, inquient, sequentis vocis initium eiusdem est soni. Sed equidem malim legere: *Οὐ γὰρ ῥάδιον ἐπινοεῖν, ὅτι φησὶ πόλιν εἶναι δίκην κρατῆρος.*“ Grauius

etiam impingit Pearcius, quoniam verba Platonis non cogitate legerat: locum enim paginamque indicat. „Si notam interrogationis," inquit „post verbum *κεκραμένην* ponamus, non opus erit, vt cum Tollio legamus mox *φασὶν* pro *φησίν*." Quid? an tum verba sequentia non erunt Platonis? Peccauerat sane Tollius simili leuitate, qui sic: „*φησίν:* lege *φασὶν*, scil. obtrectatores Platonis." Sed non isto modo huius error erat cavendus. Iam lectores ipsi iudicent. Verba Platonis (Vol. VIII. Bipont. p. 294.) ita sunt iuncta vicinis: *Ταῦτα γὰρ διὰ λόγου μὲν νόμῳ προστάττειν, μὴ γαμεῖν πλούσιον πλουσίου, μηδὲ πολλὰ δυνάμενον πράττειν ἄλλου τοιούτου· θάττους δὲ ἤθεσι πρὸς βραδυτέρους, καὶ βραδυτέρους πρὸς θάττους ἀναγκάζειν τῇ τῶν γάμων κοινωνίᾳ πορεύεσθαι, πρὸς τῷ γελοῖα εἶναι, καὶ θυμὸν ἀνεγεῖραι πολλοῖς. Οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἐννοεῖν, ὅτι πόλιν εἶναι δεῖ . . . . ἀπεργάζεται. Τοῦτ' οὖν γιγνόμενον ἐν τῇ τῶν παίδων μίξει, διορᾶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, δυνατὸς οὐδείς. Τούτων δὴ χάριν ἐᾶν μὲν νόμῳ τὰ τοιαῦτα ἀναγκαῖον, ἐπᾴδοντα δὲ πείθειν πειρᾶσθαι* etc. Ergo verbum *φησὶν* non est Platonis nec aliorum, sed Longini: neque *Οὐ γὰρ ῥ. ἐννοεῖν* sunt verba criticorum Platonem reprehendentium, sed ipsius Platonis: et patet nihil horum per interrogationem efferri posse. Pro *ἐπινοεῖν* reposui *ἐννοεῖν*, iam editum a Manutio, scriptumque apud Platonem et in marg. codicis Eliensis. Nam *ἐπινοεῖν* est *inuenire*, et suas, non aliorum sententias animo agitare, id quod maiorem nisum aut vim cogitandi postulat: sed *ἐννοεῖν* est *intelligere aliorum dicta*, aut *aliquid animo informare, quod non postulat magnam animi intentionem.*

ποιητοῦ τινος τῷ ὄντι οὐχὶ νήφοντός ἐστι] Pro eo, quod Morus hic interpretatus est, post *τῷ ὄντι* posuit incisum. Sed quamquam ex opinione quorundam philosophorum, maximeque Platonis, poetae omnes, vtpote furore quodam acti, *νήφουσιν* opponi possunt, tamen priores rectius vertisse puto, qui omnia illa in vnam sententiam coniunxerunt, atque ita *νήφοντος* vt adiectiuum retulerunt ad *ποιητοῦ*, non vt substantiuum illi oppositum. Nam, vt alia mittam, non apparet, cur non potius *φιλόσοφος* aut *πεζογράφος* illi opponatur. Quod illa *non sobrio poetae* conuenire dicuntur, id hanc vim

habet, ea non in quouis carmine locum habere, sed tantum in sublimiori, vbi poeta furore quodam vehementiori concitatus dicatur.

§. 8. *Τοῖς τοιούτοις ἐλαττ. ἐπιχ. ὅμως αὐτὸ ὁ Καικίλιος*] Haec est scriptura Codicis Par. ex qua, si minus verum, certe quod intelligi possit, elicimus: *τοῖς τοιούτοις ἐλαττώμασιν ἐπιχειρῶν ὠμότατα ὁ Καικίλιος.* RVHNKENIVS. Manutius, *ὅμως αὐτόθεν ὁ Καικίλιος.* Quocum faciunt MSS. Vat. et Ambros. recte. Vox *αὐτόθεν* Longino familiaris est. Sensus est: *Huiusmodi Platonis lapsus aggressus Caecilius, quamquam reuera non nisi lapsus sunt, nihilominus tamen ausus est propterea Lysiam Platoni anteferre.* Haec mens Longini est. Oratio autem nonnihil elliptica est. Quod optimis scriptoribus solenne. TOVPIVS. Miror, cuius fide Toupius illa, „Quocum faciunt MSS. Vat. et Ambros.," scripserit. E Vatt. enim Zaccagnius nihil de hoc loco notauit, neque Schurzfleischius quidquam ex Ambrosiano: et Gudius in hoc pro *αὐτόθεν ὁ* legi tradit, quod et in ed. 1. reperitur. Quin etiam addendum, quod sero cognoui, in Vat. B. legi: *ὅμως αὐτὸ καὶ Κεκίλιος:* in C. *ὅμως αὐτὸ καὶ ὁ Κεκίλιος.* Itaque Longinum equidem puto scripsisse: *ὁμοίως καὶ αὐτὸς ὁ Καικίλιος.* Secundum hanc opinionem vertas: *Tales lapsus cum et ipse Caecilius* (siue *cum Caecilius quoque*) *similiter* (vt illi, de quibus dixi) *vituperat.* Mori *ὠμῶς* et Ruhnkenii *ὠμότατα* etsi non nimiam seueritatem exprimunt (nam *μᾶλλον μισεῖ* etc. iis satis conveniunt): tamen *ὁμοίως* aeque aptum est, et a librariis saepe cum *ὅμως* permutatur. De verbo *ἐλαττώματος* argutari Toupius videtur. Rectius autem, vt opinor, Morus *ἁμάρτημα* simpliciter interpretatur e sect. 33. Sed tamen si *ἐλαττώματα* sunt *leviora peccata*, siue *παροράματα*, vt post dicuntur, e mente Toupii sic construas: *Τοῖς τοιούτοις, (καίπερ) ἐλαττώμασιν (οὖσιν), ὅμως ἐπιχειρῶν* etc. Et tum *αὐτόθεν*, quod Morus reddit *indidem, ex ipsa illa causa*, et quod Toupius vertit *propterea*, potius reddes *continuo, temere, leui argumento.* Monet hoc vir doctus in Biblioth. Critica Amst. Vol. I. P. III. et multis locis ex Plutarcho hanc particulae significationem illustrat.

ἐν τοῖς ὑπὲρ Λυσίου συγγράμμασιν] *in suis pro Lysia commentationibus.* Laudauit Lysiam prae Platone

Caecilius, vt suspicor, *περὶ τοῦ χαρακτῆρος τῶν ῥητόρων*, cuius libri Suidas meminit in *Καικίλιος*. Nec absonum videtur coniicere, eundem, qui *Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος σύγκρισιν* scripserat, scripsisse etiam *σύγκρισιν Πλάτωνος καὶ Λυσίου*. SCHVREFLEISCHIVS.

ἀκρίτοις] *immoderatis*. Hom. Il. *Γ*, 412. *Ω*, 91. *ἄχος ἄκριτον*, *immensus luctus*, vt omnino, apud poetas saltem, *ἄκριτος* significat *multus*, *copiosus*. MORVS. Si alium scriptorem hic tractaremus, praeferrem, quod Tollius vertit, *periniquis*.

ὑπὸ φιλονεικίας] Quae ista sit *contentio*, nemo interpretum quaesiuit. Aduersus Platonem ipsum ille contendit, id est, acriter et cupide disputauit. Hermogenes *περὶ ἰδεῶν*, *Τομ. β*. p. 378. *Τῷ Πλάτωνι πεποίηται ὁ Σωκράτης ἐνδείξασθαι δεινότητα λόγων τῷ Φαίδρῳ βουλόμενος· καθὸ ἀντιπαρατίθησι τὸν αὐτοῦ τῷ Λυσίου.* De eadem re copiosius narrat Dionysius Halic. in ep. ad Cn. Pompeium p. 126. ed. Sylb. Locus Platonis est Vol. 10. Bipont. p. 297. Post verbum *φιλονεικίας* hic ponunt comma. Id ego sustuli. Si auctor ibi sententiam absolutam voluisset, non posuisset deinceps simplex *οὐδέ*, sed *ἀλλὰ γὰρ οὐδέ*, aut *ἀλλ' οὐδέ*, aut saltem *καὶ οὐδέ*. Sed hoc leue.

τὰ θέματα] *postulata, quibus vsus est, principiorum loco posita.* Sunt quidem h. l. duo: 1) omnis labis expertem esse Lysiam; 2) scriptorem purum a vitiis praeferendum esse Platoni saepe lapso. Sed hae sunt sententiae, quae propter falsa *θέματα* probari non possunt. Continentur illa potius in seqq. et videntur redire ad haec duo: 1) *excellentem scriptorem a vitiis esse immunem; 2) plures scriptoris virtutes praeferendas esse paucioribus alterius virtutibus.*

προφέρει] Primus Pizimentius interpretatus est *praefert*: melius Petra, *producit in medium*; et Paganus, *adducit*. Sed deinceps rursus auctoritate Fabri omnes, *anteponit* vel *praefert*; quam significationem veteres Graeci, quod sciam, ignorarunt. Mihi certe cum videatur ficta, duplicem rationem proponam, nempe vt illud aut vertatur *pronuntiat, liquido statuit*, aut mutetur in *προφέρειν*, quod sit *antecellere*. E priore ratione *προφέρει* communiter pertinet ad *θέματα* et ad *ὡς γὰρ ἀναμάρτ... ῥήτορα*. Habet illa hoc incommodi, quod verba *πολλα-*

χῇ δ, τοῦ Πλάτωνος non necessario pertinent ad sententiam Caecilii, sed possunt continere iudicium ipsius Longini. Posterior ratio, qua litteram ν intercidisse sumo, continuat ellipsin τοῦ τίϑησι aut similis verbi, vt sensus totius loci sit: *Sed hic quidem prae cupiditate ne principia quidem* (ponit) *certa et ab omnibus, vt ipse putat, probanda; oratorem nempe illum* (ponit) *vt liberum ab omni peccato et purum praestare Platoni multis in locis lapso.* Sic extrema, πολλ. δ. τοῦ Πλάτωνος, necessario e persona Caecilii dicuntur. Sed tamen priorem rationem praefero.

τὸ δ' ἦν ἄρα — οὐδὲ ὀλίγου δεῖ] Formula negandi frequens Demostheni, c. Leptin. p. 44. ἔστι δὲ οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχοντα, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ. c. Timocr. p. 435. οὐ προῖκα, ὦ Τιμόκρατες· πόϑεν; οὐδ' ὀλίγου δεῖ. de Coron. p. 523. τὸ δὲ οὐ τοιοῦτόν ἐστι· πόϑεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Tayloro ad Demost. T. II. p. 666. inficetum et molestum videtur, πόϑεν et πολλοῦ γε καὶ δεῖ coniungi. Sed virum doctissimum ratio fefellit. Nam formula totidem verbis occurrit apud Dionys. Halic. V. p. 286. VI. p. 400. Lucian. Pseudol. p. 136. Dion. Cass. XLIV. p. 399. Rvhnkenivs. MS. Paris. τὸ δ' ἦν ἄρα οὐχὶ τοιοῦτον, οὐδὲ ὀλίγου ΔΕΙ. *Quod vtrumque tam a vero alienum est, quam quod maxime.* Et hoc Fabro arrisit. Sed vtraque lectio proba est. Οὐχὶ τοιοῦτον, οὐδὲ ὀλίγου ΔΕΙΝ τοιοῦτον. Quod lectori erudito notandum. Tovpivs. Prior pars formulae rarior occurrit, eoque magis est notanda. Vir doctus in Bibl. Crit. Amst. Vol. I. P. 3. ex Aristide item T. I. p. 314. laudat τὸ δὲ οὐ τοιοῦτον ἄρα ἦν. Semel aut bis ipse legisse videor: sed loca iam reperire non potui. Tota forma ostendit, casu aliquo, cum factum negaretur, quasi in prouerbium abiisse, vt deinceps haec negandi ratio etiam adhiberetur de rebus in facto non positis. In adiecta formula melior est lectio vulgata δεῖν. Cum antecedenti sic cohaeret, vt plenus sensus sit: οὐδὲ οὕτως (sc. ἦν τοιοῦτον), ὥστε ὀλίγου δεῖν. Idem significat Toupius. Ad verbum igitur vertas: *neque parum aberat, quin hoc ita se haberet.* Intelligitur ergo *multum abfuisse.* Recte Morus vno aduerbio *plane* interpretatus est.

SECT. XXXIII.

§. 1. *μέγεθος ἐν ἐνίοις διημαρτημένοις*] Scribe cum Manutio, *διημαρτημένον*. *Sublimitas quae in nonnullis peccat.* Quod elegantius. TOVPIVS. Elegantius quidem hoc est, quia vitam tribuit *μεγέθει*, et quia sic absoluit notionem, vt nihil amplius exspectes, cum in altera lectione adiectiuum aut participium desiderari possit ad *μέγεθος* referendum, quo plane rotunda fiat oratio. Sed et elegans est similia similibus reddere. Respondent autem inter se *μέγ. ἐν ἐνίοις διημαρτημένοις* et *σύμμ. ἐν τοῖς κατορθώμασιν*. Verum auctor minutam elegantiam non sectatur. Ita sufficiebat h. l. dixisse *ἢ τὸ σύμμ. ἐν τοῖς κατορθώμασιν*: et verba (*τὸ*) *ὑγιὲς π. καὶ ἀδιάπτ.* sunt superuacanea et concinnitatem tollunt. Sed tamen ea, vt ad iustam grauitatem necessaria, non abiecit.

ἀδιάπτωτον] Hoc a notione *labendi* atque inde *peccandi*, non a propria verbi *διαπίπτειν* significatione *dilabendi* et *pereundi* ductum esse, idemque valere quod *ἀμώμητον*, *οὐχ ἡμαρτημένον*, copiose Morus ostendit in Libello animaduersionum. Affert in eam rem e Dionysio Thrace *ἀδιάπτωτον προφορὰν*, *recitationem nihil peccantem* s. *vitio vacuam*, ex Eusebio dogmata *ἀδιάπτωτα*, *incorrupta*, et plura, consulique vult Wesselingium ad Diod. Sic. 1, 50.

ἐξ ἅπαντος] quasi *propter omnes causas*, siue *omnino*. Denique grauiter affirmat, vt verti possit *vel maxime* aliisque particulis. Monui breuiter propter haec Porti: „*ἐξ ἅπαντος· ἴσως ἐφ' ἅπαντος.*“ Eo significat, *in omni genere*, *in alia etiam quacunque arte*; et hoc sensu fort. Longinum *ἐφ' ἅπ.* scripsisse. Sed non probabile est, eum simplici particula *καὶ* adiunxisse significationem loci communis, ad quem tractandum digredi nollet.

§. 2. *τὸ γὰρ ἐν παντὶ ἀκριβὲς κίνδυνος σμικρότητος*] Haec vereor vt sana atque incorrupta sint. Robortellus cum MSS. Paris. et Ambros. *κίνδυνοι σμικρότητος*. Lego, *τὸ γὰρ ἐν παντὶ ἀκριβὲς ΚΙΝΔΥΝΕΥΕΙ σμικρότητος*. *Id quod vbique accuratum est, in periculum humilitatis incurrat necesse est. Non longe abest ab eo quod minutum est.* Suidas: *Κινδυνεύει. ἀντὶ τοῦ ἐγγίζει.* Ionas I, 4. apud LXX. *Καὶ τὸ πλοῖον ΕΚΙΝΔΥΝΕΥΕ τοῦ συντριβῆναι.* *And the ship was in danger of being lost.*

Tovpivs. Firmat vulgatum auctoritas Wyttenbachii in Bibl. Crit. Amst. Vol. I. P. III. qui constructionem τοῦ κινδυνεύειν cum gen. in Alexandrino quidem Iudaeo ferendam iudicat, non item in Longino. Mihi etiam sine talis viri auctoritate lectio codicum ferenda videbatur. Nam si κινδυνεύειν est ἐγγίζειν, κίνδυνος est *accessus*. Ad verbum igitur vertere possumus: *Summa in omnibus diligentia est accessus ad humile et minutum.*

παρολιγωρούμενον] *neglectum aliquo modo.* Portvs. Praepositio verbi vtique non negligenda videtur. Puto esse nostrum *daneben, nebenbey*, vt παρολιγωρεῖν sit *inter alia* (siue *inter curas grauiorum rerum*) *negligere.* Sic Plato, praeclare illud dici, τὸ θεῶν εἶναι πάντα πλέα· καὶ μηδέποτε λήθῃ μηδὲ ἀμελείᾳ τῶν κρειττόνων ἡμᾶς παρωλιγωρῆσθαι. Sic παρατρέφεσθαι 9, 14. et παρενεγκεῖν 33, 4.

μήποτε δὲ τοῦτο καὶ ἀναγκ. ᾖ] Verti potest: *ac fortasse necessario consequitur*, etsi venustas dubitationis Atticae ex parte perit. Vid. quae monui ad 30, 1. De re ipsa, quam auctor h. l. per digressionem praeclare tractat, de aestimandis nempe comparandisque inter se magnorum mediocriumque ingeniorum virtutibus et vitiis, recentiores etiam philosophos et rhetores audire possemus. Sed si quis vult praeter Longini sententiam cognoscere intelligentium iudicia, perlectis iis, quae Tollius ex antiquis scriptoribus huc contulit, non multum desiderabit. Loca sunt Cic. Orat. 28. Senecae Ep. 114. Plin. Epp. IX, 26. Quintil. X, 1. Nos vnum Dionysii Halic. locum ex epistola ad Cn. Pompeium transscribemus. Scripserat ad eum Pompeius (p. 128. ed. Sylb.): Ἓν δὲ τοῦτο διϊσχυρίζομαι, ὅτι οὐκ ἔστι μεγάλων ἐπιτυχεῖν ἐν οὐδενὶ τρόπῳ, μὴ τοιαῦτα τολμῶντα καὶ παραβαλλόμενον, ἐν οἷς καὶ σφάλλεσθαί ἐστιν ἀναγκαῖον. Ad hoc respondet Dionysius: Οὐδὲν διαφερόμεθα πρὸς ἀλλήλους. Σύ τε γὰρ ὁμολογεῖς ἀναγκαῖον εἶναι, τὸν ἐπιβαλλόμενον μεγάλοις καὶ σφάλλεσθαί ποτε· ἐγώ τέ φημι, τῆς ὑψηλῆς καὶ μεγαλοπρεποῦς καὶ παρακεκινδυνευμένης φράσεως ἐφιέμενον Πλάτωνα μὴ περὶ πάντα τὰ μέρη κατορθοῦν, πολλοστὴν μέντοι μοῖραν ἔχειν τῶν κατορθουμένων τὰ διαμαρτόμενα ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ καθ' ἓν τοῦτο Πλάτωνά φημι λείπεσθαι Δημοσθένους, ὅτι παρ' ᾧ μὲν ἐκπίπτει ποτὲ τὸ ὕψος τῆς λέξεως τῶν λόγων εἰς τὸ

καινὸν καὶ ἀηθὲς, παρ' ᾧ δὲ οὐδέποτε, ἢ σπανίως γε κομιδῇ. Integra haec excerpere visum, quoniam non sine fructu cum pluribus scriptoris nostri dictis comparari possunt.

§. 3. *τὸ δεύτερον*] Videtur delendum. Morvs. Ego seruandum opinor, quia locus non est eiusmodi, vt aliquis lector, ordinem rerum diligenter persecutus, hoc adscripsisse videatur, et quia nec ante *τὸ πρῶτον*, nec §. 4. *τὸ τρίτον* aut similis nota interpolationis e codd. prolata est. Interpretor autem *minus memorabile*, siue *secundo loco commemorandum.*

§. 4. *καὶ ἥκιστα τοῖς πταίσμασιν ἀρεσκόμενος*] quomodo locutus est Philosophus ad Nicomach. lib. 4. *Καὶ τῷ Σιμωνίδῃ ΟΥΚ ΑΡΕΣΚΟΜΕΝΟΣ.* Tovpivs. Sententia ipsa illustranda est. Constat nempe, nonnullos ipsis vitiis magnorum scriptorum delectari, virtutes eorum minus sentire. Turpia enim, vt Horatius loquitur, decipiunt caecum vitia, aut etiam ipsa delectant. Ab hac cupiditate se abesse significat Longinus. An vero significat, se ista non condonare maioribus eorum virtutibus? Hac sententia ille sibi constaret. Dixerat certe supra 16, 4. exemplo Demosthenis hoc ipsum edoctus, *ὅτι κἀν βακχεύμασι νήφειν ἀναγκαῖον.* Ne longior sim, mihi prior explicatio multo magis placet. Vid. et, si vacat, Quintil. X, 1, 18.

ὅμως δὲ] Distinguo, *ὅμως δὲ . . . . οὐδὲν ἧττον οἶμαι. Etsi lapsibus scriptorum minime delector, nihilo minus tamen censeo.* Tovpivs. Pearcius scilicet verba *ὅμως δὲ . . . . παρενηνεγμένα* signis parentheseos incluserat. T. ergo Mori et priorum distinctionem sequitur.

δι' ἀμέλειαν εἰκῇ που καὶ ὡς ἔτυχεν] En tibi bonam copiam glossarum, quibus librarius verba Longini onerauit. Totum hoc comma spectat ad excusanda et imminuenda magnorum scriptorum vitia: sed tantus verborum strepitus valet potius ad illa augenda grauiterque exagitanda. Nihil profecto desiderares, si breuiter dictum esset *ἢ παροράματα ὑπὸ μεγαλοφ. παρενηνεγμένα:* nec tamen est quod reprehendas additum *τὸ ἀνεπιστάτως*, et comma relatum ad antecedens eo non fit nimis longum. Sed illa cupide priorem locum occupantia faciunt, vt exquisitum hoc verbum maiorisque perspicuitatis causa additum sero accedere nec admitti debere vi-

dealur. Denique grammaticus *ἀνεπιστάτως* explicauerat verbis *δι' ἀμέλειαν*, alius item verbis *εἰκῇ που*, tertius quispiam inepte postremis *ὡς ἔτυχεν*. Haec librarius omnia Longini esse putans e margine istuc transtulit. Vltimum, *ὡς ἔτυχεν*, de rebus, quae apte collocari debebant, temere huc vel illuc coniectis recte adhibetur: sed de vitiis vsurpatum, quibus nullus omnino per se debetur locus, me quidem valde offendit.

ἀνεπιστάτως] i. e. *ἄνευ ἐπιστασίας*, *sine intentione animi.* v. Suidas. Dion. Halic. T. 2. p. 2. v. 37. *ἀνεπιστάτως καὶ ὡς ἔτυχε ῥίπτειν.* Polyb. 10, 44. *ἀνεπιστάτως* legere, de puero, literarum formas non attendente. Modus loquendi ortus est ex illo, *ἐπιστῆσαι τὴν διάνοιαν.* Morvs. Potest igitur etiam verti *aliud agendo*, et Germ. *in der Zerstreuung.*

αἰτίας] Hoc verbum e codd. prolatum ne Manutius quidem mutandum duxit. Sed postea Petra et Fabro auctoribus *ἀρετὰς* pro illo scripserunt editores omnes, praeter Pearcium, qui tamen et ipse *ἀρετὰς* vt verum probat. Ego reuocatum illud interpretabar *causas παροραμάτων*, nempe summum virtutis et laudis studium, vehementesque affectus e *φαντασίαις* ortos. Hae mihi videbantur potiores *causae* maiorique laude dignae, quam illae, propter quas mediocres scriptores rarius peccant, anxia diligentia et animi nihil audentis imbecillitas. Sed iam assentior filio, qui haec mihi misit: „Pro *ἀρετὰς* lege *αἰτίας*. Nam verbum *ψῆφος* suadet, vt hoc amplectamur in re iuridica proprium: *μείζων αἰτία*, *potior causa.* Sic Demosth. or. in Aristocr. p. 645. l. 7. *Πᾶσίν εἰσι πράγμασι καὶ λόγοις δύο προςθῆκαι, ἥ τε τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου· ἃς ἅμα μὲν τὸ αὐτὸ πρᾶγμα οὐδὲν ἂν δύναιτο σχεῖν, ... τὴν ἑτέραν δ' ἕκαστον ΑΙΤΙΑΝ ἔχον δοκιμάζεται· κἂν μὲν τὴν ἄδικον φανῇ, πονηρὸν κρίνεται, ἂν δὲ τὴν δικαίαν, χρηστὸν καὶ καλόν.* Idem Demosthenes ep. II. vbi ab Atheniensibus reditum petit p. 1467. l. 17. *οἶμαι ἐμὲ δεῖν τῆς ὁμοίας τυχεῖν σωτηρίας τοῖς τῶν ὁμοίων αἰτιῶν τετυχηκόσι.* Sensus: *Die überwiegenden Entscheidungsgründe, wenn sie auch bey jenen Schriftstellern nicht überall (oder in jeder Stelle) gleichmässig vertheilt liegen, gewinnen doch die Stimme des Richters, und tragen den Preis davon.*"

δι' ἑνὸς ἑτέρου] Hoc an fortasse pro *δι' ἑτέρου τινὸς* posuit? MORVS. Dubitandi nulla causa erat: *μὴ δι' ἑνὸς ἑτέρου* dictum est per tmesin Moro notissimam, pro *διὰ μηδενὸς ἑτέρου*.

Ἀπολλώνιος ὁ τῶν Ἀργοναυτικῶν ποιητὴς] Robortellus cum MS. Par. *ὁ τοῖς Ἀργοναύταις ποιητής*. Scribendum proculdubio, *ὁ τοὺς Ἀργοναύτας ποιήσας*. *Qui poema de Argonautis scripserat.* Strabo lib. 14. *Διονύσιος ὁ Θρᾷξ, καὶ Ἀπολλώνιος ὁ ΤΟΥΣ ΑΡΓΟΝΑΥΤΑΣ ΠΟΙΗΣΑΣ, Ἀλεξανδρεῖς μὲν, ἐκαλοῦντο δὲ Ῥόδιοι.* TOVPIVS. Magnam veri speciem habet haec coniectura; qua tamen nec ipse Toupius in textu verborum vsus est. Non enim certum habemus, vulgatam lectionem fluxisse ex ingenio Manutii.

Ἆρ' οὖν] Scribe, *Ἆρ' οὖν Ἀπολλώνιος ἂν μᾶλλον ἢ Ὅμηρος ἐθέλοις γενέσθαι; An igitur Apollonius esse malis, quam Homerus?* Nihil verius. Librarii in hisce plurimum peccant. Quae vero sequuntur de Theocrito, nullum locum hic habent, et proinde inducenda sunt. Confer Histoire de l'Acad. Royale des Inscript. et belles Lettres. Tom. IX. p. 330. vbi nonnulla leguntur, quae ad hunc locum illustrandum apprime faciunt. TOVPIVS. Haec sunt minus explorata. Mutatio proposita, qua T. nihil verius esse pronuntiat, nititur forma interrogationis, quae quoniam caret particula negante, videtur absurda: nemo enim est, quin Homerum se malit esse, quam Apollonium. Sed iam alia exempla interrogationis affirmantis sine particula negante notaui 9, 6. med. 26, 2. et 28, 2. et, ni fallor, alio etiam loco de hac re aliquid disputaui. Nempe in rebus certissimis talis interrogandi forma, recedens ab vsu communi, adhibetur. Natura duce leniori sono sic interrogantes vtimur, quia responsum, quale optamus, facile sic elicere videmur, cum in altera forma, quae negationem adiunctam habet, vehementius contendamus, altiorique voce proferamus verba. Moderata ergo voce et blando cum vultu haec si pronuntiamus; neque locus nominum *Ὅμηρος* et *Ἀπολλώνιος* erit mutandus, neque *Ἆρ' οὐχ*, quod Pearcio placebat, pro *Ἆρ' οὖν* erit legendum. Plura dixi ad Xenoph. Mem. III, 2, 1. Verbis Toupio suspectis de Theocrito alii succurrunt ita, vt deinceps etiam addant *ἢ Θεόκριτος*. Tum locus verti potest: *Num igitur hoc po-*

tius optes, vt sis Homerus, an vt Apollonius aut Theocritus? Intelligenter etiam et copiose de hoc loco disputat Hardion in *Memoires de Litterature ... des Inscriptions* etc. T. V. p. 202 ss. Is verba de Theocrito alienum in locum traiecta statuit, et post illa excidisse nomen poetae, quem L. cum illo comparauerit. Quo ordine ille putet singula scripsisse auctorem, ex hac illius interpretatione satis clare cognosci potest. „*En effet, Apollonius, celui qui a composé le poëme des Argonautes, ne tombe jamais. Cependant aimeriez-vous mieux etre Apollonius qu' Homere? et à l' égard du poëme bucolique, il n' y a rien dans Theocrite, qui ne soit heureusement imaginé, si vous en exceptez quelques endroits où le poëte sort du caractere de l' Idylle; tel autre poëte au contraire ne sort jamais de son caractere; mais il n' imagine pas si heureusement. Or je demande si l' on aimeroit mieux etre cet autre poëte que Theocrite? L' Erigone d' Erat.* etc.“ Suspicari etiam licet, nihil esse loco motum, sed post *γενέσθαι* huiusmodi quaedam excidisse: *ἢ καὶ Θεόκριτος μᾶλλον, ἢ .... ὅς, ἄπτωτος ἐν τοῖς ἔξωθεν, ἥκιστα ἐπιτυχὴς εἶναι δοκεῖ ἐν αὐτοῖς τοῖς βουκολικοῖς;* Certe verba, *κἀν τοῖς β.... ἐπιτυχέστατος*, stilo Longini egregie conueniunt: et particula *καὶ* ante *ἄπτωτος ὁ Ἀπ.* alterum aliquod *καὶ* exspectari iubet. Postremo et credibile est, ab auctore non praetermissum fuisse Theocritum, cum excellentissimos in aliis generibus poetas commemorauerit. Nam *ὕψος*, i. e. excellentia et admirabilia dicta, bucolico etiam poetae secundum disciplinam Longini tribui posse, nemo negabit, qui cogitate hunc eius librum legerit. Filius haec misit: „Suspicor, Longinum tale quid scripsisse: *ὁ Μόσχος ἐπιτυχέστατος. Ἆρ' οὖν Ὅμ. ἂν μ. ἢ Ἀπολλώνιος, καὶ Μόσχος ἢ Θεοκρ. ἐθ. γενέσθαι;* Fortasse tamen locus ille *κἀν τ. β.... ἐπιτυχέστατος* est tollendus totus.“ De Apollonio notabile est h. l. iudicium Mori, qui *τὸ ἄπτωτον* per partes breuiter persecutus nihil aliud in hoc poeta requirit, quam paulo plus vbertatis ad varietatem et copiam, facilitatisque ad suauitatem minusque studium elegantis et exquisitae dictionis.

πλὴν ὀλ. τῶν ἔξωθεν] Sunt in carmine bucolico *τὰ ἔξωθεν*, locus, occasio, initia colloquii, descriptiones donorum aut praemiorum, de quibus pastores certant.

Atque ex hoc genere ille error est (Id. 1, 36.), quem fere post Casaubonum, nescio an temere, reprehensum vidi. Morus.

§. 5. *Ἐρατοσθένης*] Homo apprime doctus, qui permulta scripsit versibus et prosa oratione, quae Galius recenset in Praef. ad Opuscula mythica. Sed vnus eius libellus, *Καταστερισμοὶ* inscriptus, ad nostram aetatem peruenit. Fabulam de Erigone narrat Hyginus f. 130.

πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα] Copulam alii plane negligunt, alii perperam vrgent, vt Petra, qui sic vertit: *multa, et quidem haud ita bene disposita.* Sed recte Pearcius: *multa etiam.* Ellipticum enim est, pro *inter pleraque feliciter excogitata et e rebus ipsis nata* e t i a m *aliena* etc. *Ἀνοικονόμητα* sunt *res, quibus omnino nullus locus in opere assignari debeat, siue quas omnino cum reliqua materia in aedificium insumi non conueniat.* Ducta esse videtur metaphora a descriptione partium aedificii. Cf. *συνοικονομούμενα* sect. 10. extr.

κἀκεῖνα τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ὁρμῇ] MSS. meliores cum Manutio non agnoscunt illud *ὁρμῇ*. Recte. Est enim nihil aliud quam interpretamentum *τοῦ ἐμβολῇ*. Hesychius: *Ἐμβολὴν, ὁρμήν.* Quare locus ita rescribendus est: *Κἀκεῖνα τῇ ἐμβολῇ τοῦ δαιμονίου πνεύματος, ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον. Idque impetu diuini spiritus, quem legi subiicere difficile est.* Noster sect. 27. *Καὶ ἔστι τὸ τοιοῦτον εἶδος ΕΜΒΟΛΗ ΤΙΣ ΠΑΘΟΥΣ.* Plutarchus, quem saepius imitatur Longinus, de Placit. Philosoph. IV, 16. *Ἀλκμαίων ἀκούειν ἡμᾶς τῷ κενῷ τῷ ἐντὸς τοῦ ὠτός· τοῦτο γὰρ εἶναι τὸ διηχοῦν κατὰ ΤΗΝ ΤΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ ΕΜΒΟΛΗΝ.* Tovpivs. Probat hoc idem Morus. Itaque scriptum a Toupio seruaui; non tamen sine dubitatione. Aliam emendationem proposuerat Schurzfleischius, qui et ipse *ὁρμῇ*, vt e glossa ortum, eiici volebat, primum autem *κἀκεῖνα*, pro quo in Ambr. est *κἀκείνῃ* (aut *κακείνη*), mutari in *κατακινήσει*. Filius hoc coniicit: *παρασύροντος καὶ κινοῦντος ἐξ ἐμβολῆς τοῦ δαιμ. πνεύματος, ἣν* etc. Bene vterque damnat *κἀκεῖνα*, quod mihi omnino insolens videtur pro *καὶ ταῦτα*, (*et quidem*), et hic tardam facere orationem.

σβέννυνται ... πίπτουσιν] Iidem tropi coniuncti 21, 1.

ἀλόγως] Idem est, quod *ἀλογιστὶ, ἀφροντίστως*, aut §. 4. *ἀνεπιστάτως*. Cf. Harpocratio et Suidas in *ἀλογία*. Morvs. Recte. Nam hoc aduerbium et similia sic vsurpantur, vt notio *temeritatis*, quae inest, non referatur ad verbum, sed ad subiectum. Ita Xenoph. *K. Π.* I, 6, 40. *ἐξέπληττες αὐτὸν* (*τὸν λαγῶ*), *ὥστε ἀφρόνως ἁλίσκεσθαι.*

τὰ Ἴωνος ἀντιτιμήσαιτο ἑξῆς] Vox excidit. Legendum, *ΕΝΟΣ δράματος τοῦ Οἰδίποδος ΕΙΣ ΤΑΥΤΟ συνθεὶς τὰ Ἴωνος ΑΠΑΝΤΑ ἀντιτιμήσαιτο ἑξῆς*. *Nemo profecto, qui sapit, vniuersa simul Ionis opera eum vna Sophoclis fabula Oedipo comparauerit.* *Τὰ Ἴωνος ἅπαντα ἑξῆς*. *Vniuersa simul Ionis opera.* *Tous les ouvrages d'Ion ensemble.* vt recte Boilauius. Est autem haec formula loquendi vsitatissima. Noster sect. 4. *τὰς ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΞΗΣ κόρας*. Idem sect. 9. *Πλὴν ἐν ΑΠΑΣΙ τούτοις ΕΞΗΣ*. Idem sect. 34. *ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΞΗΣ τῶν προειρημένων κατὰ τὸ πλέον ἄμοιρος.* Ceterum de Ione atque eius scriptis, quae plurima erant, copiosissime atque elegantissime pro more disseruit Bentleius ὁ πάνυ ad Malelam. Confer, si tanti est, et quae nos scripsimus in Epist. Critic. p. 104. Tovpivs. Locis a Toupio de *ἑξῆς* indicatis addo 34, 2. et Fragm. 7 init. Occurrit et Max. Tyr. diss. 33. c. 2. Non audiendus ergo Tollius, qui in notis Francogall. ad vers. Boilauii *ἐξ ἴσης* h. l. legendum statuit.

SECT. XXXIV.

§. 1. *τῷ ἀληθεῖ*] i. e. *re et veritate ipsa*, vt bene iam Petra vertit, siue *vera virtutum* (*κατορθωμάτων*) *ratione*. Nostri dicant: *ihrer natürlichen Beschaffenheit nach.* Sic *ἀλήθεια* 10, 1. *res ipsa* et *ἀληθὴς rei* siue *naturae conueniens*. Xenoph. Cyri disc. I, 2, 10. et alibi. Etiam Latini *verum* et *veritas* similiter vsurpant. Qui ergo quaerit, *quomodo comparatae sint virtutes* alicuius scriptoris, is quaerit *τὸ ἀληθὲς τῶν κατορθωμάτων*. Itaque *τὸ μέγεθος* potest esse attributum *τοῦ ἀληθοῦς*. Nequaquam igitur *ἀληθεῖ* propter 35, 1. et similia loca mutandum in *μεγέθει*, quod faciendum censebat Pearcius, probante etiam Moro.

πολυφωνότερος] Auium est *πολυφωνία*, varios sonos percurrentium, apud Diod. Sic. 2, 55. Itaque *πολύφωνος* scriptor, qualem Dion. Hal. T. 2. p. 15. v. 3. Homerum adpellat, varietate compositionis atque numeri orationem reddit suauem. Similiter *μίξις καὶ πολυμορφία τῶν φθόγγων*, 39, 3. Adparet ergo, quo modo Clemens Alex. Protrept. p. 7. Christum dixerit *πολύφωνον καὶ πολύτροπον εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν*, *qui in docendo in omnes partes se versauit, vt hominibus consuleret.* Morvs.

ὡς ὁ πένταθλος, ὥστε etc.] MS. Par. *ὡς γε λείπεσθαι.* Scribendum cum Manutio, *ὅς γε λείπεται.* Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. IV, 36. *Πᾶσι τοῖς πολίταις, ΩΣ πατὴρ πρᾷος υἱοῖς αὐτοῦ, χρώμενος, ΟΣ ΓΕ καὶ τὴν ἐξουσίαν, ἣν ὑμεῖς ἐδώκατέ μοι, οὐχ ἅπασαν ἐβουλόμην ἔχειν.* Lysias cont. Agorat. p. 253. *Καίτοι εἰ ἐκεῖνος ἀπέθανεν, ἦ που Ἀγόρατός γε δικαίως ἀποθανεῖται, ΟΣ ΓΕ τόν τε Μενέστρατον ἀπογράψας, αἴτιος ἐκείνῳ ἐστὶ τοῦ θανάτου.* Ita scribendum. Vulgo male legitur, *ὥστε.* Ceterum Hyperidem hic comparat Longinus pentathlo, qui licet summis athletis, in suo cuique genere, par non sit, *δευτερεύει* tamen, siue secundas in singulis facile obtinet, atque adeo ceteros athletas nullo negotio superat. Pentathlus enim cedit cursori, qua cursor, sed tamen eundem cursorem, in quouis alio certamine, vtpote *ἰδιώτην*, longe post se relinquit. Haec mens Longini est, quam non male expressit Gabriel de Petra, non pessimus rhetoris nostri Interpres. Confer Platonem in dialogo, qui *Ἐρασταὶ* siue *περὶ φιλοσοφίας* inscribitur, vnde haec quodammodo mutuatus est Noster, quod et dudum vidit Tanaquillus Faber. Eadem quoque similitudine vtitur Anonymus apud Photium in vit. Pythag. §. 15. *Ὥσπερ ὁ πένταθλος πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις ἐν ἑκάστῃ ἥττων ἐστὶ τοῦ ἕν τι ἐπιτηδεύοντος τῶν ἀθλημάτων· οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος πάσας ἔχων τὰς δυνάμεις ἐν ἑκάστῃ λείπεται.* Elegantissime Synesius Epist. 148. *Ἡμῖν δὲ ἡ χώρα καὶ τοῦτ' ἔστι ΤΟ ΕΚ ΔΕΥΤΕΡΩΝ ΠΡΩΤΕΙΟΝ.* Tovpivs. Verba Platonis in *Ἐρασταῖς* (Vol. II. p. 37.) sunt: *Ἐννοῶ, ἔφην, οἷον λέγεις τὸν φιλόσοφον ἄνδρα. Δοκεῖς γάρ μοι λέγειν, οἷον* (s. *οἷοι*) *ἐν τῇ ἀγωνίᾳ εἰσὶν οἱ πένταθλοι πρὸς τοὺς δρομέας, ἢ τοὺς πελταστάς. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τούτων μὲν λείπονται κατὰ τὰ τούτων ἆθλα, καὶ δεύτεροί εἰσι πρὸς τούτους· τῶν δὲ*

ἄλλων ἀθλητῶν πρῶτοι, καὶ νικῶσιν αὐτούς. Τάχ' ἂν ἴσως τοιοῦτόν τι λέγεις καὶ τὸ φιλοσοφεῖν ἀπεργάζεσθαι τοὺς ἐπιτηδεύοντας τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα· τῶν μὲν πρώτων εἰς ξύνεσιν περὶ τὰς τέχνας ἐλλείπεσθαι, τὰ δευτερεῖα δ' ἔχοντας τῶν ἄλλων περιεῖναι, καὶ οὕτω γίγνεσθαι περὶ πάντα ὕπακρόν τινα ἄνδρα τὸν πεφιλοσοφηκότα.

τῶν ἰδιωτῶν] Longinus quidem ob oculos habuit Platonem Theag. p. 6. B. veruntamen rem suo extulit modo, vt frustra Tan. Faber eius verba in sensum, quem Platonica habent, torqueat, et inauditam vocis *ἰδιώτης* notionem confingat. *Ἰδιώτης* est *artis expers*, opponiturque *artifici*. Sic Plato Protag. p. 200. D. *ἰδιώτας* opponit *αὐληταῖς*. Polit. III. p. 433. D. *ἰατροῖς*. Xenophon Cyrop. I. p. 24. B. *ἀγωνισταῖς*, vt hoc loco Longinus. Iterum Xenophon Hieron. p. 909. et Pausan. VI, 1. *ἀθληταῖς*. Porphyr. de Abst. An. I. §. 47. *γυμνασταῖς*. vbi vocis vim minus ceperunt viri eruditi. Vide Kuhnium ad Pausan. l. c. et Hemsterhus. ad Lucian. Necyom. p. 484. RVHNKENIVS.

§. 2. *ἐκ περιττοῦ*] Recte Gabriel, *Lysiacas insuper virtutes veneresque adiecit.* Quod Graeci *ἐκ περιττοῦ*, Latini *insuper* siue *ex abundanti* vocant. Nos Angli, *over and above.* Glossae Vet. *Ἐκ περιττοῦ, Insuper, amplius, ex abundanti.* Laertius in Zenone: *ΕΚ ΠΕΡΙΤΤΟΥ δὲ τῆς ὁρμῆς τοῖς ζώοις ἐπιγενομένης, ᾗ συγχρώμενα πορεύεται πρὸς τὰ οἰκεῖα.* Deinde lego, *Καὶ γὰρ μαλακίζεται, ἔνθα χρή. Mollescit* siue *de impetu suo remittit, vbi opus est.* Noster sect. 8. *Οὐδὲν οὕτως, ὡς τὸ γενναῖον πάθος, ΕΝΘΑ ΧΡΗ, μεγαλήγορον.* Recte autem et eleganter, *μαλακίζεται.* Iosephus de Bell. Iud. IV, 9. *Ἔνθα δὴ τὰς μὲν προβολὰς ὀκνηροτέρας ἐποιεῖτο ὁ Σίμων, ΜΑΛΑΚΙΖΟΜΕΝΩΝ αὐτῷ τῶν πλειόνων. Itaque tunc Simon segnius quidem ferebatur ad impressiones faciendas, quod suorum plerique de impetu suo remitterent.* Hinc *μαλακώτερον γράφειν*, et *μαλακώτερος ἐν τοῖς λόγοις.* Dionys. Halic. in Demosth. *Τὸ δὲ τῆς λέξεως λεῖον καὶ ΜΑΛΑΚΟΝ αἰτιῶμαι.* Idem in Lysia: *Ἐν μὲν δὴ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις ΜΑΛΑΚΩΤΕΡΟΣ.* Socrat. Epist. Allatii p. 67. *Ὑπὲρ ἐνίων δὲ διὰ τὴν ἡλικίαν ὁμολογῶν ΜΑΛΑΚΩΤΕΡΟΝ ΓΡΑΦΕΙΝ, συγγνώμης ἄξιοι τυχεῖν.* TOVPIVS. Ante omnia de lectione quaerendum erat. Nam *μαλακίζεται* videtur a Manutio exco-

gitatum. Pro eo MS. Par. et Vat. 2 et 3. et Laurent. habent *λαλεύματα*; Ambr. et ed. 1. *λακεύματα*. Prius illud Tollius inde ortum putabat, quod quis ad *μαλακίζεται* interpretandi causa adscripserit *λαλεῖ μετ' ἀφελείας*: nam et ipse *ἀφελείας* verbum statuit esse alienum. Quid si contra Longini defendamus esse hoc *λαλεῖ μετ' ἀφελείας*? Codices id velle videntur, et certe genus dicendi valde submissum plane exprimit. Sed tamen *μαλακίζεται*, vt non ineptum, tuli: *τὸ ἀφελείας* autem nihil est cur eiiciatur.

οὐ πάντα ἑξῆς καὶ μονοτόνως] Ambr. (secundum Schurzfl.) habet *οὐ πάντα ἑξῆς μονοτ.* Sed Vat. 2 et 3. El., ed. 1. et Manut. habent *καὶ* post *ἑξῆς*: Crisp. autem et Manol. idem ante *ἑξῆς*. E Parisino cod. hic nihil notatum reperi. Tollius et Hudson hanc particulam *καὶ* tolli volebant: ego seruaui vt non incommodam et paene necessariam. Dixerat enim Longinus, Hyperidem omnia Demosthenis bona habere. Inde cum quis existimare possit, eum etiam graviter omnia et cum vehementia quadam aequabili efferre, hoc addit, eum non vim *etiam* aequabilem per omnia adhibere. Cf. 12, 4. et not. ad 36, 4. Quid *πάντα ἑξῆς* sint, dictum est ad sect. 33 extr. Nam inepte Pearcius *ἑξῆς* a verbo *πάντα* disiungit, vertitque *seriatim*, quod neque Latinum est neque clarum. Sensus est: *neque omnia omnino aequabili etiam intentione, vt Demosthenes, eloquitur.*

τό τε ἦθ. . . ἐφηδυνόμενον] Optime expressit Cicero in Bruto: *Hic primus inflexit orationem, et eam* MOLLEM *teneramque reddidit: et* SVAVIS, *sicut fuit, videri maluit, quam grauis; sed* SVAVITATE *ea, quae perfunderet animos, non perfringeret.* TOVPIVS. Haec in Ciceronis Bruto c. 9. non de Hyperide, sed de Demetrio Phalereo dicuntur. Ergo tantum accommodari possunt ad haec Longini cum eleganti circumlocutione efferenda. Iam addendum, quod magis ad rem pertinet, Tollium non sine causa verba *λιτῶς ἐφηδ.* pro glossemate habuisse; Morum contra, quod minus probes, prius illud *μετὰ γλ. ἡδύ*. Hoc certe quiuis non plane obtusus sentit, *ἡδὺ* cum *ἐφηδυνόμενον* stare non posse. Possis igitur *ἡδὺ* vt temere illatum delere. Sed ne hoc quidem probabilius, quam illud Tollii. Porti coniectura mihi tenebras offundit. Is breuiter, vt solet: *Μετά*: *Ἴσως*,

καὶ τὸ μετὰ γλυκύτητος ἡδύ. Denique, vt nunc est, assentior Tollio.

ἄφατοί τε περὶ αὐτὸν εἰσιν ἀστεϊσμοί] Hanc vrbanitatem Lysiae quoque tribuit Dionys. Halicar. in Censur. Vet. p. 70. καὶ κομψὸς καὶ ἀληθὴς, καὶ τῷ ἀστεϊσμῷ εὔχαρις. sic enim refingimus, quod vulgo circumfertur: καὶ τῶν Ἀττικισμῶν εὔχαρις. Contra alii Rhetores apud eundem Dionysium in Demost. p. 196. requirebant τοὺς ἀστεϊσμοὺς ἐν τοῖς Δημοσθένους λόγοις. Eunapius in Liban. p. 173. e correctione H. Valesii, Emend. III, 19. οἱ Συροφοίνικες ἔχουσι κατὰ τὴν κοινὴν ἔντευξιν ἡδὺ καὶ κεχαρισμένον — οἱ μὲν οὖν Ἀττικοὶ μυκτῆρα καὶ ἀστεϊσμὸν αὐτὸ καλοῦσι. qui locus imprimis ad rem pertinet. Saepe vox ἀστεϊσμὸς abiit in Ἀττικισμὸς, tanquam apud Donatum in Terent. Eunuch. II, 3, 50. vt vidit Richardus Bentleius. Eadem commutatio facta est in Alciphron. II, 4. p. 248. καὶ ἀτρέμα δι' ὑπονοιῶν Αἰγυπτίοις θέλων Ἀττικισμοῖς σε διατωθάζειν. Repone, ἀστεϊσμοῖς: vt etiam coniecerat is, cuius acumen nulla menda fallebat, T. Hemsterhusius. Sic alibi confunduntur ἀστικὸς et Ἀττικός. Athenaeus XIII. p. 577. E. ἦν δὲ ἡ Λαμία σφόδρα εὔθικτος καὶ Ἀττικὴ πρὸς τὰς ἀποκρίσεις. vbi H. Stephanus Ind. Thes. Ἀττικὴ capit pro *dicax, lepida.* Male. Nam Ἀττικὸς simpliciter non dicitur *facetus,* sed *Atticis peculiaris*, vt χάρις Ἀττικὴ, ῥήτωρ Ἀττικὸς etc. Legendum ἀστικὴ, quod ipse Athenaeus p. 578. E. confirmat: ἦν καὶ ἀστεία τις ἀποκρίνασθαι. et p. 585. B. ἐμμελὴς ἦν πάνυ ἡ Γνάθαινα, καὶ οὐκ ἀνάστειος φθέγξασθαι. Eadem corruptela in Diogen. Laert. V, 86. ὑπέρογκος ἦν τὸ σχῆμα, ὥστε αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν πομπικὸν καλεῖσθαι. Scribendum: ὑπὸ τῶν ἀστικῶν. pro quo alii Scriptores, quos laudat elegantissimus Piersonus ad Moerid. Atticist. p. 74. dicunt: ὑπὸ τῶν ἀστεϊζομένων. Forte ἀστικὸς etiam reuocandum in Alciphrone III, 43. p. 368. ἀνάπαιστα εὔκροτα ἐπιλέγοντες αὐτῷ, σκωμμάτων ἀλυκῶν καὶ αὐτοχαρίτων Ἀττικῶν αἱμυλίας γέμοντα. Legerim partim de coniectura, partim fide MS. Regii: ἀνάπαιστα εὔκροτα ἐπιλέγοντες αὐτοσκωμμάτων ἀστικῶν καὶ αὐτοχαρίτων Ἀττικῶν καὶ αἱμυλίας γέμοντα. Ammonius quidem p. 26. distinguit ἀστεῖος et ἀστικός. Sed promiscue dici multis exemplis certum est. Lex. Sangerm. MS. Ἀστεῖος καὶ Ἀστικὸς διττῶς. Μένανδρος· προποιή-

σεις ἀστικὸν σαυτόν. πάλιν Ἀλκαῖος Πασιφάῃ· νοῦν γένοιτ' ἀστεῖος οἰκῶν ἐν πόλει, quam glossam aliis corrigendam relinquo. Liceat his vnum et alterum locum addere, vbi Ἀττικὸς et ἀστικὸς, etsi alia potestate posita, tamen eodem errore permutata reperiuntur. Alciphron III, 25. p. 332. σὺ δὲ ὑμῖν μειρακιον Ἀττικὸν ἀνεφάνης. Repone ἀστικόν. Nam rusticus Atticus, siue in regione Attica natus, Athenis natum non Ἀττικὸν, sed ἀστικὸν, appellat. Sic III, 1. p. 274. ἀστικὸς ἔφηβος. et III, 71. p. 448. ἀστικὰ μειράκια. At rectissime legitur III, 58. p. 420. οὐ γάρ ἐστι τῶν Ἀττικῶν τούτων εἷς τῶν χαύνων μειρακίων, quod Ἀττικὰ μειράκια ibi opponuntur militi, qui Ἠλιεὺς dicitur in editionibus vulgatis, Μαλιεὺς in MS. Regio. Satis de hoc loco. Apud eundem III, 11. p. 304. scripti editique libri sic habent: οὐ σωφρονεῖς, ὦ γύναι, ἀλλ' ἁμιλλᾷ ἐν ταῖς Ἀττικαῖς ταυταισὶ ταῖς ὑπὸ τρυφῆς διαῤῥεούσαις. Erit fortasse, qui hanc scripturam seruandam putet, quod veteres Grammatici docent, feminas Athenis natas non Ἀθηναίας, sed Ἀττικὰς vocatas esse, ne nomen Deae cum mortalibus communicaretur. Vide Suidam v. Ἀθηναίαν, et ibi Kusterum. Ego vero non dubito, quin Alciphron hic quoque, vbi mulierem *rusticam* diserte opponit *vrbanis*, scripserit: ἀλλὰ ἁμιλλᾷ ταῖς ἀστικαῖς ταυταισί. Eadem de causa III, 70. p. 444. Ἀττικῆς στωμυλίας, quod alibi recte dicitur, commutandum in ἀστικῆς στωμυλίας. Nam *dicacitas vrbana* opponitur *rusticae simplicitati*. Ad hanc normam ei, qui animum attenderit, facile erit, alia aliorum loca, in quibus idem error est, corrigere. Rvhnken.

μυκτὴρ πολιτικώτατος, εὐγένεια] Similiter Plutarch. de Herodot. Malign. p. 860. E. εὔρυθμός τε καὶ πολιτικὸς ὁ μυκτὴρ τοῦ συγγραφέως. Quibus locis πολιτικὸν non intelligo *ciuilem* vel *forensem*, sed *lepidum*, *vrbanum*, ἀστεῖον. Hesychius: Πολιτικός. ἀστεῖος μετὰ τέχνης τινός. Polyb. Excerpt. Peiresc. p. 117. ἐν μὲν ταῖς ὁμιλίαις εὔχαρις καὶ πρόχειρος ἦν, παρά τε τὰς συνουσίας εὐτράπελος καὶ πολιτικός. Vide Pierson. ad Moer. Attic. p. 75. Ἀττικὸν μυκτῆρα dicit Lucianus Prometh. p. 24. Pro εὐγένεια, quod merito suspectum habet Fr. Portus, legendum ἐμμέλεια. Sic enim dicitur *lepos et venustas in iocando*. Plato Theaet. p. 127. F. Θαλῆν Θρᾷττά τις ἐμμελὴς καὶ χαρίεσσα θεραπαινὶς ἀποσκώ-

ψαι λέγεται. quem locum imitatur Plutarch. Tom. II. p. 456. A. p. 544. A. et p. 633. A. Aristoteles Nicom. IV. p. 75. οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες, εὐτράπελοι προσαγορεύονται. Hermias Commentario MS. in Platonis Phaedrum: οὐ γὰρ τῆς ἐμμελείας καὶ εἰρωνείας ἦν Σωκράτους. Rvhnkenivs. Secutus est, vt solet, Noster Plutarchum suum de Herodoti Malign. p. 860. *Εὔρυθμός τε καὶ ΠΟΛΙΤΙΚΟΣ Ο ΜΥΚΤΗΡ τοῦ συγγραφέως, εἰς Κᾶρας ὥσπερ εἰς κόρακας ἀποδιοπομπουμένου τὸν Ἰσαγόραν.* Vocem autem εὐγένεια frustra suspectam habuerunt viri eruditi. Photius in Bibl. p. 525. *Καὶ ἡ λέξις δὲ αὐτῷ καὶ ἡ συνθήκη τῆς Ἀττικῆς ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ οὐ φεύγει τὰς γονάς. Dictio autem eius atque adeo ipsa compositio natiuam Atticam elegantiam sapit.* Optime Quintilian. X. 1. *At Messala nitidus et candidus, et quodammodo prae se ferens in dicendo* NOBILITATEM SVAM. Tovpivs.

τὸ κατὰ τὰς εἰρωνείας εὐπάλαιστρον] Ita recte exhibet MS. Vat. Aliud est εὐπάλαιστρος, aliud εὐπάλαιστος. *Εὐπάλαιστος* est *qui facile vincitur.* Epicharmus apud Laertium in Platone:

Δυσπάλαιστος αὐτὸς ἄλλους εὐπαλαίστους ἀποφανεῖ.
Inuictus ipse alios facile superabit.

Ita scribendus iste versus, metro iubente. *Εὐπάλαιστρος* est *palaestrae peritus.* cui opponitur *Ἀπάλαιστρος.* Hesychius: *Κυπρία πάλη. ἣν ἔνιοι πάμμαχον καλοῦσιν, οἱ δὲ ἄγροικον καὶ ΑΠΑΛΑΙΣΤΡΟΝ, διὰ τὸ τοὺς ἐν Κύπρῳ ἀτέχνως παλαίειν.* Cicero Orator. ad M. Brutum: *Itaque qualis eorum motus,* quos ἀπαλαίστρους Graeci vocant, *talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias.* Quintilian. IX. 4. *Id quod Cicero optime vidit, atque testatur frequenter, se quod numerosum sit quaerere: vt magis non ἄρρυθμον, quod esset inscitum et agreste, quam εὔρυθμον* (scribe, ἔρρυθμον) *quod poeticum est, esse compositionem velit: sicut etiam quos palaestritas esse nolumus,* PERITOS TAMEN PALAESTRAE *esse volumus, non ἀπαλαίστρους.* Vocem vsurpat Meleager apud Reisk. Miscell. Lips. IX. p. 473. nec non Strato in Epigrammate:

Ἀλλ' οὐκ ὢν ΑΠΑΛΑΙΣΤΡΟΣ ὁ δεσπόσυνος προσέειπε,
Παῦσαι· πνιγίζεις, φησὶ, τὸ παιδάριον.

Ita scribendus iste locus, de quo nos ad Theocrit. V. 90. Tovpivs.

σκώμματα οὐκ ἄμουσα etc.] Legendum: *σκώμματα οὐκ ἄμουσα, οὐδ' ἀναγωγα, ἀλλὰ, κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς ἐκείνους, ἐπιεικῆ.* Particulam *ἀλλὰ* transponendam esse, Tollius quoque vidit. At qui sunt *Ἀττικοὶ ἐκεῖνοι?* Lysias, Plato, et Socratici omnes, veteres denique Comici, quorum iocis nihil fingi potest venustius. Scio, Aristotelem Nicom. IV. p. 75. Plutarchum in Compar. Aristophanis et Menandri, et Tom. II. p. 711. item Artemidorum I. 58. p. 50. antiquae Comoediae iocos illiberales, nouae liberales tribuisse. Sed non omnium idem sensus fuit, idem iudicium. Plato quidem quanti Aristophanem, veteris Comoediae principem, fecerit, satis constat. Cum Platone suo sentit Cicero de Offic. I. 29. *Duplex est omnino iocandi genus: vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscoenum: alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modo Plautus noster, et Atticorum antiqua Comoedia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt.* Non Menandrum, sed Aristophanem, *χαριεντισμοῦ καὶ ἱλαροῦ λόγου* exemplum ponit Demetrius Phaler. de Elocut. §. 128. Non ex noua, sed *ἐκ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας* Libanius hauserat leporem et venustatem suam, teste Eunapio in eius Vita p. 173. Platonius denique de differ. Comoed. ita iudicat de Aristophane: *ὁ Ἀριστοφάνης ἐπιτρέχειν τὴν χάριν τοῖς σκώμμασι ποιεῖ.* qui locus inprimis ad rem pertinet. *σκώμματα ἐπιεικῆ*, vt emendauimus, *τοῖς ἀναγώγοις* opponuntur. Plutarch. Tom. II. p. 74. D. *οὔτε οἱ νουθετοῦντες ἀστείως, τὸ πικρὸν καὶ δηκτικὸν προσβάλλοντες ἀποτρέχουσιν, ἀλλ' ὁμιλίαις ἑτέραις καὶ λόγοις ἐπιεικέσιν ἐκπραΰνουσι.* Idem T. II. p. 855. B. *δυσχερεστάτοις ῥήμασιν* opponit *ἐπιεικῆ.* Marcellinus in Hermog. p. 42. *εἰ μὲν ἄδοξον εἴη τὸ πρόσωπον, καταφορικώτερος ὁ λόγος ἔσται, εἰ δὲ ἐνδοξότερον εἴη, ἐπιεικέστερος.* Rvhnkenivs.

Τὰ ἀνάγωγα σκώμματα sunt *ioci inurbani, lasciui, atque homine libero minime digni.* Athenaeus lib. 13. p. 585. *Ἀριστόδημος δὲ ἐν δευτέρῳ γελοίων ἀπομνημονευμάτων, Γνάθαιναν, φησὶ, δύο ἐμισθώσαντο, στρατιώτης καὶ μαστιγίας. ΑΝΑΓΩΓΟΤΕΡΟΝ οὖν τοῦ στρατιώτου λάκκον αὐτὴν εἰπόντος· πῶς; ἔφησεν, ἢ ὅτι δύο ποταμοὶ ἐμβάλλετέ μοι, Λύκος καὶ Ἐλεύθερος;* Ceterum

huc egregie facit Cicero Epist. Famil. IX, 15. *Accedunt non Attici, sed salsiores quam illi Atticorum, Romani veteres atque vrbani sales.* Qui locus in primis notandus: nam ad Longinum nostrum intelligendum plurimum facit. Tovpivs. Sententiae Tollii, quae est etiam Ruhnkenii, de prius ponenda coniunctione *ἀλλὰ* Morus haec opposuit: „*κατὰ τοὺς Ἀττικοὺς ἐκείνους:* nam horum scommata erant *οὐκ ἄμουσα, οὐδ᾽ ἀνάγωγα.* Ita locus nulla emendatione eget.“ Mira vero est haec difficultatis tollendae ratio, vt quae grauissimis in locis sensum peruertere possit! Grauiter enim contendendum est aduersus sententiam viri, cuius propter doctrinam et acumen aliasque virtutes magis amabiles merito magna fuit et est auctoritas. Mihi certe res videtur tanti momenti, vt peculiari libro lex et formula copiose explicari debeat, ex qua constitui pro certo possit, ad quae verba negatio pertineat, et in quibus eam *ἀπὸ κοινοῦ* repeti fas non sit. Nam e scholio Mori facile est legem elicere, secundum quam *negatio commate terminata non pertineat ad insequens comma particula comparandi instructum.* Itaque verba paullo ante scripta, *ὡς ὁ Δημοσθένης,* hunc in modum illustranda erunt: „Nam huius ratio erat *οὐ πάντα ἑξῆς μονοτόνως λέγειν.*“ Et ep. 1. ad Thessal. 4, 5. *μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας, καθάπερ καὶ τὰ ἔθνη,* ad posterius item comma dicendum erit: „Nam horum populorum a sacris Christi alienorum erat *μὴ ἐν π. ἐπιθ. κτᾶσθαι τὰ ἑαυτῶν σκεύη.*“ Vide, quae portenta errorum ista lex gignere possit! Ne longior sim, in hoc Longini, quem tractamus, loco secundum lectionem vulgatam necessario *οὐδὲ* communiter pertinet et ad *ἀνάγωγα* et ad posteriorem sententiam, *κατὰ τ. Ἀττ. ἐκείνους,* quia negationi opposita coniunctio *ἀλλὰ* sequitur, pro qua, si ista esset vera interpretatio, simplex copula *καὶ* sequi deberet, aut *δηλονότι.* Et hanc quidem rationem firmat analogia plurium linguarum, et, vt opinor, omnium. Mirum per se est, summum interpretem haec non vidisse. Sed ipsum veri studium, et maxime facilitatis simplicitatisque amor, quae virtutes crisin et exegesin vnice commendant, eum hic a vero abduxit. Traiiciendo *τῷ Ἀλλὰ* hoc incommodum oritur, quod in *κατὰ τ. Ἀττ. ἐκείνους* nulla laus propria relinquitur Hyperidi, vt quae communis fiat omnium Atticorum sui tem-

poris, adeo vt haec verba tum videantur superuacanea. Mihi placet, quod in promtu est, vt intelligamus iocos illiberales et petulantes oratorum Hyperidi aequalium, et maxime poetarum comicorum. Non obstat huic explicationi, quod de iocis illis non omnium idem sensus fuit, idem iudicium: non enim Longinus aliorum stat sensibus, sed, si quis alius, sui est homo iudicii. Neque Ciceronis aliorumque iudicium de Atticorum antiqua comoedia nobis obstat: nam multos etiam sales vrbanos et elegantes, v. c. in fabulis Aristophanis, inesse, nemo negabit: sed vt hos laudare aliis licuit, ita scurriles et obscoenos, quorum est sine dubio maior copia, licuit notare Longino. Peculiaris est error Boilauii, qui vertit: *comme les railleries de ces faux imitateurs du Stile Attique.* Eo duce significantius etiam Gori: *sull' andare di quelli Attici* (voi m'intendete), *par* etc. Sed ostendit Tollius, fictos esse hos, qui fuerint Longini aetate, prauos Atticorum imitatores.

ἐπικείμενα] Morus cum aliis statuit esse *vicina*, siue, quod ipse vertit, *quae ipsa res offert.* Sed talia vel maxime possunt esse insulsa, certe petulantia. Itaque quoniam nec alia melior explicatio datur, corruptum et ipse hoc verbum esse opinor. Ruhnkenii *ἐπιεικῆ* non plane improbo: sed dubito, an rei sit aptissimum. Hermogenes quidem de *ἐπιεικείᾳ* orationis *Τομ. β'*, p. 336. multa recenset: sed de iocis huius virtutis nihil commemorat. Fort. in vsu fuit *ἐπικεχαριτωμένα*, et e nota tachygraphica *ΕΠΙΚΕΧΩΜΕΝΑ* vulgatum exstitit. Hoc vel simile quid aliqua munitum auctoritate proferri velim.

πολὺ τὸ κωμ.... κέντρον] Secundum vsitatam interpungendi rationem aut nullum inter haec verba ponendum videtur comma, aut primum post *κωμικὸν* (vbi omnes ponunt), alterum post *εὐστόχου.* Nam *κωμικὸν* pertinere puto ad *κέντρον*, quia hoc aliquod adiectiuum desiderat, et per se, cum verbis *μετὰ παιδ. εὐστ.* non arcte nexum, pendet. Ego igitur omisi comma positum post *κωμικόν*; vt iam verti possit: *multos habet comicos cum lusu scopum feriente aculeos.*

εἰπεῖν] pro *ὡς εἰπεῖν*, vt 44, 7. *τὸ δ' ἀληθέστερον εἰπεῖν.* Cum pertineat ad *ἀμίμητον*, pluribus ita exprimas: *etsi hoc iusto grauius videri potest.* Sed breuiter vertas licet *propemodum.*

μυθολογῆσαι κεχυμένος] Verte: *in tractandis* (et ad causam accommodandis) *fabulis copiosus et amplus.*

ἐν ὑγρῷ πνεύματι] *molli spiritu,* qui facile velut tractari potest, non deficit facile, nec in anhelitum mutatur. Etiam paulo post *ὑγρὸς* est *mollis,* et apud Lycurg. in Leocr. c. 10, *τὴν ὑγρότητα τοῦ ἤθους τοῖς δακρύοις εἰς τὸ ἔλεος προάγαγεῖν.* MORVS.

διεξοδεῦσαι ἔτι εὔκαμπὴς ἄκρως] Morus postrema sic effert: "tamen adhuc (ad metam) flectere cursum et redire ad initia (stadii) potest: adeo valet spiritu." Ego sic malim: *a fabula enarrata, flexo cursu, facillime item ad rem scit redire.* Nulla nempe sentitur eius anxietas, nihil abruptum, vbi se ad causam recipit: sed ipsa digressio ei reditum facilem praebet, ita vt a proposito non deflexisse videatur. Nam *διέξοδος* est id, quod significaui (vid. Quintil. IX, 3, 87): et verbum *εὐκαμπὴς* vrgendum videtur, cum ex Mori sententia tantum significet *magnis laterum viribus valentem, nec facile defatigandum.* Id quamquam, allegorice dictum, significat *hominem, qui diurnam mentis intentionem sine incommodo perferre potest,* tamen verbo *εὐκαμπὴς* non respondet. Deterius multo Portus ad *pronuntiationem* referebat.

ὥσπερ ἀμέλει τὰ μὲν περὶ τὴν Λητὼ ποιητικώτερα] Non vertunt, sed peruertunt haec omnes, quos inspicere potui, interpretes, Moro excepto. Cum antecedentibus haec non ita cohaerent, vt ea iam exemplo confirmentur: sed vertendum erat: *sicut* (contra) *in fabula de Latona* (quod quis vix credat) *fere poetica dictione vsus est.* Nimirum ea, quae hactenus in Hyperide laudata sunt, non postulant sublimiorem orationem, sed submissam aut temperatam. Iam igitur et hoc additur, eum etiam alta et magnifica oratione vsum esse in duobus operibus. *Τὰ π. τ. Λητὼ* inscripta erant nomine *ΔΗΛΙΑΚΟΣ,* de quo libello breuiter agit Ruhnkenius in Historia Crit. oratorum Gr. p. LXIX.

τὸν δ' ἐπιτάφιον] Hyperidis *ἐπιτάφιος* siue *Oratio funebris* cum ceteris viri facundissimi scriptis diu multumque desideratur. Eam egregie laudant praeter rhetorem nostrum Diodorus Siculus, Plutarchus, Photius, Harpocratio, alii complures. Extat fragmentum eius sane elegantissimum apud Stobaeum Serm. CXXIII. quod, quia ab hoc loco haud alienum est, et lectori erudito sine

dubio arridebit, hic integrum adscribam, idque paulo emendatius quam vulgo legitur. *Χαλεπὸν μὲν ἴσως ἐστὶ τοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις ὄντας πάθεσι παραμυθεῖσθαι· τὰ γὰρ πένθη οὔτε λόγῳ οὔτε νόμῳ κοιμίζεται· ἀλλ' ἡ φύσις ἑκάστου καὶ ἡ φιλία πρὸς τὸν τελευτήσαντα ὁρισμὸν ἔχει τοῦ λυπεῖσθαι. ὅμως δὲ χρὴ θαῤῥεῖν, καὶ τῆς λύπης παραινεῖν* (leg. *παραιρεῖν*) *εἰς τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ μεμνῆσθαι μὴ μόνον τοῦ θανάτου τῶν τετελευτηκότων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρετῆς ἧς καταλελοίπασιν. οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαίνων μεγάλων πεποιήκασι. εἰ δὲ γήρως θνητοῦ μὴ μετέσχον, ἀλλ' εὐδοξίαν ἀγήρατον εἰλήφασιν, εὐδαίμονές τε γεγόνασι κατὰ πάντα. ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν ἄπαιδες τετελευτήκασι, οἱ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἔπαινοι παῖδες αὐτῶν ἀθάνατοι ἔσονται. ὅσοι δὲ παῖδας καταλελοίπασιν, ἡ τῆς πατρίδος εὔνοια ἐπίτροπος αὐτοῖς τῶν παίδων καταστήσεται. πρὸς δὲ τούτοις, εἰ μέν ἐστι τὸ ἀποθανεῖν ὅμοιον τῷ μὴ γενέσθαι, ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ νόσων καὶ λύπης καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσπιπτόντων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον· εἰ δὲ ἔστιν αἴσθησις ἐν ᾅδου καὶ ἐπιμέλεια παρὰ τοῦ δαιμονίου, ὥσπερ ὑπολαμβάνομεν, εἴη* (leg. *εἰκὸς*) *τοὺς ταῖς τιμαῖς τῶν θεῶν καταλυομέναις βοηθήσαντας πλείστης εὐδαιμονίας* (Ruhnken. *κηδεμονίας*) *ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τυγχάνειν.* Hactenus Hyperides. Recte autem emendauit Gesnerus, *τῆς λύπης παραιρεῖν*. *dolorem deminuere.* Verbum occurrit apud Stobaeum in Eclog. Ethicis lib. 2. p. 205. et Schol. ad Aristoph. Pac. 481. Recte etiam emendauimus, *ΕΙΚΟΣ τοὺς — τυγχάνειν.* Polybius VIII. 9. *Ὥστ' εἴπερ καὶ περὶ τοὺς ἀποιχομένους ἔστι τις αἴσθησις, ΕΙΚΟΣ εὐδοκεῖν αὐτὸν καὶ τῇ τῶν Ἀχαιῶν εὐχαριστίᾳ καὶ ταῖς ἐν τῷ ζῆν κακοπραγίαις.* Plutarch. II. p. 560. *Οὔσῃ δὲ τῇ ψυχῇ μετὰ τὴν τελευτὴν, μᾶλλον ΕΙΚΟΣ ἔστι καὶ τιμὰς ἀποδίδοσθαι καὶ τιμωρίας.* Ceterum posterior pars huius *ἀποσπασματίου* occurrit etiam in Collectaneis Maximi et Antonii a Gesnero editis p. 906. vbi false Apollonio tribuitur. Tovpivs.

§. 3. *ἀνηθοποίητος*] non, quod omnino non dixerit morate, aut dicere nesciuerit; nam vt homo *εὐφαντασίωτος* et ingentis ceterum spiritus non potuit non interdum mores hominum exprimere, id quod vel inuitio nonnunquam excidisset; verum, quia non studiose hoc egit eiusque artis et studii laudem non cupide quaesiuit.

Sic de ceteris etiam, quae h. l. illi abiudicantur, statuendum est. Significat ipse auctor, adiectis in fine verbis *ἁπάντων ἑξῆς τῶν προειρημένων ΚΑΤΑ ΤΟ ΠΛΕΟΝ ἄμοιρος*. Similiter §. 2. idem D. dicitur *omnia aequabili grauitate eloqui*. De hoc et de ante dictis si quis vrgere vellet verba Longini, repugnantem haberet Ciceronem, ipsiusque Demosthenis, quae nobis seruata sunt, opera. In eandem sententiam h. l. Morus e Dionysio Halicarnassensi de *morata* eius oratione disputat. Addere visum verba Hermogenis, *περὶ Ἰδεῶν Τομ. ά*, p. 215. ed. Crisp. *Τὸν Δημοσθενικὸν λόγον τὰ ποιοῦντά ἐστιν, εἰ μέλλοι τὶς ὡς ἓν ἅπαν ἀκούσεσθαι, τάδε· σαφήνεια, μέγεθος, κάλλος, γοργότης, ΗΘΟΣ, ἀλήθεια, δεινότης. Λέγω δὲ ὡς ἓν ταῦτα πάντα, οἱονεὶ συμπεπλεγμένα καὶ δι' ἀλλήλων ἥκοντα.*

ὅταν δὲ ἐγγίζειν θέλῃ τῷ ἐπιχαρὴς εἶναι, τότε πλέον ἀφίσταται] Legendum, *ἐπίχαρις, festiuus*. Ioannes Stobaeus in Eclog. Ethic. p. 194. *Λέγεσθαι γὰρ χάριν καὶ τὴν ἐν ὄψει, ἢ ἐν λόγοις, καθ' ἣν μὲν τὸν εὔχαριν ὀνομάζεσθαι, τὸν δὲ ΕΠΙΧΑΡΙΝ*. Plutarch. in Flaminio: *Συγγενέσθαι πάντων ἥδιστος, καὶ εἰπεῖν ΕΠΙΧΑΡΙΣ μετὰ δεινότητος*. Philostrat. in Apollon. V. 37. *ΕΠΙΧΑΡΙΣ τε γὰρ τὰς διαλέξεις ἐδόκει, καὶ τὰς ἔριδας παρῃτεῖτο*. Platonius in Prolegom. ad Aristoph. *Ὥσπερ δὲ ἐστὶν ὑψηλὸς, οὕτω καὶ ΕΠΙΧΑΡΙΣ, καὶ περὶ τὰ σκέμματα λίαν εὔστοχος*. Scribendum, *περὶ τὰ ΣΚΩΜΜΑΤΑ*. Scriptor nescio quis apud Suid. v. *Ἀνασεσυρμένην*. *Καλοῦσι δὲ τὸν μὲν ΣΚΩΠΤΙΚΟΝ ΕΠΙΧΑΡΙΝ*. Tovpivs. Iam Portus *εὔχαρις* corrigi iusserat. Probauit deinde Morus. Recte vterque interpretatur *venustum;* quod latius patet, quam *festiuum*. Quod ante *βιάζεται*, id hic est *ἐγγίζειν θέλῃ*. Nempe vtrumque D. facit repugnante natura.

Τὸ γέ τοι περὶ Φρ.... Ὑπερίδην συνέστησεν] Haec addidi, secutus Mstos Par. Ambr. et Vat. vtrumque; quibus conueniunt Mstus Dudithii et edit. pr. nisi quod pro *Φρυγίης* habet ille *Φρυγὸς*, haec vero *Φρυγίας*. Cl. Schurzfl. tamen sententiae accedo, qui censet legendum *Φρύνης*. Pearcivs. Ad haec Longini verba Dudithius, vt Faber ad h. l. tradit, sua manu in codice adscripserat: "*Tutto questo dubito che sia stato trasportato dal margine nel testo; e che sia giudicio di qualcuno, che*

biasima Longino, perche dà tante lodi a Hyperide." Morum huic iudicio assentiri, est quod miremur. Ruhnkenius silentio suo significat, illa sibi non esse suspecta; itemque Toupius. Me quidem auctoritas librorum, sententiae grauitas cum significatione doctrinae coniuncta, eiusque locus, tum particulae ab initio positae, quae arctum cum antecedentibus nexum innuunt, et errores quidam etiam scripturae dubitare non sinunt, quin illa verba Longinum habeant auctorem. De grauitate sententiae hoc addo, nihil excogitari potuisse aptius ad extollendum quadam ex parte Hyperidem, deprimendumque similiter Demosthenem. Ea igitur admirabilem vim habet in fine posita, et magnum pondus ante dictis addit. Sed agnoscimus in eo Demosthenis non minus admiratorem quam imitatorem. Nam si ille, qui certas causas longo deterius, quam Hyperides, tractaturus eiusque laudes infelici suo conatu illustraturus fuisset, eundem tamen, sicut omnes pariter omnium temporum oratores (id quod statim dicitur) diuina sua vi et sublimitate superat: quanta tandem illa verborum tonitrua fuerunt, quorum fragore vocem eorum vicit! quae illa fulmina, quibus oculos eorum praestrinxit!

περὶ Φρυγίης] Scribendum, *περὶ ΦΡΥΝΗΣ*. Quod et vidit cl. Schurzfleischius. Vidit etiam vir insigni eruditione Henricus Valesius ad Harpocrationem. Hyperidis orationem *ὑπὲρ Φρύνης* laudant Schol. ad Hermogenem, et Harpocratio non semel. Confer etiam Alciphron. Epist. I. 31. et cl. Bergler. ad locum. Toupius. In iudicio Phrynes non tam eloquentia Hyperidis, quam pulchritudine nudatae Phrynes, iudices captos fuisse, multi auctores tradunt. Vid. Quintil. II, 15, 9. Plura loca monstrauit Bergler. ad Alciphr. I, 31. et Fabricius ad Sext. Empir. adv. Mathem. II, 1.

Ἀθηνογένους] Sic Ambr. Laurent. Vat. 3. et ed. 1. idque analogia nominum propriorum commendat. Nec aliud voluit librarius Vaticani 2. in quo est *ἀθηνογενγένους*. Ceteri libri *Ἀθηνογενοῦς*. Hanc oratiunculam aduersus Athenogenem commemorat Harpocration sub *ὁμόσε ἰέναι*.

§. 4. *οἶμαι*] Attica ironia magna cum grauitate affirmans.

καρδίη νήφοντος] Haec leuiter corrupta sunt. Scribendum *καρδίᾳ.* Notum prouerbium: *Τὸ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ νήφοντος ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος.* cuius meminit Plutarch. de Garrul. p. 503. Est autem *καρδίᾳ νήφοντος*, *Vere sobrii. Sobrietate ipsa, si diis placet, sobrioris. Τῷ ὄντι νήφοντος* vocat supra Longinus. Eleganter Plautus in Truculento IV. 4.

Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.

Tovpivs.

Alii propter Ionicum *καρδίη* statuunt, hoc ex antiquo poeta esse ductum, quod et e seqq. *ἀρετᾶς συντετελεσμένας* fit probabile. Atque etiam alibi Longinus verba poetarum ad suam rem accommodat et tamquam sua vsurpat. Sed *καρδίη* (siue *καρδίᾳ*) *νήφων* nihil aliud est quam *mente sobrius*, simpliciter, vt intelligas tropice dictum esse pro *affectu vacuus.* Locus 32, 7. extr. non fauet interpretationi Toupii. Nam *τῷ ὄντι οὐχὶ νήφοντος* vertendum est: *eius, qui vere mentis non satis est compos.*

ἀργὰ] Bene Morus reddit *lenta.* Sic Apsines p. 714. vulgarem vitae communis sermonem vocat *τὸ κοινὸν ἁπλῶς καὶ ἀργῶς λεγόμενον.*

ὁ δὲ ἔνθεν ἑλὼν τοῦ μεγαλοφυεστάτου καὶ ἐπ' ἄκρον ἀρετᾶς συντετελεσμένας] Quae ad hunc locum scripserunt viri doctissimi, vna litura corrigenda sunt. Editio princeps cum MSS. nonnullis, *Ἔνθεν λαβών.* Quibuscum facit Manutius. Recte omnino. Aliud est *ἔνθεν λαβὼν*, aliud *ἔνθεν ἑλών.* Homer. Odyss. *Θ.* 500.

ΕΝΘΕΝ ΕΛΩΝ, ὡς οἱ μὲν ἐϋσσέλμων ἐπὶ νηῶν.

Vbi recte Schol. *Ἔνθεν ἑλὼν, ἐντεῦθεν ἀρξάμενος.* Hinc Philostratus in Apollonio VIII. 7. *Ἔνθεν Πυθαγόρας ἑλών. hinc orsus Pythagoras.* Idem in Alexandro: *Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ΕΝΘΕΝ ΕΛΩΝ διελέχθη.* Dio Chrysost. p. 395. *ΕΝΘΕΝ ΕΛΩΝ ἄθρουν καὶ πολὺν ἀφήσει λόγον.* Synesius de regno: *ΕΝΘΕΝ ΕΛΩΝ φημὶ δεῖν, ἡγουμένου θεοῦ, τὸν βασιλέα πρῶτον αὐτὸν αὑτοῦ βασιλέα εἶναι.* Vides iam *τὸ Ἔνθεν ἑλὼν* nullum locum hic habere. Deinde recte Robortellus et MS. Paris. *ἀρετὰς συντετελεσμένας.* Quare locus ita certo certius rescribendus est: *Ὁ δὲ ἔνθεν λαβὼν ΤΑΣ ΜΕΓΑΛΟΦΥΕΣΤΑΤΟΥΣ καὶ ἐπ' ἄκρον ἀρετὰς συντετελεσμένας.* Quae locutio librario fraudi fuit. *Τὰς μεγαλοφυεστάτους ἀρετάς. Virtutes summas atque*

elatissimas. Nihil verius hac emendatione. Ceterum respexisse videtur Noster, vt solet, ad Dionysium Halicarn. de Thucyd. §. 53. Ῥητόρων δὲ Δημοσθένης μόνος Θουκυδίδου ζηλωτὴς ἐγένετο κατὰ πολλὰ, καὶ προσέθηκε τοῖς πολιτικοῖς λόγοις παρ' ἐκείνου ΛΑΒΩΝ, ἃς οὔτε Ἀντιφῶν, οὔτε Λυσίας, οὔτε Ἰσοκράτης, οἱ πρωτεύσαντες τῶν τότε ῥητόρων, ἔσχον ΑΡΕΤΑΣ, ΤΑ ΤΑΧΗ λέγω, καὶ τὰς συστροφὰς, καὶ ΤΟΥΣ ΤΟΝΟΥΣ, καὶ τὸ στρυφνὸν, καὶ τὴν ἐξεγείρουσαν τὰ πάθη ΔΕΙΝΟΤΗΤΑ. Tovpivs. Morus in versione secutus est mutationem a Pearcio propositam: ἔνθεν ἑλὼν τὸ μεγαλοφυέστατον, καὶ ἐπ' ἄκρον ἀρετὰς συντετελεσμένας, ὑψηγορίας τόνον etc. De vsu vulgari formulae ἔνθεν ἑλὼν egerat et Dorville ad Charit. I, 7. extr. Sed ego hic non ausus sum a libris discedere, quia Dorici genitiui ἀρετᾶς συντετ. suspicionem praebent, e poeta sententiam esse petitam, sicut ante καρδίῃ νήφοντος, cui hoc quodammodo respondet. Ita et aliis video placuisse. Manutius edidit τὸν τοῦ μεγαλοφ. etc. Sed priorem articulum codd. cum ed. 1. non habent: atque etiam, pro meo quidem sensu, est alienus. Pro τοῦ autem recte, opinor, legas τῆς. Certe articulorum notae multum inter se permutatae sunt. Nam et vulgatum τοῦ per constructionem stare potest. Ordo nempe potest hic statui: ὁ δὲ ἔνθ. ἑλ. τόνον τοῦ μεγαλοφυεστάτου, καὶ (τόνον) ὑψηγορίας συντετελεσμένας ἐπ' ἄκρον ἀρετᾶς, i. e. *alter vero arripuit vim magnificentissimae dictionis, et (vim) sublimitatis ad summum praestantiae gradum perductae.* Repetitum ἔνθεν est *partim, partim:* nam vtroque loco dona diuinitus oblata Demosthenes *arripuisse* dicitur.

εἰς ἑαυτὸν ἔσπασε] Simile est Xenoph. Mem. I, 4, 8. συναρπάσαι. Sed hic habemus verbum paullo grauius, quo significantur vehementiores impetus Demosthenis, vt ille pro suo ingenio dona diuinitus oblata non tam acceperit, quam cupide arripuerit.

καταβροντᾷ καὶ καταφέγγει] Respexit illud Aristophanis de Pericle, quod legitur Acharn. 529.

Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης οὐλύμπιος
ΗΣΤΡΑΠΤ', ΕΒΡΟΝΤΑ ——

Vbi laudat Scholiastes versus celeberrimos Eupolidis, quos hic emendatos subiiciam.

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν.
Ὁπότε παρέλθοι δ', ὥσπερ οἱ 'γαθοὶ δρομεῖς,
ΕΚΔΕΚΑ ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας·
Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει· καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Ita scribendus iste locus, quem cl. Editor expedire non potuit. Confer Alciphron. Epist. p. 179. et doctissimum editorem ad locum. Huc respexit, quod nemo vidit, Themistius Orat. XXVII. p. 339. Ed. Hard. *Καὶ λέγων αἱρήσεις οὐχ ΕΚΔΕΚΑ μόνων ποδῶν, ἀλλ' ἐξ εἴκοσιν ἴσως, τυχὸν δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ σταδίου, τοὺς ῥήτορας τοὺς ἀλλαχόθεν. Ita vt orationem habens, non solum sexdecim pedibus, sed viginti et sex, fortassis etiam integro stadio, omnes rhetores sis superaturus.* Ita scribendus et interpretandus est locus, qui elegantissimus est, et viros doctissimus elusit. Tovpivs. Restat, vt de sensu allegoriae videamus. Tollius ita: "Vult virtutes Demosthenis fulgore suo omnia aliorum bona obscurare et opprimere." Hoc per se esset aptissimum: sed minus conuenit *τῷ καταβροντᾷ.* Sed satis clare sensum nobis monstrat ipse auctor verbis *θᾶττον ἄν τις κ.* etc. Hoc ergo potius vult, oratores, qui cum Demosthene de principatu contendere velint, attonitos reddi verborum eius veluti tonitrubus, et praestringi affectibus eius tamquam fulminibus, adeo vt concussi terrore nec sui satis compotes animum despondeant neque sustineant certamen illud subire.

τοὺς ἀπ' αἰῶνος ῥ.] His Tollius praeponi vult *πάντας.*

SECT. XXXV.

§. 1. *καὶ ἄλλη*] Inter haec duo verba Morus inseri volebat *Λυσίου.* Hoc sane superioribus 32, 8. et 33, 1. et rei ipsi conuenit. Sed recognoscat lector dicta ad 32, 5.

λειπόμενος ὁ Λυσίας] Scil. *Πλάτωνος*, cuius supra mentio est. Libanius Epist. 78. *Οὐκ ὢν νήπιος, ἀλλ' οὐδὲ ΟΔΥΣΣΕΩΣ ΛΕΙΠΟΜΕΝΟΣ.* Deinde MSS. *ὁ μὲν πλεῖον ἔτι.* Quae male distincta, et non leuiter corrupta, ita ex vi et iussu sententiae rescribenda sunt: *Οὐ γὰρ μεγέθει τῶν ἀρετῶν, ἀλλὰ καὶ τῷ πλήθει ΠΟΛΥ λειπόμενος ὁ Λυσίας, ΟΜΩΣ ΠΛΕΙΟΝ ἔτι τοῖς ἁμαρτήμασι*

περιττεύει, ἢ ταῖς ἀρεταῖς λείπεται. Etenim cum non solum magnitudine, sed et numero virtutum Platone multum inferior sit Lysias, eum tamen magis vitiis superat, quam virtutibus superatur. Quod elegans et rotundum est. Noster supra: *Φιλῶν γὰρ τὸν Λυσίαν, ὡς οὐδ᾽ αὐτὸς αὑτὸν, ΟΜΩΣ ΜΑΛΛΟΝ μισεῖ τῷ παντὶ Πλάτωνα ἢ Λυσίαν φιλεῖ.* Et mox infra: *Τοῦ ἀναμαρτήτου ΠΟΛΥ ἀφεστῶτες οἱ τηλικοῦτοι, ΟΜΩΣ παντες εἰσὶν ἐπάνω τοῦ θνητοῦ.* Voculae *ὁ μὲν* et *ὅμως* non raro permutantur. Possis etiam scribere, *Τοῦ μὲν πλεῖον ἔτι.* Quod et verius fortasse. Haud dissimiliter locutus est Euripides in Ino apud Stobaeum Grotii p. 309. qui ita legendus est:

Φεῦ, ὅσῳ τὸ θῆλυ δυστυχέστερον γένος
Πέφυκεν ἀνδρῶν, ΩΝ τε καὶ τοῖσιν καλοῖς
Πολλῷ ΛΕΛΕΙΠΤΑΙ, καὶ ΕΤΙ τοῖς αἰσχροῖς
ΠΛΕΟΝ. Tovpivs.

Mihi illud *ὅμως* pro *ὁ μὲν* scribendum multo magis placet, quam hoc *τοῦ μὲν*, quod ipse Toupius, quasi non dubium, verbis Longini inseruit.

§. 2. *οὐ ταπεινὸν ἡμᾶς ζῶον οὐδ᾽ ἀγεννὲς ἔκρινε τὸν ἄνθρωπον*] "Opinor vocem *ἡμᾶς* hic eiici debere: quid enim hic faciunt iunctae prope voces *ἡμᾶς* et *ἄνθρωπον*, quarum vna sensui satis est?" *Pearce.* Viri doctissimi *κρίσις* minus satisfacit. Ita locutus est Clemens Alexand. Cohort. p. 74. *Μόνος ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς, τοιοῦτον ἄγαλμα ἔμψυχον ΗΜΑΣ, ΤΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝ, ἔπλασεν.* Tovpivs. Nihil hic aptius loco Clementis. Nec tamen omittendum, quod Pearcius addit, *ἡμᾶς* "paulo infra post v. *βίον* inseri debere." Non necessario quidem illic, aut post *κόσμον*; sed tamen commode *ἡμᾶς* adderetur.

ὡς εἰς μεγάλην τινὰ πανήγυριν] Nobilis Pythagorae sententia, quam a multis expressam esse docet Hemsterhusius ad Lucian. Dial. Mort. XXVI. p. 434. Rvhnkenivs. In primis nota sunt illa Ciceronis Tusc. V, 3. vbi Pythagoras dixisse narratur, *similem sibi videri vitam hominum et mercatum eum, qui haberetur maximo ludorum apparatu totius Graeciae celebritate* etc.

ἀγωνιστὰς] *aemulantes naturam magnis operibus artis.*

εὐθὺς ἄμαχον ἔρ.... τοῦ μεγάλου] Haec ita vertenda: *Statim a principio natura nostris animis inuictum quen-*

dam amorem τοῦ μεγάλου inseuit, vt semper eius desiderio teneremur. Tovpivs.

δαιμονιωτέρου] Legerim *δαιμονιώτερον*, sc. *ἔρωτα*, studium maius, quam pro humana indole, h. e. diuinum, diuina natura dignum. De re ipsa conferri potest Cicero (N. D. 2, 14): *homo ortus est ad contemplandum* (*θεατής*) *et imitandum* (*ἀγωνιστής*). Morvs. Mihi perplacet illud *δαιμονιώτερον*. Nam in lectione vulgata valde obscurum est, quid sibi velint verba *ὡς πρὸς ἡμᾶς*. At rerum magnarum amor, qui vltra conditionem hominis progreditur, h. e. qui diuinam quandam potentiam in effingendis rebus admirabilibus affectare videtur, sententiam claram et aptam praebet.

§. 3. *τῇ θεωρίᾳ καὶ διανοίᾳ τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιβολῆς*] Legendum: *τῇ θεωρίᾳ καὶ διανοίας τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιβολῇ.* Phil. Iud. Tom. I. p. 229. *ὡς μηδὲ κατὰ τὰς ἀκραιφνεῖς καὶ ἀσωμάτους τῆς διανοίας ἐπιβολὰς ψαύσασθαι.* Idem Tom. II. p. 416. *τῆς διανοίας εὐθιξίαις καὶ εὐσκόποις ἐπιβολαῖς προσγανουμένης.* Charito II. p. 32. *βαλοῦσα πρὸς τὸ πρᾶγμα τὴν διάνοιαν.* vbi vide Doruillium. Rvhnkenivs. Ruhnkenius noster, *διανοίας τῆς ἀνθρωπίνης ἐπιβολῇ.* Quo nihil verius. Huc facit Aristot. Epist. ad Alexandrum: *Ἐφ' ἃ γὰρ ἂν ἐπισκοπῶν ΕΠΙΒΑΛΛΩ ΤΗι ΔΙΑΝΟΙΑι, πάντα μοι φαίνεται μεγάλα καὶ θαυμαστά.* Vbi nescio an scribendum, *τὴν διάνοιαν.* Dicitur autem *τὴν διάνοιαν ἐπιβάλλειν*, vt *τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν.* quae locutio restituenda Diogeni apud Stobaeum p. 219. *Διογένης ὁ κύων θεασάμενός τινα πλουσίας γραίας προσποιούμενον ἐρᾶν, ἔφη, ταύτῃ οὐ ΤΟΝ ΟΦΘΑΛΜΟΝ, ἀλλὰ τὸν ὀδόντα ΕΠΙΒΕΒΛΗΚΕ.* Ita scribendus iste locus, cuius acumen non cepit Interpres. Tovpivs. Salua verecundia licebit ingenue fateri, verba, sicut e libris antiquis prolata sunt, mihi multo magis probari, quam a Ruhnkenio mutata. Non enim apparet, cur *θεωρίᾳ* ponatur absolute, quasi latius pateat nec ad solos homines referatur; ac deinceps periphrasis, *ἐπιβολῇ διανοίας*, cum restrictione, *τῆς ἀνθρωπίνης*. Compositionem in ordine verborum non moror: sed tamen simpliciorem esse illam lectionis vulgatae, et scriptore de re maxima loquente, atque etiam Longino per se, digniorem, facile quis sentiat. *Ἐπιβολὴ* autem non raro legitur absolute

positum pro *incepto* vel *conatu*, maxime *in re ardua*: et tum e re ipsa intelligitur, qui sit ille conatus, illud inceptum. Est nempe *magnus* ille *conatus τοῦ θεωρεῖν καὶ διανοεῖσθαι, rerum animo contemplandarum et agitandarum.* Ceterum *ἐπιβολὴν* etiam cum genitiuo construi sufficit e virorum doctorum annotatis didicisse.

καὶ μέγα καὶ καλὸν] Ita recte cl. Pearcius. Istae voces saepissime coniunguntur. Arrian. Epictet. II. 11. *Καὶ πῶς οἷόν τε πόλιν μὲν ἢ οἶκον μὴ δύνασθαι διαμένειν μηδ᾽ ὀλιγοστὸν χρόνον δίχα τοῦ διοικοῦντος καὶ ἐπιμελουμένου· τὸ δ᾽ οὕτω ΜΕΓΑ ΚΑΙ ΚΑΛΟΝ κατασκεύασμα εἰκῇ ὡς ἔτυχεν οὕτως ἀτάκτως οἰκονομεῖσθαι;* Confer nos supra ad sect. 2. vbi istam phrasin Dioni Cassio restituimus. Deinde sequitur, *ταχέως εἴσεται πρὸς ἃ γεγόναμεν.* Quomodo locutus est Hierocles apud Stobaeum p. 398. Ed. Needham. *Ὅθεν καλῶς ἡ φύσις, ὡς ἂν ΕΦ᾽ Α ΓΕΓΟΝΑΜΕΝ μὴ ἀγνοοῦσα, παρήγαγεν ἡμῶν ἕκαστον τρόπον τινὰ μετὰ συμμαχίας.* Ita scribendus videtur iste locus. Tovpivs. Ego vero *ὑπερορᾷν* non potui Longinum a re aberrantem et a se ipso desciscentem: ideoque exprimi curaui lectionem Tollii, excluso tamen articulo *τὸ* ante *μέγα* posito, qui neque e libris petitus neque per se necessarius est. Saepissime, etiam apud nostrum, subiecto additur alterum adiectiuum sine articulo, sicut statim §. 5. *τὸ χρειῶδες, ἢ καὶ ἀναγκαῖον*, non *ΤΟ ἀναγκαῖον*. Tota res verissimam flagitat correctionem Tollii. Patet autem, *πλέον ἔχειν* hic significare *potiorem esse, maiori in honore haberi*, siue, vt Morus vertit, *praeferri; περιττὸν* autem, *quod magnitudine aliam rem excedit.*

§. 4. *ἐπεὶ*] *quoniam.* Nempe *non obstupescimus potius flamma ... quoniam non obscuratum seruat splendorem.* Morus esse vult *etiamsi* et in eam rem verba e Iustino Martyre profert; in quibus tamen item *ἐπεὶ*, sicut hoc loco, est nostrum *weil doch*, Francogall. *puisque.*

καὶ ποταμοὺς ... προχέουσι πυρός] Marklandus ad Lys. p. 577. verissime legit *τοῦ γηγενοῦς* pro *τοῦ γένους.* Strabo XIII. p. 932. *Χώραν ἐμπρησθῆναι ὑπὸ γηγενοῦς πυρός.* Heraclides Alleg. Homer. p. 447. *ἐνταῦθα γὰρ ἀνίενται γηγενοῦς πυρὸς αὐτόματοι φλόγες.* Sed quod sequitur, *αὐτοῦ μόνου*, non minus vitiosum. Vix dubito, quin totus locus ita sit refingendus: *καὶ ποταμοὺς ἐνίοτε*

τοῦ γηγενοῦς ἐκείνου καὶ αὐτόχθονος προχέουσι πυρός. Sic *ἔγγειος* et *αὐτόχθων* coniungitur a Plutarcho Tom. II. p. 500. D. *κακῶν οὐκ ἔξωθεν ἐπιῤῥεόντων, ἀλλ' ὥσπερ ἐγγείους καὶ αὐτόχθονας πηγὰς ἐχόντων, ἃς ἀνίησιν ἡ κακία.* RVHNKENIVS. Legebat doctissimus Pricaeus, *τοῦ ἐγγενοῦς ἐκείνου.* Sed verior mihi semper visa est Marklandi nostri coniectura, *τοῦ γηγενοῦς ἐκείνου.* de quo consulendus cl. Ruhnkenius, qui nostra quodammodo occupauit. Accedit Iustinus IV, 1. *Est autem ipsa terra* (Siciliae) *tenuis ac fragilis, et cauernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, vt ventorum tota ferme flatibus pateat; nec non et* IGNIEVS GENERANDIS *nutriendisque* SOLI *ipsius* NATVRALIS MATERIA. Quod sequitur, *αὐτοῦ μόνου πυρός,* elegantissimum est, et neutiquam sollicitandum: *fluuios subterranei istius et puri puti ignis.* *Πυρὸς ἁγνοτάτας παγὰς* vocat Pindar. Pyth. I, 39. Ad quem locum, qui omnino consulendus est, respexisse videtur Longinus. TOVPIVS. De *αὐτοῦ μόνου* plane assentior Moro et Toupio. Cf. ad Fr. 5, 8. Sed priora non recte ceperunt, vt suspicor, interpretes. Opponuntur inter se *τὸ ὑφ' ἡμῶν ἀνακαιόμενον τουτὶ φλογίον,* et *ποταμοὶ τοῦ γένους ἐκείνου, exigua flammula* et *magna fluenta,* siue infinito maior copia. Nam haec ingentia flumina sunt illius generis, cuius est flammula a nobis accensa, materia quaecunque ardens. Ab hoc igne distinguitur *purus ignis,* nulla nutritus, vt h. l. significatur, materia in cineres fumumque mutanda, e communi scilicet opinione. Alii *τοῦ γένους ἐκείνου* referunt ad *πέτρους* et *ὄχθους,* vt sint *saxa et tumuli liquefacti;* quod minus placet. Denique *γηγενοῦς* etsi Longino est dignum, neque a re aut a ceteris verbis abhorret, tamen verissimum esse non puto. Toupius id posuit in ipsis verbis Longini. Vir doctus in Bibl. Crit. Amst. Vol. I. P. III. praeferebat Ruhnkenii *αὐτόχθονας.*

§. 5. *ἐπὶ τῶν τοιούτων*] *de talibus rebus;* de rebus et euentis admirabilibus naturae. His opponuntur deinde sect. 36. *τὰ ἐν λόγοις μεγαλοφυῆ.*

τὰ χρειώδες ἢ καὶ ἀναγκαῖον] Sensus huius loci paullo obscurior est, quem ita facile expediueris: *Sed de omnibus huiusmodi rebus hoc dici possit: Quod vtile sit et necessarium, facile ab omnibus comparari posse, atque ea de causa minus admirationi esse; id vero admirationem*

mouere, quod extraordinarium sit, et praeter opinionem expectationemque nostram. Huc egregie facit Plutarchus de Cupid. Diuit. p. 527. *Οἱ δὲ πολλοὶ τὸ τοῦ Τηλεμάχου πάσχομεν. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὑπὸ ἀπειρίας, μᾶλλον δὲ ἀπειροκαλίας, τὴν μὲν Νέστορος ἰδὼν οἰκίαν κλίνας ἔχουσαν, τραπέζας, ἱμάτια, στρώματα, οἶνον ἡδὺν, οὐκ ἐμακάριζε ΤΟΝ ΕΥΠΟΡΟΥΝΤΑ ΤΩΝ ΑΝΑΓΚΑΙΩΝ Η ΚΑΙ ΧΡΗΣΙΜΩΝ· παρὰ δὲ τῷ Μενελάῳ θεασάμενος ἐλέφαντα καὶ χρυσὸν καὶ ἤλεκτρον ἐξεπλάγη.* Quem locum ob oculos habuisse videtur noster Criticus. Tovpivs. Idem, quod Toupius, ex *εὐπόριστον* eliciunt alii, vt Boilauius et Gori. Ille: *que ce qui est utile et même necessaire aux hommes, souvent n' a rien de merveilleux, comme étant aisé à acquerir.* Hic: *che agli uomini quello par ovvio, e per così dir vile, che è utile e necessario.* Sed melius dicas, laudandi causa dici *res paratu faciles*, eoque significari, eas merito magni fieri, nec sua laude debere priuari; velut artem e lapide scintillam excudendi. Hoc melius conuenit sequenti *ὅμως*, et respondet totius loci disputationi, in qua etiam virtutes minus admirabiles modica et sua laude ornantur. Sententia, *εὐπόριστον τὸ χρειῶδες,* annon in prouerbio fuit?

S E C T. XXXVI.

§. 1. *τῶν ... μεγαλοφυῶν*] Plerique interpretes vt masculinum vertunt. Sed recte Morus; vt et iam olim Petra, qui prima reddit hoc modo: *In orationis igitur verborumque granditate.* Ceteros decepit, quod deinde dicitur *οἱ τηλικοῦτοι.* Sed in *rebus sublimibus* latent per synesin *τηλικοῦτοι.*

οὐκέτ' ἔξω .... τὸ μέγεθος] *non item* (vt v. g. in flammis ab Aetna eructatis) *vtilitas a magnitudine seiuncta est.* Loquendi rationem Morus ex eo repetit, quod *ἔξω τοῦ σκοποῦ πίπτει* telum, quod vltra scopum fertur. Sed in re ipsa est aliquid obscuritatis. Hoc dicit, opinor, Longinus: illud, quod sublime est in oratione, debet etiam sententiam bonam et vtilem continere. Sed quorsum hoc valeat et quo consilio dicatur, mihi non plane clarum est. Filius hoc notauit: „Conclusio a minori ad

maius. Si in rerum natura tantum valet magnitudo vtilitate carens, quanto plus valebit in dicendo magnitudo cum vtilitate coniuncta!" Non male, pro meo sensu. Sed iudicent potius alii.

προσήκει συνθεωρεῖν αὐτόθεν] Vertendum: *oportet simul cum hoc* (vtilitatem scil. cum sublimitate coniunctam esse) *reputare* etc.

τοῦ ἀναμαρτήτου πολὺ ἀφεστῶτες] Nam per se numen tantum diuinum est *ἀναμάρτητον*.

ὅμως πάντες εἰσὶν ἐπάνω τοῦ θνητοῦ] Alii *πάντως*, alii *παντός*. Neutrum verum. Libri omnes *πάντες*. Recte. Sensus est: *Etsi isti homines multum absint a perfectione, nemo tamen ex iis est, qui non vltra fastigium humanum sit euectus.* Haec mens Longini. Quod nostros Interpretes fugisse miror. In iis quae sequuntur, *Καὶ τὸ μὲν ἄπταιστον οὐ ψέγεται, τὸ μέγα δὲ καὶ θαυμάζεται*, imitatus est noster Plutarchum suum Educat. p. 7. *Τὸ μὲν γὰρ ἀσφαλὲς ἐπαινεῖται μόνον, τὸ δὲ ἐπικίνδυνον ΚΑΙ ΘΑΥΜΑΖΕΤΑΙ.* Tovpivs. Non sine causa Tollio displicebat *πάντες*, quod est superuacaneum, et quodammodo significat, nullos esse gradus sublimitatis, et qui vel tantillum extulerit orationem, aeque esse admirandum, atque scriptorem maxime sublimem. Legebat ergo ille *πάντως*, quod tamen durius videtur adiunctum statim *τῷ ὅμως*. Certe auctori magis placuisset h. l. *τῷ παντὶ*, quo et alibi pro *πάντως* vtitur. Sed nec Pearcii *παντὸς* placet. Malim aliquod participium, quod significet *alte elati*, aut aduerbium cum tali participio, vt haec respondeant antecedenti *πολὺ ἀφεστῶτες*.

§. 2. *τὸ κυριώτατον*] Bene Morus hoc vertit. Ita 1, 1. *τῇ δυνάμει δὲ κυριωτέρου.*

οὐδὲ πολλοστημόριον ... κατορθουμένων] Dionysius Halicarn. in Epist. ad Cn. Pompeium c. 2. *Ἐγώ τέ φημι τῆς ὑψηλῆς καὶ μεγαλοπρεποῦς καὶ παρακεκινδυνευμένης φράσεως ἐφιέμενον Πλάτωνα, μὴ περὶ πάντα τὰ μέρη κατορθοῦν, ΠΟΛΛΟΣΤΗΝ μέντοι ΜΟΙΡΑΝ ἔχειν ΤΩΝ ΚΑΤΟΡΘΟΥΜΕΝΩΝ τὰ διαμαρτανόμενα ὑπ' αὐτοῦ.* Ad quem locum manifesto respexit Longinus. Tovpivs. Imo vir doctus manifesto errat. Atque omnino interpretes ad vnum omnes hic a Longino dissentiunt. Nam omnes eundem, quem Morus, exprimunt sensum. Vnius Tollii versionem addam, quae sic habet: *Etiamsi quis vni-*

versa ... delicta in vnum contulerit, minimam ea, imo ne millesimam quidem horum adaequatura partem, quae ab diuinis illis hominibus praeclare magnificeque cogitata dictaque reperiuntur. Secundum hanc versionem Longinus magnos illos scriptores perpaucis in locis, imo, sicut ipse dictum corrigit, *nusquam omnino vlla ex parte* peccasse iudicaret: nam hoc inest in *πάντη* et in *οὐδὲ πολλοστημόριον*. At vero nonne illis modo *σφάλματα* tribuerat satis multa vno dicto egregio redimenda? nonne 23, 4. *οὐκ ὀλίγα* commemorauerat illorum *ἁμαρτήματα?* Alia in eandem sententiam ab ipso, maxime inde a sect. 33. prolata permulta et minime ambigua taceo. Prorsus contraria dicto auctoris interpretes dederunt. Fraudi illis fuit primo ipsius sententiae, quod videri potest, *παράδοξον:* et propterea ante *εὑρεθείη* intellexerunt *αὐτὰ,* scil. *τὰ παραπτώματα.* Deinde illos decepit genitiuus *τῶν κατορθουμένων,* quem putauerunt esse partis, cum tamen sit periphraseos. Plena nempe et cuiuis clara fit sententia hoc modo expressa: *ἐλαχ. ἂν τι .... πολλοστημόριον ἂν μέρος εὑρεθείη τὸ μέρος τῶν ἐκείνοις* etc. Multi errores, etiam in Latinis, ex eo nati sunt, quod interpretes de repetendo aliquo nomine non cogitarunt, vt apud Ciceronem, Fam. X, 3. vbi Ernesti mutato genitivo vitium verbis Ciceronis intulit. Totus ergo hic locus ita vertendus est: *si quis errores Homeri ... colligat, perquam exiguam, imo ne minimam quidem partem inuentum iri, (partem) eorum, quae summi illi homines omnino bene scripserint.* Pro periphrasi per genitiuum *τῶν κατορθουμένων* facta, auctor vti potuisset simplici nominatiuo *τὰ ἐκείνοις ... κατορθούμενα.* Sic offensionem sustulisset, qua lapsi sunt interpretes. At enim Dionysius Halic. eo loco, quem Toupius attulit, clarissime illud idem dicit, Platonis esse multo plura *κατορθώματα,* quam *διαμαρτανόμενα.* Ad hoc respondeo, aliud esse *τὰ κατορθούμενα* simpliciter sic appellata i. e. *bene scripta*, aliud *τὰ πάντη κατορθούμενα*, quod est *omni ex parte* siue *omnino bene scripta,* vt plane nihil insit, quod quis recte vituperet. Quod Toupius dicit, manifesto Longinum ad Dionysii locum respexisse, id refutaui in praefatione.

Διὰ ταῦθ' ... παρανοίας ἁλῶναι] Haec nemo interpretum adsecutus est. Nulla tamen in omni Hellenismo

vel frequentior vel elegantior locutio. Locus ita vertendus est: *Quamobrem omnis aetas, omnesque mortales, quos vel ipsa Inuidia delirare haud dixerit, palmam illis detulerunt, quam hodieque retinent, et semper retinebunt.* *Παρανοίας ἁλῶναι* est *dementiae argui.* Aeschines cont. Ctesiph. *Μηδ᾽ ΑΙΡΕΙΤΕ ΠΑΡΑΝΟΙΑΣ ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων. Nolite coram Graecis delirationis atque insaniae populum Atheniensem damnare.* Idem cont. Ctesiph. *Ὁ δὲ δῆμος ἐκ τῆς ἀθυμίας ὥσπερ παραγεγηρακὼς ἢ ΠΑΡΑΝΟΙΑΣ ΕΑΛΩΚΩΣ. Populus autem tanquam senio aut dementia quadam captus.* Xenoph. Memor. I, 2. *Φάσκων δὲ κατὰ νόμον ἐξεῖναι ΠΑΡΑΝΟΙΑΣ ΕΛΟΝΤΙ καὶ τὸν πατέρα δῆσαι. Dicens lege permissum esse, vt aliquis patrem conuictum amentiae vinciat.* Hinc lux Aristophani Nub. 843.

> *Οἴμοι· τί δράσω παραφρονοῦντος τοῦ πατρός;*
> *Πότερον ΠΑΡΑΝΟΙΑΣ αὐτὸν εἰσαγαγὼν ΕΛΩ;*

TOVPIVS.

Male rem gessit vir doctus. Cur *vel ipsa inuidia?* non enim scriptum est *οὐδ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ φθόνου.* Deinde *ἁλῶναι* non est *argui,* sed *conuinci.* Verum explicatione quadam illud potest hoc in loco defendi. Omnino autem verba, e quibus cetera pendent, non recte cepit. Sic ergo potius vertendus est locus: *Propter has causas omnis aetas, omnis posteritas, cum non posset inuidia tangi, eaque ad insaniam prolabi, sine dubitatione palmam illis detulit, atque etiamnunc a nemine ereptam asseruat, et haud dubie seruabit,*

> *flumina dum terris ibunt plantaeque virescent.*

Nempe inuidia tantum viuos insectatur, ideoque illi ab aequalibus propter lapsus quosdam fortasse reprehensi sunt: sed insequentium temporum homines, vt natura animi humani fert, se non contaminarunt vitio inuidiae, ac propterea declarauerunt, illos esse, in suo quemque genere, perfectos scriptores. In *παρανοίας ἁλῶναι* est metonymia effecti pro causa. Nam proprie dici debebat *εἰς παράνοιαν ἄγεσθαι.* Vide autem, quam grauiter loquatur Longinus. *Insaniae* condemnat eos, qui magnos scriptores propter vitia non pauca mediocribus pares ponunt, vel etiam inferiores. Ceterum *τὸ παραν. ἁλῶναι* fort. respicit ad legem, qualis illa, quae tangitur ap. Ciceronem de Sen. 7. qua Sophocles est a filiis

in iudicium vocatus. Tangere praeterea licebit *τὸ ἄχρι νῦν*: quod quin apud Atticos dictum fuerit pro *ἄχρι τοῦ νῦν*, auctoritas Longini nos dubitare non sinit. Nimirum Phauorinus in v. *ἐξ ἐκείνου* hoc scripsit: *ἐν τοῖς ἐπιῤῥήμασι τοῖς χρόνον δηλοῦσι τὰς προθέσεις οὐχ εὑρίσκονται συντάττοντες οὔτε οἱ Ἀττικοὶ, οὔτε παρὰ τοῖς ποιηταῖς οἱ Ἴωνες.* Sed multa in contrariam rationem exempla praeter alios suppeditat doctiss. STVRZIVS in libro supra ad 32, 5. de v. *μαγειρεῖον* laudato p. 209 ss. vt *εἰς αὔριον, εἰς τότε, μέχρι τότε* et similia. Ad haec ergo pertinet etiam *ἄχρι νῦν*, nec non *μέχρι νῦν* Fragm. 5, 2. et *μ. πρώην* ib.

ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ ...] Hexameter iste est pars Epigrammatis in Midam, quod alii Homero, alii Cleobulo tribuunt. de quo Herodotus in Vit. Homeri, et Laertius in Cleobulo. Eleganter Libanius in Iuliani necem p. 259. *Ὦ πολλὰ συγκινήσας ἐπὶ σαυτῷ δάκρυα, οὐκ ἐπ' ἤματι, κατὰ τὸ ἔπος, ὀλοφυρμοῦ τυχὼν, ἀλλ' ἐν τῷ πένθει κατέχων ἀνθρώπους, καὶ κατασχήσων γε,*

Ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ.

TOVPIVS.

Addo haec Platonis in Phaedro, Vol. X. p. 359. ... *ὃ* (*ἐπίγραμμα*) *Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ φασὶ τινὲς ἐπιγεγράφθαι. ΦΑΙ. Ποῖον τοῦτο, καὶ τί πεπονθός; ΣΩ. Ἔστι μὲν τοῦτο τόδε·*

Χαλκῆ παρθένος εἰμί· Μίδα δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι.
Ὄφρ' ἂν ὕδωρ τε νάῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
Αὐτοῦ τῇδε μένουσα, πολυκλαύστου ἐπὶ τύμβου,
Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

§. 3. *Πρὸς μέντοι γε τὸν γράφοντα*] Is fortasse fuit Caecilius, de quo 1, 1. et alibi. E refutatione sequenti verosimile est, totum hoc, *ὡς ὁ Κολ.... Δορυφόρος*, ab illo per allegoriam fuisse dictum pro eo quod ex 33, 1. dicas, *ὡς τὸ μέγεθος ἐν ἐνίοις διημαρτημένοις οὐ κρεῖττον, ἢ τὸ σύμμετρον ἐν τοῖς κατορθώμασι.*

ὁ Πολυκλείτου] quo nemo exactior, nemo in arte sua celebrior fuit. Hunc Polycletum sibi Lysippus magistrum fuisse dicebat, apud Ciceronem in Bruto, c. 86. De *doryphoro* vero et *canone* Polycleti nota omnia ex eodem Cicerone in oratore, in initio, itemque e Plinio et aliis. TOLLIVS. Plinii verba, 34, 8. sunt: *Polycletus ... diadumenum fecit, molliter iuuenem, centum talentis no-*

bilitatum. Idem et doryphorum, viriliter puerum. Fecit et, quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam: solusque hominum artem ipsam fecisse artis opere iudicatur.

λογικὸν] in quo est facultas *λόγου*, *orationis*. Ergo in humana oratione, quae naturae opus est, non ars, sed magnitudo admirationem meretur. Haec conclusio facile ostendit, λογικὸν sic accipi debere, vt diximus. Morvs. Recte. Sic apud Dionysium Halic. *περὶ συνθέσεως* c. 15. (p. 10. Sylb.) distinguitur *λογικὴ*, *simplex ratio loquendi*, a *μουσικῇ*, *pronuntiatione rhythmica*. Sed Tollius et Hudsonus ita vertunt: *Hominem namque natura oratione, non secus ac ratione, instruxit.* Talis interpretandi ratio, quae repugnantia in vnum cogere nititur, primam hermeneutices legem violat.

§. 4. (*ἀνακάμπτει γὰρ* etc.)] Respiciunt haec ad Sect. 2. Cf. et 22, 1.

ἐν ὑπεροχῇ, πλὴν] Manutius cum MSS. nonnullis, *ἐν ὑπεροχῇ πολλῇ*. Lego et distinguo, *τὸ δ' ἐν ὑπεροχῇ πολλῇ, πλὴν οὐχ ὁμότονον*. Vox altera alteram absorbuit. Diodorus Sicul. XIX, 81. *Ἦν δὲ καὶ τῷ κάλλει καὶ τῷ μεγέθει διάφορος, ἔτι δὲ καὶ κεκοσμημένος ὅπλοις βασιλικοῖς εἶχε ΠΟΛΛΗΝ ΥΠΕΡΟΧΗΝ καὶ κατάπληξιν.* Ita scribendus iste locus. Confer Suid. v. *Δημήτριος*. Deinde recte Tollius, *βοήθημα τῇ φύσει πάντῃ πορίζεσθαι τὴν τέχνην*. Noster supra: *τῶν ἐκείνοις τοῖς ἥρωσι ΠΑΝΤΗι κατορθουμένων*. Idem sect. 32. *ἐν τῷ γλαφυρῷ ΠΑΝΤΗι κεκαλλιγραφημένοι*. Nihil verius. Quod vero ad hunc locum scripsit cl. Pearcius, vna litura corrigendum est. Tovpivs. Mihi *τὸ πολλῇ* frigere videtur, et abhorrere etiam a brevitate Longini. Atque etiam alii rhetores *sublimitatem* per periphrasin simpliciter appellant *τὸ ἐν ὑπεροχῇ*. Sed cur additum est, *πλὴν οὐχ ὁμότονον?* propterea sine dubio, quia sublimes et diuini scriptores multa peccare solent et, vti Pindarus et Sophocles, *σβέννυνται ἀλόγως πολλάκις, καὶ πίπτουσιν ἀτυχέστατα*. Etenim hanc ipsam ob causam auctor vult *βοήθημα τῇ φύσει πορίζεσθαι τὴν τέχνην*: quoniam sine artis ope nimis multa et grauia vitia committi possint, quibus lectores plane deterreantur. *Τόνον* esse *vim* siue *grauitatem*, quasi basin sublimitatis, patet ex 9, 13. et 34, 4.

SECT. XXXVII.

ἐπανιτέον γὰρ] Redit ad 32, 7. De re vid. Aristot. rhet. 3. p. 237. v. 34 sqq. et Quinctil. 5, 11. Metaphora est in vnum verbum contracta similitudo. Definitiones *παραβολῆς* et *εἰκόνος* e Iulii Rufiniani libello de figuris §. 22, 23, 24. peti poterunt. Morvs.

SECT. XXXVIII.

§. 1. *στοι καὶ αἱ τοιαῦται*] Scribe, *κάκιστοι καὶ αἱ τοιαῦται*. Agit enim hic Noster de Hyperbolis *vitiosis*. Deinde legitur vel Demosthenis, vel nescio cuius, nobilis locus, *Εἰ μὴ τὸν ἐγκέφαλον ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε.* quem alii laudant, alii vituperant. Sic solent rhetores. Confer Libanii Argument. in Orat. de Haloneso, cuius scrinia compilauit Tanaquillus Faber. Tovpivs. Tollius haec ita vertit: *Sed et illae saepe periculo proximae sunt.* Filius in libello, quo Demostheni orationem de Haloneso vindicat p. 23. statuit, syllabam *στοι* fuisse verbi *ἄπιστοι:* per totum enim caput doceri, *πίστιν* in hyperbolis esse quaerendam, fugiendam *ἀπιστίαν.* Verba oratoris sunt: *Ὅσοι δὲ Ἀθηναῖοι ὄντες μὴ τῇ πατρίδι, ἀλλὰ Φιλίππῳ εὔνοιαν ἐπιδείκνυνται, προσήκει αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι, εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε.* Libanii iudicium in arg. est hoc: *τὸ ἐπὶ τέλει ῥηθὲν οὐ μικρὸν μαρτύριον τοῦ νόθον εἶναι τὸν λόγον, εἴπερ ὑμεῖς ... φορεῖτε. Ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένης εἴωθε παῤῥησίᾳ χρῆσθαι. Τοῦτο δὲ ὕβρις ἐστὶ, καὶ λοιδορία μέτρον οὐκ ἔχουσα. Εὐτέλειά τε αὐτῷ πρόσεστι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ εὐηθές τι νομίζεται, τὸ ἐν τοῖς κροτάφοις ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους τὸν ἐγκέφαλον.*

Διόπερ εἰδέναι χρὴ τὸ μέχρι ποῦ παροριστέον ἕκαστον] Haec perperam accepit vir doctissimus. Non male Gabriel, *Quare scire oportet, quousque progrediendum sit. Quousque ferri possit non incommode Hyperbole.* Ista est vis τοῦ *Παρορίζειν* apud Rhetorem nostrum. Vide quae adnotauit cl. Pearcius ad sect. 2. Optime Quintilian. VIII, 6. *Quamuis enim est omnis Hyperbole vltra fidem, non debet esse vltra modum.* Tovpivs. Vide,

quae dixi ad 2, 2. Versio Gabrielis de Petra in ed. Manolesii sic habet: *Quamobrem scire oportet, quovsque in singulis sit progrediendum.* Ex errore typothetae in ed. Hudsoni pro ποῦ scriptum που, qui error in editiones sequentes propagatus est.

ἐνίοτε] Hoc nisi e verbo deprauato exstitit, scribi debet post *ἀναιρεῖ* aut post *τὴν ὑπερβολήν.*

καὶ τὰ τοιαῦτα ὑπερτεινόμενα χαλᾶται, ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ εἰς ὑπεναντιώσεις ἀντιπεριΐσταται] Nam, quod ad primum attinet, si phantasma, quod animo proponitur, ita magnum est, vt non possit facile capi et clare effingi, animum afficere nullo modo potest, adeo vt multo satius esset sine figura rem expressisse ad veritatem. Cf. 15, 8. Sed alterum, quod etiam in contrarium mutetur talis hyperbole, difficiliorem explicatum habet. Veruntamen facile adducimur, vt hoc credamus, propter analogiam omnium sensuum humanorum, in quibus, id quod Socrates in Phaedone disputat, *τὸ ἐναντίον ἐξ ἐναντίου γίγνεται.* Sed breuiori via licebit eundem fontem repetere, quem modo de rebus ob nimiam intentionem laxatis demonstrauimus. Si enim imago vastior est, quam pro captu populari, nec animum eo, quo scriptor vult, modo afficit, auditores partim oscitantur, partim nugas agere putant dicentem, siue, vt cum Longino (3, 2.) loquar, *οὐ βακχεύειν, ἀλλὰ παίζειν* putant. Itaque res iis videtur multo leuior, quam si eam ad verum, sine hyperbole, verbis sat grauibus elocutus esset. Ergo rem ille non auxerit, sed imminuerit.

§. 2. *διὰ τὴν τοῦ π. αὔξ. ἐθέλειν λέγειν φιλοτιμίαν*] Nonne *ἐθέλειν* redundat? Sufficit, *διὰ τὴν φιλοτιμίαν τοῦ λέγειν.* Morvs. Sine iusta causa illud verbum interpres elegantis iudicii suspectum habebat. Explicat Longinus, cuius generis sit illa *φιλοτιμία*: esse scilicet *τὴν τοῦ π. αὔξ. ἐθέλειν λέγειν.* Atque etiam, vt monui in *Pleonasmis Graecis*, subtiliter loquens significat, eum non *vere auxisse*, sed tantum *augere voluisse* cuncta.

Ἐπειδ᾽ οἱ λόγοι .... ἀρχαίως διελθεῖν] Haec sunt verba Isocratis in Panegyrico, vbi legitur: *Ἐπειδὴ δ᾽ οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν — ἀρχαίως διεξελθεῖν.* Quomodo laudat Harpocratio v. *Ἀρχαίως.* Sed hoc leve. Huc respexit Libanius in Epist. ad Abureium: *Πάνυ μοι βεβαιοῦν δοκεῖς τὸν λόγον, ὃν περὶ τῆς τῶν λόγων*

Ἰσοκράτης εἶπε φύσεως, ὅτι ἄρα οἷοί τέ εἰσιν ἆραι μικρὰ, καὶ μεγάλα καθελεῖν. Item Iulianus Orat. I. in Constantium: Οἱ δὲ τῆς τέχνης ἀπολαῦσαί φασιν ἐν τῷ δύνασθαι περὶ τῶν μικρῶν μειζόνως διελθεῖν, καὶ τὸ μέγεθος ἀφελεῖν τῶν ἔργων τῷ λόγῳ, καὶ ὅλως ἀντιτάττειν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει δύνασθαι τὴν τῶν λόγων. Ad quem locum consulendus illustrissimus Spanhemius. Tovpivs.

ἐγκώμιον, ἀπιστίας .... προοίμιον] *laus, praenuncia τῆς ἀπιστίας.* Maximus Tyr. diss. 9. p. 94. *ἡ τοῦ σώματος ὥρα προοίμιον (augurium) ὡραιοτέρου κάλλους ἐστίν.* Chrysostomus (homil. 5. in Act. Ap. p. 42.) signa venturae poenae dixit *προοίμια μεγάλης τινὸς ἡμέρας.* Morvs. Ergo *quidquid exspectationem alicuius rei mouet,* per metaphoram dicitur *προοίμιον* illius rei. Non tam rarus est hic nominis vsus, quam in lexicis non satis notatus. Ita Xenoph. Mem. II, 1, 27. *Οὐκ ἐξαπατήσω σε προοιμίοις ἡδονῆς, non decipiam te dictis, quae spem voluptatis iniiciant.* Plura loca suppeditat Dorville ad Charit. V, 2. et Hemsterhus. ad Luciani Somn. 3.

§. 3. *Μήποτ' οὖν ἄρισταί* etc.] Notissimum est hoc dici pro *Ὅρα οὖν, μήποτε ... ὦσι.* Optime vertit Paganus: *Fortasse igitur ex superlationibus optimae sunt eae, quae* etc. Nec male Portus: „*An igitur praestantissimae sunt eae hyperbolae, quae latent id ipsum esse? διαπόρησις.*" Morus reddidit: *Videndum ergo, ne, quod iam* etc. in quo non dubitaui *ne* mutare in *annon,* cum et ipse alibi hoc *μήποτε* recte vertat.

ἐπειδὰν ὑπὸ ἐκπ. μ. τ. σ. περιστάσεως] *cum propter affectum* (in quo animus commotus facile rem insignem et opportunam comminiscitur) *cum magno aliquo facto coniunctae exprimuntur.* Nam talis *περίστασις* non videtur ficta: *οὐ γὰρ τὸ πρᾶγμα,* inquit §. 4. *ἕνεκα τῆς ὑπερβ.* etc.

Συρακούσιοι] Per errorem hic nominantur. Peloponnesii enim *ἐπικαταβαίνουσι,* s. post alios Graecos et ipsi fugientes in fluuium descendunt. Morvs.

αἷμα καὶ πηλὸν πινομένα ὅμως] Distingue, *αἷμα καὶ πηλὸν πινόμενα, ὅμως εἶναι περιμάχητα ἔτι.* Quod sanguinem limumque biberent, et pro iis *nihilo minus* dimicarent, *etiam, credibile facit ipsa rei acerbitas et circumstantia.* Ceterum hunc Thucydidis locum ante

oculos habuisse videtur Herodian. VIII, 5. Ὁ γὰρ ἦν μόνον ἐκ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ ποτὸν, αἵματι καὶ φόνοις μεμιασμένον ΕΠΙΝΕΤΟ. Huc alludit etiam Lucian. in libello, Quomodo conscribenda sit historia: Οὐδὲ ἡ σύμπασα πόλις τῶν Ἀθηναίων φοβήσει αὐτὸν, ἣν τὰ ἐν Σικελίᾳ κακὰ ἱστορῇ, καὶ τὴν Δημοσθένους λῆψιν, καὶ τὴν Νικίου τελευτὴν, καὶ ὡς ἐδίψων, καὶ ΟΙΟΝ ΤΟ ΥΔΩΡ ΕΠΙΝΟΝ, καὶ ΩΣ ΕΦΟΝΕΥΟΝΤΟ ΟΙ ΠΟΛΛΟΙ. Tovpivs.

§. 4. χερσὶ καὶ στόμασι] Hunc locum Herodoti, quo nullus elegantior, perperam sollicitauit Tanaquillus Faber. Ita locutus est Dio Cassius XXXVIII, 49. Καὶ πολλοὶ καὶ τῆς τῶν βραχυτέρων ξιφῶν χρήσεως στερηθέντες, ΤΑΙΣ ΤΕ ΧΕΡΣΙ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΤΟΜΑΣΙ ἀντ' ἐκείνων ἠγωνίζοντο, κατασπῶντες τοὺς ἀντιπάλους, δάκνοντες, σπαράττοντες, ἅτε καὶ τῷ μεγέθει τῶν σωμάτων πολὺ αὐτῶν ὑπερέχοντες. Item nescio quis apud Suid. v. Ἐμφύς. Ὁ δὲ Κελτὸς προθυμίαν εἶχεν, ἐμφὺς τῷ πολεμίῳ, ΚΑΙ ΧΕΡΣΙ ΚΑΙ ΣΤΟΜΑΤΙ δίκην θηρίου διασπάσαι αὐτόν. Huc accedit Cicero in Tusculanis V, 27. *Adolescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi incredibili contentione certantes* PVGNIS, CALCIBVS, VNGVIBVS, MORSV *denique; cum exanimarentur priusquam se victos faterentur.* Quod sequitur, κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες, respexisse videtur Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. IX, 21. Καὶ τελευτῶντες ΕΓΚΑΤΕΧΩΣΑΝ αὐτοὺς τῷ πλήθει ΤΩΝ ΒΕΛΩΝ. Tovpivs.

πλὴν ὁμοίως] Lego cum Schurzfleischio, πλὴν ὅμως ἔχει πίστιν. *Nihilominus tamen credibile est.* Nilus Epist. 102. Ἀμήχανον χωρὶς λύπης παρελθεῖν τὸν ἐμπαιδευόμενον τοῖς πειρασμοῖς· ΠΛΗΝ ΟΜΩΣ —. Heracl. Alleg. Homer. p. 420. ΠΛΗΝ ΟΜΩΣ τὸν ἀριθμὸν οὕτω πολὺν ὄντα τῶν ἔργων, οὐκ ἄπιστον ἡ θέρειος ὥρα πεποίηκεν. *Verum etsi tantus sit rerum gestarum numerus, propter aestiui tamen diei longitudinem credi meretur.* Tovpivs. Sed patet ὁμοίως referri ad §. 3. extr. ποιεῖ πίστιν etc.

§. 5. ὡς οὐ διαλ. λέγων] Idem docuerat auctor supra, 17, 2. 32, 4. et alio etiam loco.

τολμήματος λύσις] Dicitur, vt λύσις νόσου, *morbi curatio, finis* (Lucian. scr. hist. c. 1.), quamquam eam medici suo significatu dicunt. Similiter Longinus 17, 2.

ἀλέξημα et *ἐπικουρίαν* coniunxit, et iam Xenophon Mem. 4, 5, 7. τὸ λυτικὸν τῆς ἐπιμελείας dixerat, *quod exstirpat studium virtutis*. Male ergo Faber correxit ἴασις, multoque peior Tollii interpretatio est, *expiatio*. Morus. Defendit item vulgatum vir doctus in Biblioth. Crit. Amst. Vol. I. P. III. et laudat Demosth. ep. 3. p. 115. B. κἂν ἀτυχήσωσί τι, ῥαδίας εἶναι τὰς λύσεις. Et Plutarch. T. II. p. 404. A. περὶ τῆς ἁμαρτίας ἠρώτα τὸν θεὸν, εἴ τις εἴη παράκλησις ἢ λύσις. Aliis etiam locis idem egerat Schurzfleisch. p. 62. quibus addi possunt loca Heliodori I, 15. et VII, 14. quae indicat Steinheilius in notis ineditis.

τὰ ἐγγὺς ἐκστάσεως ἔργα καὶ πάθη] Sic recte Tollius. *Quae a furore propius absunt.* Haud dissimiliter corruptus Philosophus in Poeticis cap. 17. Δι' ὃ εὐφυοῦς ἡ ποιητική ἐστιν ἢ μανικοῦ. τούτων γὰρ οἱ μὲν εὔπλαστοι, οἱ δὲ ΕΚΣΤΑΤΙΚΟΙ. *Quamobrem Poetica ingeniosi est hominis vel furore correpti: illi enim fingendis moribus sunt apti; hi autem extra se positi, se reuera esse eos putant quos imitentur.* Ita scribendus et vertendus iste locus. Vulgo inepte legitur, ἐξεταστικοί. Ceterum notanda phrasis ἔργα καὶ πάθη· quae Platonis est, Polit. II. p. 140. Ed. Cant. Τὰ δὲ δὴ τοῦ Κρόνου ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΠΑΘΗ ὑπὸ τοῦ υἱέως, οὐδ' ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους. Toupius. Notandum est pro ἐκστάσεως in codd. et vett. editt reperiri ἐξετάσεως, et tantum in margine cod. El. ἐκστάσεως adscriptum esse. Antiquum illud vitium non liquido damnauit Tollius, sed modestius, quam necesse erat, coniecturam suam protulit. Sed et alii interpretatione ipsa significarunt veriorem lectionem, vt Pizimentius, qui vertit: *actiones ac animi affectus, quae haud procul absunt a vero.* Sed nouissimi editores commemorare debebant haec Fr. Porti: „ἐξετάσεως: Corrigite ἐκστάσεως, optimo et germano, ni fallor, sensu.“ Tenendum praeterea, ἐγγὺς ἐκστάσεως non esse illud, quod *prope accedat* ad ἔκστασιν, sed *quod plane sit particeps ἐκστάσεως.* Docuisse hoc videor ad Xenophontis Mem. III, 9, 6. Potuisset ergo Longinus eodem sensu ponere τὰ ἐν (siue τὰ σὺν) ἐκστάσει. Firmat hic explicationem res ipsa, adiunctis praesertim locis modo demonstratis 17, 2. et 32, 4. aliisque.

ὅθεν καὶ τὰ κωμικὰ] Verte, *Comica illa.* vel *illa Comici.* nempe illa ipsa quae sequuntur:

Ἀγρὸν ἔσχ' ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἄρ' ἐπιστολῆς
Λακωνικῆς — —

Quae miror viro doctissimo placere potuisse. Nam illud ἄρα nullum locum hic habet. Versus proculdubio ita constituendus est:

Ἀγρὸν ἔσχ' ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἐπιστολῆς Λακωνικῆς.

Est versus Iambicus tetrameter acatalecticus, quod genus metri Comicis familiare. Aliter ordinabat magnus Casaubonus ad Strabonem: sed nostra veriora atque elegantiora sunt. Deinde legitur, *καί πως ὁ διασυρμὸς ταπεινότητός ἐστιν αὔξησις.* vbi notanda elegantissima vocula *πως*, quam Interpretes susque deque habuerunt. *Et diasyrmus est quodammodo, nescio quomodo, humilitatis exaggeratio.* Voculam istam non semel vsurpat Longinus. Ceterum de *Epistola Laconica* consulendus accuratissimus Meursius in Laconicis III, 4. et Meursio non minor cl. Valckenarius ad Theocriti Adoniazusas. Tovpivs. Veriora Toupium de versu illo vidisse, intelligentes vix concedent. Cur hic ἄρα locum habere non possit, prorsus non apparet. Cum autem codd. habeant ἔχον γὰρ, bene Schurzfleischius coniecit, hoc facile nasci potuisse ex *ΕΧΟΝΤΑΡ.* Itaque nec opus esse videtur ratione Valckenarii, qui ad Theocr. Adon. p. 256. ἄρ' omitti vult et trimetrum consttiuit hoc modo:

Ἀγρὸν ἔσχ' ἐλάττω γῆν ἔχοντ' ἐπιστολῆς
Λακωνικῆς.

καὶ γὰρ ὁ γέλως πάθος ἐν ἡδονῇ] Melius hoc priores interpretes, quam Tollius et Morus. Viderunt illi, a Longino significari, risum esse *genus* affectus, non eius *effectum*, aut *quod eius locum teneat.* Sic bene et Pearcius vertit: *Etenim risus est affectus in voluptate positus.* De re iam non disputo. Nam philosophi recentiores plerique risum item in numero affectuum ponunt, cum tamen sit index tantum grati cuiusdam affectus. Subtilius ergo ad rem ipsam et verius cum Tollio Morus; sed a verbis et a sententia Longini aberrantes.

§. 6. οὕτως καὶ] Sic ed. 1. et Vat. B. et C. pro οὕτω καὶ: recte, vt supra ostendi 21, 2.

SECT. XXXIX.

§. 1. *Ἡ διὰ τῶν λόγων αὕτη ποιὰ σύνθεσις*] Si hoc comma a superiore diuiditur, seruari poterit *αὕτη*, atque sic edidimus. Sin adpositio est, explicans illud *πέμπτη μοῖρα*, delendum est *αὕτη*. Mihi quidem totum comma inutile videtur. Satis adparet, quae sit illa *πέμπτη μοῖρα*, sed adscripsit aliquis: *ἡ* ... *σύνθεσις*. Morvs. Mihi hoc comma non displicet, nec video, cur de eo dubitandum sit, cum et aliis locis diserte illud repetat, quod tractandum sequitur. De v. *λόγων* vid. dicenda ad sect. 41. init.

ὅσα γε τῆς θεωρίας ἦν ἡμῖν ἐφικτά] Hunc locum nemo Interpretum intellexit. Graeca ita vertenda sunt: *In duobus libris satis exposuimus quantum huius argumenti nobis erat perspectum. Θεωρία est institutum, argumentum.* Noster in Prolegom. in Hephaest. §. 7. *Ἐπὶ ταύτης τῆς ΘΕΩΡΙΑΣ πολλαχόθεν λέγεται μέτρον. In praesenti instituto metri nomen multifariam dicitur.* Dionysius Halicarn. de Struct. Orat. c. 5. *Διὰ ταύτας μὲν δὴ τὰς αἰτίας ΤΗΣ ΘΕΩΡΙΑΣ ἀπέστην. Propterea ob has causas ab hoc instituto absistebam.* Aristides Vol. 2. p. 439. *Καὶ ὅλως μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν, ἃ καὶ δῆλά ἐστι πᾶσι τοῖς ἐντὸς ἅπαξ ΤΗΣ ΘΕΩΡΙΑΣ ΤΑΥΤΗΣ. Cuiusmodi certe infinita recenseri queant, nemini non manifesta, qui in hoc argumento versatus est.* Huc inprimis facit Photius in Demost. p. 1470. *Καὶ πολλοῖς οὗτος ὁ λόγος παρέσχεν ἀγῶνα, κρίνεσθαι προτεθεὶς, ὥσπερ καὶ Ἀσπασίῳ τῷ ῥήτορι, ἅτε μηδ᾽ ΕΦΙΓΜΕΝΩι ΤΗΣ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΘΕΩΡΙΑΣ εἰς ἀκρίβειαν.* Ita scribendus est iste locus. Tovpivs. Placet mihi prolata significatio nominis *θεωρίας*. Ego locum ita ceperam, vt *τῆς θεωρίας* esset *ratione inuentionis.* Nam saepe occurrunt tales genitiui, in quibus, quod intelligitur, *ἕνεκα* vel *χάριν* est *ratione, nomine, quod attinet ad;* vt Xenoph. Conuiu. 4, 12. et paullo post, §. 4. Bonam exemplorum copiam praebent verba transitiua affectum exprimentia, *οἰκτείρειν, θαυμάζειν* etc. Itaque cum multis maximeque diuersis ex partibus *admirari*, v. c., possimus hominem, ratione solertiae, roboris, felicitatis, aliarum rerum: nomen genitiuo casu *τῷ θαυμάζειν* adiectum rem indicat, propter quam eum admira-

mur. Multa hanc in rem exempla suppeditat Marklandus ad Max. Tyr. 17, 2. Pariter ergo ἐφικτὸν aliquid potest dici μαθήσεως siue διαγνώσεως (ἕνεκα), vel μνήμης, vel πράξεως, vt illud intelligas, memoria serues, ad vsum transferas ipseque efficias; atque etiam (vt fort. h. l.) θεωρίας, vt *commenteris et inuenias* (*eius rei praecepta.*) Verissima mihi videbatur haec explicatio. Sed tamen illam Toupii nunc praefero.

ὡς οὐ μόνον ἐστὶ πειθοῦς καὶ ἡδονῆς ἡ ἁρμονία φυσικὸν ἀνθρώποις ἐνέργημα, ἀλλὰ — θαυμαστόν τι ὄργανον] Vox ἐνέργημα a Manutio profecta est, qui de suo addidit. Notanda autem locutio φυσικὸν ἐνέργημα. quomodo locutus est Marcus Antoninus IX. 3. Καὶ τὰ ἄλλα τὰ ΦΥΣΙΚΑ ΕΝΕΡΓΗΜΑΤΑ, ὅσα αἱ τοῦ σοῦ βίου ὧραι φέρουσι. Sed quod in Antonino verum et probum est, in Longino vereor ne prauum et improbum sit. Quare vide an locus ita legendus et distinguendus sit: ὡς οὐ μόνον ἐστὶ πειθοῦς καὶ ἡδονῆς ἡ ἁρμονία φυσικὸν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ πάθους θαυμαστόν τι ὄργανον. Quod planum et perspicuum est. Recte μεγαλοπρεπείας καὶ πάθους. quod egregium et harmoniae proprium. Illud autem ὄργανον πειθοῦς habuit a Plutarcho suo in Fabio Maximo. Ἤσκει τὸ μὲν σῶμα πρὸς τοὺς πολέμους, ὥσπερ ὅπλον σύμφυτον, τὸν δὲ λόγον ΟΡΓΑΝΟΝ ΠΕΙΘΟΥΣ πρὸς τὸν δῆμον, εὖ μάλα πρεπόντως τῷ βίῳ κατακεκοσμημένον. Ad hunc locum proculdubio respexit Longinus. Tovpivs. Ἐνέργημα: Hoc verbum ipse addidi, cum in iis codicibus, quos habui manuscriptos, desideraretur: feci tamen hoc, nixus auctoritate ipsiusmet Longini: nam paulo inferius sic legimus: νόθα ἐστὶ πειθοῦς, οὐχὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐνεργήματα γνήσια· vis insita hominibus efficiens auctoritatis et voluptatis: πειθοῦς, leporis, auctoritatis. Portvs. Ipsa Porti, siue, vt Toupius statuit, Manutii verba posui, vt eo magis pateret, ἐνέργημα e nullo libro petitum esse, et sine dubitatione illud eiici potuisse. Deinceps autem, quod erat minoris audaciae, pro μετ' ἐλευθερίας adsciui, quod sponte mihi in mentem venerat, μεγαληγορίας, profectum etiam e Tollii coniectura Moroque probatum. Ita tria reperiuntur hoc in loco, quae quis in oratione proposita habere potest, (πειθὼ, ἡδονὴ, μεγαληγορία) vt aut persuadeat, aut delectet, aut commo-

veat. Ceterum *ὄργανον,* quod ad *πάθους* et ad antecedens nomen pertinet, commode referri simul potest ad antec. *πειθοῦς καὶ ἡδονῆς.*

§. 2. *οὐ γὰρ αὐλὸς μὲν ἐπιτίθησι*] Legendum, *ἐντίθησι.* Quod et Faber monuit. Noster supra: *ψυχήν τινα τοῖς πράγμασι φωνητικὴν ΕΝΤΙΘΕΙΣΑ.* Lucian. in Gymnasio: *Καὶ ὁ πόνος οὗτος ὤμους τε αὐτῶν κρατύνει, καὶ τόνον τοῖς ἄκροις ΕΝΤΙΘΗΣΙ.* Iamblichus de Mysteriis p. 83. *Ἡμῖν τε δι' αὐτῶν ΕΝΤΙΘΗΣΙ φρόνησιν.* Nihil verius hac lectione. Ceterum notanda locutio, *Οὐ γὰρ αὐλὸς ΜΕΝ —; Οὐκ οἰόμεθα δ' ΑΡΑ τὴν σύνθεσιν —;* Qui loquendi modus Graecis non inusitatus, sed editoribus nostris parum perspectus. Sensus est, quem et recte admodum expressit vir doctus in Commentario ad Longinum: "Si tibiae, si citharae soni habent vim permouendi animos auditorum vehementissime, multo magis habebit hanc vim verborum collocatio." Haud aliter locutus est Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. X. 28. *Οὐ γὰρ ἤδη ΜΕΝ τισι βαρβάροις — Ῥωμαίοις δ' ΑΡΑ —;* Item Plutarchus de Audit. p. 42. *Οὐ γὰρ ἐκ κουρείου ΜΕΝ ἀναστάντα — Ἐκ δ' ἀκροάσεως απιοντα καὶ σχολῆς, ΟΥΚ εὐθὺς ἀφορᾷν χρὴ πρὸς ἑαυτὸν —;* Quae loca sedulo obseruanda sunt et conferenda: nam plane gemella sunt, et locutionis huius indolem abunde patefaciunt. Tovpivs. Similis est sententiarum relatio Xenoph. Mem. I, 4, 17: *Οἴεσθαι οὖν χρὴ ... μὴ τὸ σὸν μὲν ὄμμα* etc. Animaduertendum autem, verba insequentis paragraphi, *καί τοι ... γνήσια,* capi debere tamquam in parenthesi posita.

καὶ βάσιν ἐνδούς] Apparent vestigia imitationis Platonis Polit. III. p. 437. G. *μὴ ποικίλους αὐτοὺς διώκειν μηδὲ παντοδαπὰς βάσεις, ἀλλὰ βίου ῥυθμοὺς ἰδεῖν κοσμίου τε καὶ ἀνδρείου τίνες εἰσίν· οὓς ἰδόντας, τὸν πόδα τῷ τοιούτῳ λόγῳ ἀναγκάζειν ἕπεσθαι καὶ τὸ μέλος, ἀλλὰ μὴ λόγον ποδί τε καὶ μέλει.* Rvhnkenivs. De rhythmo cantus ibi agens Plato decerni vult, ne adolescentes motus omnis generis addiscant, sed tantum illos, qui conveniant homini probo et viro forti; et ad hanc rationem temperandum esse omnem cantum, non contra, vt motus instituantur secundum quemuis rhythmum et cantum.

βάσιν ἐνδούς τινα ῥυθμοῦ πρὸς ταύτην ἀναγκάζει βαίνειν ἐν ῥυθμῷ] Haec neutiquam sollicitanda sunt. Xe-

noph. Exped. lib. 6. ᾔεσάν τε ΕΝ ΡΥΘΜΩι πρὸς τὸν ἐνόπλιον ΡΥΘΜΟΝ αὐλούμενοι. Confer. cl. Valcken. Diatrib. Eurip. p. 208. vbi de hoc loco agit. Tovpivs. Moro haec opposuit Toupius. Nam illi verba ἐν ῥυθμῷ delenda videbantur. Sed aliud etiam agendum. *Βάσιν ῥυθμοῦ* Morus in Animaduerss. breuiter interpretatur *den Gang der Melodie.* Hoc nulla ex parte probari potest. Primo *der Gang* (incessus) tropicum est, nihilque aliud potest significare, quam *formam* siue *characterem alicuius cantus;* ad quam rem βάσεως nomen vix potest transferri. Deinde ῥυθμὸς non est *die Melodie,* siue *soni apte et per numeros sese excipientes,* sed *soli numeri, sola quantitas syllabarum apte conclusarum. ΒΑΣΙΣ* autem est Germ. *der Schlüſs,* siue *der Ruhepunct eines rhythmischen Satzes; clausula sonorum, in qua saltator pedem sistit, et ex qua, rhythmi genus quod sit, iudicat.* Ex Hermogene res optime illustratur. Is Τομ. ά, p. 216. ed. Porti in formis dicendi describendis τῆς λέξεως (inquit, *praeter alia sunt*) συνθέσεις τε καὶ ἀναπαύσεις, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν τούτοιν συνιστάμενον, ὁ ῥυθμός. Ἡ γὰρ ποιὰ σύνθεσις τῶν τοῦ λόγου μερῶν, καὶ τὸ ὡδί πως ἀναπεπαῦσθαι τὸν λόγον, ἀλλὰ μὴ ὡδὶ, ποιεῖ τὸ τοιόνδε, ἀλλὰ μὴ τοιόνδε εἶναι τὸν ῥυθμόν. Cf. p. 229. et seq. et 254. Deinde p. 248. dicit: Μάλιστα δ' ἂν ΒΕΒΗΚΟΙ (ὁ ῥυθμὸς), εἰ πρῶτον μὲν εἰς ὄνομα καταλήγοι, ἢ ὀνομαστικόν τι, μὴ ἔλαττον ὂν τριῶν συλλαβῶν, οἷον, „εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα·" ἔπειτα εἰ πλείονες εἶεν κατὰ τὴν ἀνάπαυσιν αἱ μακραὶ τῶν συλλαβῶν, ἵνα δισπόνδειος, ἤ τις τῶν ἐπιτρίτων, πλὴν τοῦ τετάρτου, τὴν ΒΑΣΙΝ ποιῇ, οἷον „ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος φύσει καὶ νόμοις διοικεῖται." Adde p. 302. s. ΒΕΒΗΚΩΣ τελέως γίνεται ῥυθμὸς, εἰ ἅμα τῇ ἐννοίᾳ πληρουμένῃ καὶ μέρος λόγου τι μακρὸν καὶ εἰς μακρὰν τελευταίαν καταλήγοι συλλαβήν· οἷον, „ὥστ' ἐξ ἁπάντων ῥᾳδίαν τὴν τοῦ συμφέροντος ὑμῖν αἵρεσιν γένεσθαι." Οὐ ΒΕΒΗΚΩΣ δὲ ῥυθμὸς, ἀλλ' οἷον ΚΡΕΜΑΜΕΝΟΣ καὶ ΑΝΗΡΤΗΜΕΝΟΣ ἐξεναντίας τῶν προειρημένων, ὅτε τῆς ἐννοίας μὴ πεπληρωμένης πω, μεταξὺ δέ πως διαναπαυομένης, ἢ κατάληξις εἰς βραχὺ μέρος γίνοιτο λόγου, καὶ ἤτοιγε βραχεῖαν ἔχοι τὴν τελευταίαν, ἢ πάντως βραχεῖα παραληγομένην. Nec poenitebit cognosse locum Dionysii Halic. π. συνθ. ὀν. T. II. Sylb. p. 35. inde a v. 30: ἡ πε-

ρίοδος αὐτῷ (Thucydidi) λήγουσα εἰς τὸ, "τῶν προγεγενημένων", οὐκ ἔχει βάσιν εὔγραμμον etc. Iam cum Longinus h. l. vsque ad παντάπασι de iusto cantu ad numeros certos composito loquatur, in promtu est, de genere rhythmi non posse iudicari, nisi totum membrum, siue totum versum, quis cognouerit. Facile hoc etiam hodierni musici e rhythmis suis eorumque partibus, quasi pedibus, (quas mensuras vocant et tactus et tempora) illustrent, id quod et ἰδιῶται sensu assequuntur, vt ex eorum saltatione apparet. Ergo verba καὶ βάσιν ἐνδοὺς.... βαίνειν ἐν ῥυθμῷ ita sunt vertenda: *et, impresso clausulae cuiuspiam sensu, secundum hanc cogit gressus facere ad numerum:* aut (si putidius velis) *et, impressis sonis ipsi cantui praemissis clausulae cuiuspiam* etc. Nam ἐνδιδόναι, vt musicorum verbum, est *sonis paucis carmini praemissis modum et vim ipsius carminis ostendere.* Inde Hesychius: Ἐνδόσιμον· τὸ πρὸ τῆς ᾠδῆς κιθάρισμα. Cf. 41, 2. et Fragm. 3, 3. Ceterum apparet, aliter hic dici βάσιν, quam in metris e disciplina doctissimi Hermanni constitutis. Nam ille duos sonos ex arbitrio poetae versui praemissos neque in rationem referendos, et hactenus anacrusi similes, *basin* appellat. Sed βάσις, quae hic apud Longinum dicitur, secundum verba, quibus elegans ille et subtilis metrorum auctor vtitur, est *arsis postrema ordinis periodici.*

ἄμουσος ᾖ] Receptum est e coniectura Boiuinii. Nec longe aberrat a scriptura codicum, quamquam corrupta, ἄλλους ὅση (vel ὅσοι) et ἄλλοις ὅση. Mori versio ponit lectionem ἄλλοι ὅσοι (sc. φθόγγοι).

ἁπλῶς] *distincte,* vt intelligatur, quae sit melodia. Vtique comparandus est locus Pauli 1. Cor. 15, 7. sqq. μὴ δοῦναι τοῖς φθόγγοις διαστολὴν, et ἄδηλος φωνή. Morvs. Intelliguntur nempe soni, quos quis vel aliud agens, vel animi causa, vel ad examinandam citharae bonitatem chordarumue iustam intensionem, edit. Nam in quauis citharae extra iustum cantum pulsatione non possunt non ἤχων μεταβολαὶ, *alii atque alii soni* occurrere: et φθόγγων etiam πρὸς ἀλλήλους κρούσεις, i. e. *soni e pulsatis diuersis chordis simul editi,* saepissime debent audiri. Sed tales soni neque simplices, neque, pulsatis simul binis ternisue chordis, concinentes, iustum cantum conficiunt. Destituuntur enim rhythmo, cuius

quanta vis sit, breuiter et clare ostendit Aristides Quintilianus p. 43. ed. Meibomii. *Τὸ μέλος*, inquit, *ἀνενέργητόν τι ἐστὶ καὶ ἀσχημάτιστον, ὕλης ἐπέχον λόγον, διὰ τὴν πρὸς τοὐναντίον ἐπιτηδειότητα. Ὁ δὲ ῥυθμὸς πλάττει αὐτὸ καὶ κινεῖ τεταγμένως, ποιοῦντος λόγον ἐπέχων πρὸς τὸ ποιούμενον.* In his sola verba *διὰ τὴν πρὸς τοὐν. ἐπιτηδ.* cuipiam obscuriora videri possint. Sed plerique sine dubio intelligunt, eosdem sonos, si celerius sese insequantur fortiusque impellant aures, laetum e. g. aut animosum cantum constituere posse, tristem item aut timori exprimendo aptum, si lente tenuiterque sonent. Sed *οὐδὲν ἁπλῶς* annon rectius vertamus: *plane nihil, nihil omnino?* Ita Dionys. Hal. Archaeol. p. 401: *οὐκ ἄλλο ἁπλῶς ὁτιοῦν.* Et sic apud alios non raro.

κρούσει καὶ μίξει τῆς συμφωνίας] Lego et distinguo, *Καὶ νὴ Δία φθόγγοι κιθάρας, οὐδὲν ἁπλῶς σημαίνοντες, ταῖς τῶν ἤχων μεταβολαῖς, καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους κράσει καὶ μίξει, τῆς συμφωνίας θαυμαστὸν ἐπάγουσι πολλάκις, ὡς ἐπίστασαι, θέλγητρον.* Recte scripsimus *κράσει καὶ μίξει. Sonorum temperamento et mixtura, harmoniae mirificum sane faciunt, vt tute scis, oblectamentum.* Noster apud Euseb. Praepar. XV. 21. *Ποῦ δὲ ἐπὶ ΤΑΣ ΚΡΑΣΕΙΣ ΚΑΙ ΜΙΞΕΙΣ ἀνενεγκεῖν;* Aristides Tom. II. p. 479. *Καὶ γέγονέ τις αὐτῶν ΚΡΑΣΙΣ ΚΑΙ ΜΙΞΙΣ τοιαύτη.* Damascius apud Phot. Bibl. p. 409. *ΜΙΞΕΙ ΚΑΙ ΚΡΑΣΕΙ τῶν ἰδεῶν.* Scriptor, nescio quis, apud Suid. v. *Μέσον· Καὶ ΜΙΞΕΙ ΚΑΙ ΚΡΑΣΕΙ τῆς σχέσεως ἐν ἅπασιν αἰτίαν ὁ μέσος ἔχει.* Sed hac locutione nihil solennius. Egregie Philo de Mose lib. 3. p. 174. *Φθόγγοι γὰρ οἱ μὲν ἀνδρῶν βαρεῖς, ὀξεῖς δὲ οἱ γυναικῶν, ἐξ ὧν ὅταν ἡ ΚΡΑΣΙΣ γένηται σύμμετρος, ἥδιστον, καὶ παναρμόνιον ἀποτελεῖται μέλος.* TOVPIVS.

ὡς ἐπίστασιν] *Ἴσως, εἰς ἐπίστασιν, ad animaduersionem, attentionem, considerationem.* PORTVS. Similiter Claud. Puteanus. Nam in marg. scripsit: "*πρὸς ἐπίστασιν, ad attentam considerationem.*" Morus illud Porti non satis cepisse videtur, quia durum esse dicit. Mihi vnice probatur, vt rei vel maxime aptum. Nam soni simplicissimi, sed recte temperati et ex bono organo editi, possunt ita placere, vt *ἐπίστασιν* excitent, i. e. *vt homines illos attente audiant et iis vnice intenti alia omnia*

omittant. Pro *ὡς ἐπίστασαι*, quod alii malunt, auctor dixisset *ὡς οἶσθα*, vt 1, 1. aut significantius *ὡς καὶ αὐτὸς ἐπίστασαι.* Verum repugnat etiam, multis hactenus verbis Longinum tamquam cum ignorante Terentiano egisse de vi simplicis clausulae et nudorum sonorum citharae, eundemque Longinum in fine addere, Terentiano hanc vim sonorum simplicium nullaque lege conclusorum esse cognitam. Postremo *εἰς ἐπίστ.* Longino, denso sententiis scriptore, dignius est, quam leue illud et inane *ὡς ἐπίστασαι.* Ergo *εἰς* pro *ὡς* auctori, vt suum, dedi.

§. 3. *τὰ τοιαῦτα*] Ita Manut. et cum eo plerique, vt et cod. Eliensis habet. Ceteri editores male *ταῦτα τά.*

ποικίλας κινοῦσαν ἰδέας] Male Pearcius et Morus: *cum varias ideas excitet.* Quia Graecum *ideae* nomen cum *excitandi* verbo posuerunt, haud dubie cum philosophis locuti sensus intelligi voluerunt a rebus animo impressos, quas rerum imagines et conceptus vocant, nostri, *Vorstellungen, Begriffe.* Melius priores interpretes, vt Paganus: *quae quidem multiplices formas variat atque mutat.* Sunt ergo *formae* siue *species earundem rerum alio atque alio habitu et adspectu apparentium.* Germani iam appellant *Ansichten.* Sed tenendum etiam, *σύνθεσιν* ab *ἐκλογῇ* non ita differre, vt illi nihil aliud in verba sit iuris, quam vt ordinem et locum eorum constituat. Imo delectum et ipsa verborum habet, sicut et Dionysius Halicarnassensis eam definit; nempe non vim eorum et grauitatem aestimans, sed numeros tantum et sonos.

τῇ τε τῶν λέξεων ἐποικοδομήσει τὰ μεγέθη συναρμόζουσαν] Haec minus recte accepit vir doctissimus. Non male Gabriel, *Verborumque superstructione magnitudinem conciliet.* *Τὰ μεγέθη συναρμόζειν* est *Sublimia inter se componere et coaptare, vt quasi vnum corpus efficiant.* Xenophon Memor. I. p. 726. *Καὶ τῶν ἄλλων δή που ΜΕΓΑΛΩΝ ὄντων, ἑκάστου μικρὸν μέρος λαβόντι τὸ σῶμα ΣΥΝΗΡΜΟΣΤΑΙ σοι.* Lucian. de conscrib. Historia: *Ἀπόλυτα γὰρ καὶ ἐντελῆ πάντα ποιήσει, καὶ τὸ πρῶτον ἐξεργασάμενος, ἐπάξει τὸ δεύτερον ἐχόμενον αὐτοῦ, καὶ ἁλύσεως τρόπῳ ΣΥΝΗΡΜΟΣΜΕΝΟΝ.* Tovpivs. Elegantius interpretatus Morus idem breuiter monuit, con-

ferri omnino iubens 40, 1. Sed vid. quae dixi ad 11, 2. de v. *ἐποικοδομίας*.

ἀλλ' ἔοικε μανίᾳ] Cod. Parisin. *ἀλλ' εἰ καὶ μανία*, ex quo viri docti recte fecerunt: *ἀλλ' ἔοικε μανίᾳ*. Plato Euthyd. p. 229. B. *ὥστε μοι δοκεῖν μανίαν εἶναι τὸ ἕνεκα τῶν παίδων, ἄλλων μὲν πολλῶν σπουδὴν ἐσχηκέναι*. Demosth. adv. Mid. p. 112. *μανία γὰρ ἴσως ἐστὶν, ὑπὲρ δύναμίν τι ποιεῖν*. Liban. Tom. I. p. 581. A. *εἰ δὲ τοὺς κοσμίως τραφέντας, πορνοβοσκοὺς ὀνομάζουσιν, μανία τὸ χρῆμα*. Rvhnkenivs. Ita quidem locutus est Dio Chrysost. p. 412. *Ὡς ἤδη ΜΑΝΙΑι τὸ γιγνόμενον ΕΟΙΚΕΝ αἰσχρᾷ καὶ ἀπρεπεῖ*. Verum Robortellus cum optimis MSS. *ἀλλ' εἰ καὶ μανία*. Quare vide an legendum sit, *Ἀλλ' ΕΙΗ καὶ μανία τὸ περὶ τῶν οὕτως ὁμολογουμένων διαπορεῖν*. *Sed insania fuerit de iis, quae in confesso sunt, dubitare*. Quod et verum videtur. Confer nos infra ad sect. 44. Poteris etiam legere, *ἀλλ' εἴη καὶ μανίας*. Lucianus in Parasito: *Τό γε μὴν πρὸς τί τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ, μὴ ΚΑΙ ΜΑΝΙΑΣ ΕΙΗ ζητεῖν;* Tovpivs.

§. 4. *ὑψηλόν γε ΤΩι ΔΟΚΕΙΝ νόημα, καί ἐστι τῷ ὄντι θαυμάσιον*] Sic scribe cum Manutio. *Sublime quidem videtur, et est reuera admirabile*. Xenophon in Symposio: *Ναὶ μὰ Δί', ἔφη, ἤν ὁρῶσι γέ σε μὴ ΤΩι ΔΟΚΕΙΝ, ἀλλὰ ΤΩι ΟΝΤΙ ἀρετῆς ἐπιμελούμενον*. Ignatius in Epist. ad Smyrn. *Ἀλλ' οὐ ΤΩι ΔΟΚΕΙΝ, ἀλλὰ ΤΩι ΟΝΤΙ πάντα ὑπομένω διὰ Χριστόν*. Tovpivs. Ego vero reddidi Longino *τοῦ δοκεῖν*, quod libri vett. omnes cum ed. 1. habent. Intelligendum *ἕνεκα*. Vid. quae dixi §. 1. de v. *θεωρίας*. Sed omnes hic vertunt: *videtur...et est;* ridiculo anfractu et a grauitate Longini alieno. Vertendum *habetur* s. *putatur* etc. Nota est haec *τοῦ δοκεῖν* significatio. Ita laudis aliquantum accedit loco Demosthenis. Vt sublime, inquit, laudant omnes illud Demosthenis dictum: deinde suo quoque iudicio laudem vulgo ei datam confirmat. Hunc in modum etiam aliis locis auctor vulgo probari aliquid aut improbari ostendit, et deinde suum ipsius addit iudicium. Sic 3, 2. et 18, 2. extr. Nouissime alia mihi ratio venit in mentem. Existimaui nempe legi posse: *Ὑψ. τε* (pro *γε*) *τοῦ δ.* etc. vt sit: *Et specie sublime est, et re ipsa admirabile;* ratioque deinde reddatur verbis *ἀλλ' αὐτῆς τῆς διαν. οὐκ ἔλ. τῇ ὁρμ.*

πεφώνηται. Ita prius illud, *τοῦ δοκεῖν*, pertineat ad *ἁρμονίαν* siue *numeros*; posterius, *τῷ ὄντι*, ad *διάνοιαν*. Obstare huic rationi videtur aduersatiua particula in *ἀλλ' αὐτῆς τ. δ.* etc. Sed ea passim sententias simpliciter, sicut saepissime *τὸ ΔΕ*, copulat, atque ita causali etiam enuntiationi praeponi potest. Iudicent, si placet, de hac re doctiores.

Τοῦτο τὸ ψήφισμα] Quod sequitur Demosthenicum laudat Hermogenes, laudat et Demetrius Phalereus. Huc respexit Philo de Agricult. I. p. 313. *Τῶν καιρῶν μέλλειν οὐκ ἐπιτρεπόντων, ἀλλ' ἐπ' αὐτῆς ἱσταμένων ἀκμῆς, ὡς μὴ ἀναβάλλεσθαι τοὺς ὑστερηκότας μᾶλλον ἢ ἀποτυχεῖν ἂν εἰκότως εἰσάπαν νομισθῆναι, φθάντων ΠΑΡΕΛΘΕΙΝ, ΩΣΠΕΡ ΝΕΦΟΥΣ, ἐκείνων.* TOVPIVS. Locus Demosthenis est de cor. c. 56.

ἀλλ' αὐτῆς τῆς διανοίας] Vnde hic genitiuus? Forte, *ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας*, i. e. *τὸ νόημα*, vt ante dixit. MORVS. Vellem vir doctus clarius illud prodidisset, quo acutus eius sensus offendebatur. Nam ceteris interpretibus nihil suboluit vitii aut insolentiae. Hoc vel tiro, dixerint illi, viderit, genitiuum regi a comparatiuo *ἔλαττον*, et pro elegantiori structura Longinum hac vti potuisse: *ἀλλ' οὐκ ἔλ. τῇ ἁρμ. π., ἢ αὐτῇ τῇ διανοίᾳ.* Mirum, ni hoc ipsum Moro in mentem venit ita, vt statim repudiaret. Nimirum genitiuus excellentiae post comparatiuum ponitur pro *ἢ* sequente aut *nominatiuo* aut *accusatiuo*, sicut ablatiuus apud Latinos omisso *τῷ quam*. Sed etiam sic oritur interdum ambiguitas, vt si quis dicat: *πλέον πατρὸς ἐμοὶ δέδωκας:* in quo genitiuus positus esse potest pro *ἢ πατὴρ* aut pro *ἢ πατέρα.* Sed tenendum, aliquando et alios casus sub talibus genitiuis latere. Sic ipse genitiuus intelligendus in Xenoph. Mem. IV, 3, 10; datiuus autem Cyri discipl. IV, 2, 38. vbi *ἔξεστιν ἡμῖν προτέροις τῶν ἀπόντων συμμάχων ἀρίστου τυχεῖν* haud dubie dictum est pro... *προτέροις, ἢ τοῖς ἀποῦσι συμμάχοις* etc. Quamobrem licet, de quo dubitasse videtur ὁ *μακαρίτης*, ita construere: *ἀλλ' οὐκ ἔλ. π. τῇ ἁρμ., ἢ αὐτῇ τῇ διανοίᾳ*, q. e. *sed* (sententia illa) *non minus ope numerorum, quam ipso sensu, facta est sonora.* Nam prorsus eandem rationem hic genitiuus habet, quam ille apud Xenophontem.

πεφωνηται] Vertendum videtur, *vocale factum est*,

quasi vocem accepit: itaque *sonat, sonorum est, ἠχεῖ*, vt mox, *ἡ ἁρμονία συνηχεῖ τῷ ὕψει.* Recte comparauit Tollius 40, 1. *φωνῆεν γεγένηται.* Addiderim e 30, 1. *ψυχὴν φωνητικὴν τοῖς πράγμασιν ἐντιθέναι.* Morvs.

ὅλον τε γὰρ ἐπὶ τῶν δακτυλικῶν εἴρηται ῥυθμῶν] Operam ludunt, qui omnia illa Demosthenis verba ad pedes Heroicos reuocare conantur. Verbum *ὅλον* non est ita vrgendum. Vere illud adhibetur, si maior syllabarum pars spondeos aut dactylos conficit. Et vitiosa esset oratio, si iusti hexametri, sine iusta causa, inserti deprehenderentur. Itaque tantum hemistichia quaedam audiuntur, atque ea etiam sermonis more cadentia. In *τοῦτο τὸ ψήφισμα* dactylus est cum spondeo, vt, si vltima syllaba in *ψήφ.* breuis esset, dimidium haberemus hexametrum. Deinde post dactylum commode interiectus amphimacer *τῇ πόλει*, vt studium numerorum non sentiatur. Verum en tibi clam irrepentem versus clausulam *λει περιστάντα.* Nam amphimacro praeterlapso haeret in auribus vltima syllaba, quae facile inde abstrahitur ad conficiendum dactylum cum trochaeo. Deinceps noui versus initium est in *κίνδυνον παρελθεῖν*, nempe spondeus et dactylus cum syllaba hemistichium claudente; sed callide obscuratum, quia media syllaba verbi *παρελθεῖν* fit iusto longior, nec ita breuis est, vt v. c. in *παρελεῖν.* Sed absconditus hic numerus opportunitatem rursus affert clausulae hexametri, *θεῖν ἐποίησεν.* Haec sine vlla suspicione artificii aures impellens clausula versus me valde delectat. Nam cum pedes illi, creticus in *τῇ πόλει* et bacchius in *παρελθεῖν*, non fracti illi aut nimis volubiles, videantur sponte se obtulisse, vt fit in omni sermone, vtroque loco rhythmum rhythmo syllaba communi iunxit, et *μεταβολὴν*, quam IX, 4, 5. Quintilianus commemorat, parauit. Eodem redit *πτῶσις πρὸς ἄλλα μέτρα* Fr. 3, 4. Eadem prorsus ratione rythmicum artificium musici in componendo cantu et variant et celant. Extremis nempe sonis alicuius membri rhythmici vtuntur tamquam communibus, ad inchoandum nouum membrum, ita vt etiam totius periodi partes arctius inter se nectantur. De verbis *ὥσπ. νέφος* post dicam.

τό τε [*ὥσπ. νέφος*]] Particulis *τό τε* (in codd. et ed. 1. male scriptum *τότε, tum*) sine quibus antecedens *τε* (in *ὅλον τε γὰρ*) misere penderet, necessario Longinus addi-

tum habuit ὥσπερ νέφος. Itaque hoc adscripsi. Sed aliquid praeterea desideratur, quod sensu tantum definiri potest; vt μεγαλοπρεπῶς ἐπὶ τῷ τέλει κεῖται, aut simplex μεγαλοπρεπέστατα, aut aliud, quod eandem vim habeat. Primus haec vidit et versione ipsa monuit Pearcius. Nam post *constituunt* (συνιστᾶσιν) de suo addidit haec verba: *et hoc, ὥσπερ νέφος, rite claudit sententiam.* Illud igitur de simplici aduerbio μεγαλοπρ. addendo si recte statuimus, ex antec. ἀπὸ κοινοῦ repetendum erit ἐπὶ τῶν δακτ. εἰρ. ῥυθμῶν.

Αὐτὸ γὰρ τὸ ὥσπ. ν.] Pron. Αὐτὸ hic non vertendum *illud*, neque *illud ipsum* siue *idem;* sed simpliciter, *ipsum;* quod pluribus dicas, *tale quale est*, siue, *non mutatum.*

ἐπὶ μ. τοῦ πρ. ῥ. βέβηκε] *clausulam facit priori pede longo*, siue spondeo. Vid. §. 2. dicta de βάσει.

καταμετρουμένου] Hoc Tollius certissimo iudicio restituit pro vulg. καταμετρούμενον, sicut et deinceps ὡσπερεὶ pro ὥσπερ.

Post verba ὡς νέφος sustuli comma, quia non sequitur passiuum ἀκρωτηριάζεται, neque sententia, εὐθὺς... μέγεθος referri potest ad integrum ὥσπερ νέφος, quod magnitudinem non mutilat, sed contra magnae cuiusdam rei concitat exspectationem. Pertinet igitur ὡς νέφος tamquam nominatiuus ad sententiam εὐθὺς ἀκρ. etc. Ita non opus est, vt Tollii auctoritate legamus ἀκρωτηριάσεις aut ἀκρωτηριάζεται.

τῇ συγκοπῇ] Hoc e glossa irrepsisse puto. Si referre velis ad ἀπόκοψον συλλαβὴν, indignum est vi et breuitate Longini. Sin explices cum Moro ex 41, 3. ὅτι συγκόπτεται [εἰς μικρὰ καὶ βραχυσύλλαβα, rei ipsi repugnat.

προςπίπτει] *ad aures accidit, auribus percipitur.* Ita 23, 2. vbi deinde §. 4. synonymum sequitur ἐξακούεται.

τῷ μήκει τῶν ἄκρων χρόνων συνεκλύεται] Omnes interpretes hunc sequuntur sensum, quem in Mori versione habes. Datiuum τῷ μήκει statuunt esse instrumenti: et Morus quidem τοὺς ἄκρους χρόνους vult esse primam et vltimam syllabam verbi ὡσπερεί. Sed quia longitudo syllabarum, quod auctor ipse docuit, grauitatem potius conciliat, mihi videbatur hic esse sensus: *vna cum longitudine extremorum temporum tollitur;* ita vt datiuus ille regatur a praep. σὺν verbi συνεκλύεται. Nempe ἄκροι

χρόνοι sunt quatuor syllabae ὥσπερ νέφος. Cum autem in νέφος omnino nullum sit μῆκος, relinquitur, vt μακροὶ χρόνοι sint ὥσπερ. Tollitur autem longitudo syllabae περ, positione sublata: vnde nascitur trochaeus aut (addita in numerum particula εἰ) creticus, quorum neuter aeque grauiter sonat, atque spondeus. Certe, si talia ponderanda sunt, ὡσπερεὶ e meo sensu languet, et ὥσπερ, quia non habet interpositam syllabam breuem, plus neruorum videtur habere. Sed iam suppudet, quod in his minutiis haeremus, cum argutandi etiam periculo. Veruntamen haec non est nostra culpa, sed Longini, aut librariorum, quorum errores fortasse non pauca obscurarunt. Iam liceat de numeris extremis e meo etiam sensu iudicare. Omnis, puto, virtus in eo inest, quod particula ὥσπερ amplam verbis grauemque comparationem exspectare iubet, quae respondeat antecedentibus verbis, et periodum luculentam conficiat. Post illam igitur particulam orator paullum sustinuit vocem. Itaque cum sensu quodam admirationis auditores e breuitate verbi νέφος, in quo vis τοῦ παρὰ προςδοκίαν inest, intellexerunt, quam cito periculum ex oculis discesserit.

συνεκλύεται καὶ διαχαλᾶται τὸ ὕψος τὸ ἀπότομον] Scribendum, τοῦ ὕψους τὸ ἀπότομον. Noster sect. 18. ἡ δὲ ἐρώτησις ἡ εἰς ἑαυτὸν καὶ ἀπόκρισις μιμεῖται ΤΟΥ ΠΑΘΟΥΣ ΤΟ ΕΠΙΚΑΙΡΟΝ. Demetrius Phaler. περὶ Ἑρμηνείας §. 8. Οὕτως ἐκτεινόμενον ΕΚΛΥΕΤΑΙ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΟ ΘΥΜΙΚΟΝ. Quod gemellum est. Tovpivs. Toupii auctoritate et exemplo illud scripsi, et, opinor, recte; etsi 12, 4. ὕψος ἀπότομον Demostheni tribuitur. Nam adiectiuum cum repetito articulo postpositum inseruit distinguendo. Sed hic non apparet, cur ὑ. ἀ. ab ὕψει vniuerso, aut ab alio gradu vel genere ὕψους, distingui debeat. Certe vulgatum illud compositionis est puerilis.

SECT. XL.

§. 1. Non vno vitio prima huius sect. verba laborare, videre debuerunt interpretes. Sed minuta tantum nonnulla tetigerunt. Secundum ordinem dictorum ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις non ad *corporis*, sed ad *orationis* membra pertinet. Et tamen, quae statim excipiunt, referuntur ad corporis membra. Deinde abruptum est Οὕτως

τὰ μεγάλα, pro *Οὕτως οὖν* (aut *Οὔτ. γὰρ*) *καὶ τὰ μ.* etc. quae tamen omnia iam primis verbis breuiter et clare satis dicta reperiuntur. Variis modis succurrere licet. Sed ego sic fere scripsisse Longinum puto: . . . *ἐπισύνθεσις*. *Ὡς γὰρ τῶν τοῦ σώματος μελῶν ἓν μὲν οὐδενὶ τὰ . . . . σύστημα· οὕτως τὰ μ.* etc. Per pleonasmum *ἓν* ante *οὐδὲν* poni, atque ita *οὐδενὶ* siue *οὐδὲν* esse nominatiuum, non meminisse videntur Pearcius et Morus. Pro *οὐδὲν* autem scripsi *οὐδενὶ*, quod legitur in Vat. 2. Ambr. et editt. primis, et, vt opinor, etiam in Parisino codice. Fortasse non inusitatum fuit in *οὐδὲν* iota paragogicum. Hoc si secus habet, probandum erit, quod Schurzfleischius poni volebat, *οὐδέν τι*. Non enim credibile est, auctorem quatuor deinceps verba per *ἐν* terminata scripsisse. Ante *ἀξιόλογον* Manutius habet *τὶ*: sed a codd. et ed. 1. id abest. Rectius poneretur post *ἀξιόλογον*. Sed hoc adiectivum vim potest habere τοῦ *ἀξιολόγως*, aut, si quis vult, in hoc ipsum mutari. Sed peccant, qui propterea *τὶ* omittunt, quia praecessit *οὐδὲν* s. *οὐδενί*.

σωματοποιούμενα] *in vnum corpus coniuncta:* cf. 10, 1. et Clem. Alex. Strom. 1, p. 279. vbi liber describitur, *τῇ πολυμαθίᾳ σωματοποιούμενος*, *omni literarum genere compositus.* Alibi *σωματοποιεῖν* significat adiuuare corpus nutriendo, exercendo, omnimoque *roborare*, *augere*, *maius reddere*, de quibus Wesseling. ad Diod. Sic. 11, 86. egit. Poterit etiam Suidas in h. v. consuli. Morvs.

§. 2. *ὅτι τε*] Legerim *ὅτι γε*. Centies in nectendis periodis *ἀλλὰ μὴν* sequente *γε* ponitur. Morvs. Hoc *γε* quoniam in comment. Porti reperitur, minus etiam dubitaui inutile illud *τε* mutare.

μήποτε δὲ καὶ ἀμ.] Morus interpretatus est: *non plane tamen a magnitudine alienos.* Hoc sine dubitatione correxi, sicut illud 38, 3.

ὅμως κοινοῖς . . . . ὅμως ὄγκον] Huiusmodi repetitiones haud infrequentes sunt. Confer nos supra ad sect. 9. Deinde sequuntur, *ὄγκον καὶ διάστημα, καὶ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι περιεβάλοντο.* vbi non male cl. Pearcius, *ὄγκον καὶ δίαρμα.* Quomodo locutus est Plutarchus II. p. 853. *Ἔνεστι μὲν οὖν ἐν τῇ κατασκευῇ τῶν ὀνομάτων αὐτῷ τὸ τραγικὸν, τὸ κωμικὸν, τὸ σοβαρὸν, τὸ πεζὸν, ἀσάφεια, κοινότης, ΟΓΚΟΣ ΚΑΙ ΔΙΑΡΜΑ.* Vocem vsurpat Dionysius noster, et Hermogenes non

semel. Sed vulgata lectio neutiquam sollicitanda est. *Διάστημα* est vox elegantissima et a Musicis petita. Aristides Quintil. de Music. lib. 2. p. 84. *Μέγεθός γε μὴν καὶ ἀξίωμα ἐμποιεῖ τῷ λόγῳ διὰ συνεκδοχῆς, ἐν τῷ·*

Οἱ δ' ἰθὺς πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον βόας αὔας
Ὑψόσ' ἀνασχόμενοι, ἔκιον μεγάλῳ ἀλαλητῷ.

μεγέθει ΤΩΝ ΔΙΑΣΤΗΜΑΤΩΝ ἐξῆρει τὸν λόγον. Quae *διαστήματα* Aristides, *διαστάσεις ἀξιολόγους* vocat Halicarnasseus. Atque hinc intelligendus Laertius in Arcesilao. *Ἦν δὲ ἀξιωματικώτατος καὶ συνηγμένος, καὶ ἐν τῇ λαλιᾷ ΔΙΑΣΤΑΤΙΚΟΣ τῶν ὀνομάτων.* Rem egregie explicat Longinus infra: *Στηριγμούς τε ἔχειν πρὸς ἄλληλα ΤΑ ΟΝΟΜΑΤΑ, καὶ ἐξερείσματα τῶν χρόνων, πρὸς ἑδραῖον ΔΙΑΒΕΒΗΚΟΤΑ μέγεθος.* Ad quem locum consulendus cl. Tollius. Tovpivs.

περιεβάλοντο] Bene Portus: „celsitudinem dicendi et amplitudinem *adepti sunt.*“ Ita Max. Tyr. 17, 1. *ποῖον κάλλος ῥημάτων περιβαλόμενος, ἢ ποῖον φῶς ἐξ ὀνομάτων σαφεστάτων πορισάμενος ... δείξαιμι ἂν* etc.

Φίλιστος] Philistus, historicus Siculus, de quo Diodorus, Dionysius Halicarn. Plutarchus, Pausanias, Suidas, alii quamplurimi. *Pene pusillum Thucydidem* vocat Cicero Epist. ad Quintum Fratrem II, 13. Confer Clem. Alexand. Strom. VI. p. 740. et cl. Duker. ad Thucyd. p. 190. Ceterum, dum hoc agimus, occurrit nostri Philisti locus apud Polluc. X, 116. quem, quia de mendo suspectum habuerunt viri eruditissimi, hinc vindicatum adponam. *Ἐν γοῦν τῷ δευτέρῳ τῶν Φιλίστου βιβλίων εἴρηται· Καὶ τὰς νύκτας ἐπαίρεσθαι λαμπτῆρας ἀντιπεφραγμένους. Oportet noctu laternas attollere, ea parte qua hostem spectant, obseptas.* Ista est vis *τοῦ ἀντιπεφραγμένους.* Polyaenus V, 10. *λαμπτῆρα τὸ πρόσθεν μέρος πεφραγμένον* vocat. Quod perinde est. Recte quoque, *τὰς νύκτας.* Aeneas Tact. p. 1681. Ed. Gronov. *Δεῖ ΤΑΣ ΝΥΚΤΑΣ λύχνα καίεσθαι λαμπτῆρσιν.* ad quem locum vide quae scripsit *ὁ πάνυ* Casaubonus. Tovpivs.

δεδήλωται] Forte duobus libris, quos 39, 1. laudauit. Morvs.

§. 3. *Ἡρακλῆς*] Eurip. Herc. Fur. 1245. Rem narravit Diod. Sic. 4, 11. Morvs.

Γέμω κακῶν δή] Hunc Euripidis versiculum laudat Plutarchus de Stoic. Repugn. p. 1048. laudat etiam in libello de Commun. Notion. p. 1063. sed vtrobique mendosum et parum curatum. Tovpivs.

γέγονεν ὑψ. τῇ πλ. ἀναλογοῦν] Scribendum *τῇ πλάσει ἀναλόγῳ*. Rvhnkenivs. *Τῇ πλάσει ἀναλογοῦν* neutiquam sollicitandum est. Sensus est: *Id quod dicitur valde vulgare est; sed fit sublime, quia sententia non abhorret a structurá.* Quod et Tanaquillo Fabro visum. Ita locutus est Athenaeus lib. 5. p. 185. *Τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν ΑΝΑΛΟΓΟΥΝ τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι.* Hesychius: *Φλὲψ, μώλωψ. καὶ ΤΟ ΑΝΑΛΟΓΟΥΝ ΤΩ ΣΩΜΑΤΙ.* Photius Biblioth. p. 157. *Καὶ ἡ συνθήκη καὶ τἆλλα ΤΩι ΛΟΓΩι ΑΝΑΛΟΓΑ.* Quae verba notanda: nam haec quodammodo reciproca sunt. Ceterum vocem *πλάσις* vsurpat Tiberius Rhetor de Figur. Demosth. p. 178. *Ἔστι τοίνυν σχῆμα, τὸ μὴ κατὰ φύσιν τὸν νοῦν ἐκφέρειν, μηδὲ ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ἐκτρέπειν καὶ ἐξαλλάττειν τὴν διάνοιαν, κόσμου τινὸς ΤΗι ΠΛΑΣΕΙ ἢ χρείας ἕνεκα.* Vbi *κόσμου τινὸς τῇ πλάσει ἕνεκα* est *structurae ornandae gratia.* Sed haec minus intellexisse videntur Interpretes. Tovpivs. Lectio, vt patet, non est mutanda. Sed obscure vertit Toupius. Ad verbum ita reddes: *sed factum est sublime, quippe compositione similitudinem habens* (sc. cum *ὑψηλῷ*.) Elegantius idem reddit Morus.

συνθέσεως ποιητής] Quid esset, nescire se affirmabat Pearcius: ideoque corrigendum aliquid putabat. Sed *ποιητὴς* hic est proprio sensu, *qui aliquid facit*, siue *artifex.* Non raro hac significatione occurrit. Vnum afferam locum Dionysii Hal. *π. συνθ.* T. II. p. 23. ed. Sylb. *Ποιητῶν μὲν οὖν Πίνδαρος ἀρκέσει παρακληθεὶς, συγγραφέων δὲ Θουκυδίδης· κράτιστοι γὰρ οὗτοι ποιηταὶ τῆς αὐστηρᾶς ἁρμονίας.*

§. 4. *συρομένης ὑπὸ τ. τ. Δίρκης*] A priuigno Zeto et Amphione religata erat capillis ad indomitum taurum. Hygin. fab. 8.

.... *εἰ δέ που*

Τύχοι, πέριξ ἑλίξας] Haec minus recte administrauit, Barnesium secutus, vir doctissimus. Delenda ista interpunctio post *τύχοι*, et vertendum, *sicubi se taurus circumuerterit.* Appian. de Bell. Annibal. p. 544. *Ὑπο-*

λαβὼν δὲ καὶ μεγάλην αὐτῷ δόξαν, ΕΙ ΚΑΙ ΤΥΧΟΙ ΠΤΑΙΣΑΣ, τό γε ἐγχείρημα οἴσειν. Ioseph. cont. Apion. II, 32. *Αὐτουργίαν λέγω, καὶ τροφῆς λιτότητα, καὶ τὸ μηδὲν εἰκῆ, μηδ' ΩΣ ΕΤΥΧΕΝ ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΠΙΤΕΘΥΜΗΚΩΣ, φαγεῖν ἢ πιεῖν.* Ita distinguendus iste locus. Atque hinc subleuandus Lysias cont. Eratosth. p. 197. *Καὶ πολλῶν ὄντων ἱματίων, αἰτοῦσιν οὐδὲν ἔδοσαν εἰς ταφὴν, ἀλλὰ τῶν φίλων ὁ μὲν ἱμάτιον, ὁ δὲ προσκεφάλαιον, ὁ δὲ, ὅ, τι ἕκαστος ἔτυχεν, ἔδωκεν εἰς τὴν ἐκείνου ταφήν.* Vox excidit. Legendum sine dubio, *ὅ, τι ΕΚΑΣΤΟΣ ΕΤΥΧΕΝ ΕΧΩΝ. Et cum multae essent vestes, nullam tamen ad sepulturam petentibus concessere; verum amicorum vnus vestem, alter puluinum, alii, quod quisque habuisset, in funus conferebant.* Sic mox Lysias: *Τῆς γὰρ Πολεμάρχου γυναικὸς χρυσοῦς ἑλικτῆρας, ΟΥΣ ΕΧΟΥΣΑ ΕΤΥΓΧΑΝΕΝ, ὅτε τὸ πρῶτον ἦλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, ὁ Μηλόβιος ἐκ τῶν ὤτων ἐξείλετο.* Ceterum deprompti sunt isti versiculi ex Euripidis *Antiopa*, quae fabula hodie cum multis aliis desideratur. Eius meminere Ioannes Stobaeus, Harpocratio, Hesychius, Suidas, Schol. ad Aristoph. Ranas, alii. De ea multis disputauit vir industriae et doctrinae singularis Lud. Casp. Valckenarius in Diatribe Euripidea. Adponam vnicum fragmentum, quod nobis conseruauit Clemens Alexandrinus, idque eo libentius, vt emendem. *Ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ φησὶν,*

— — ἔνδον δὲ θαλάμοις ΒΟΥΚΟΛΟΥ,
Κομῶντα κισσῷ στῦλον Εὐΐου θεοῦ.

Intus autem in cubilibus bubulci, vidi columnam Euii dei hedera exornatam. Ita legendus et vertendus iste locus, quod ex sequentibus patet. Poteris etiam scribere, *βουκόλον κοσμοῦντα κισσῷ.* Quomodo Phoronidis Auctor apud Clement. Strom. I. p. 418.

Καλλιθόη κλειδοῦχος Ὀλυμπιάδος βασιλείης
Ἥρης Ἀργείης, ἣ στέμμασι καὶ θυσάνοισι
Πρώτη ΕΚΟΣΜΗΣΕΝ περὶ ΚΙΟΝΑ μακρὸν ἀνάσσης.

Sed prior emendatio verior et elegantior est. Ceterum quod fecerunt Thebani, vt *columnam* pro Baccho colerent, idem fecit Danaus apud Lindios in honorem Mineruae, de quo Callimachus apud Euseb. Praepar. III, 8.

— — καὶ γὰρ Ἀθήνης
Ἐν Λίνδῳ Δαναὸς ΑΛΛΑΝ ἔθηκεν ἕδος.

Ita scribendus iste Pentameter, de quo nos in *Curis Novissimis* ad Suid. p. 62. Tovpivs. Doleo, lectores saepe tam longe abduci a Longino. Sed hic etiam ab errore reuocandi sunt. Nulla vox apud Lysiam isto loco excidit. Nam cum participiis quidem τυγχάνειν construi solere, pueris etiam Graeca discentibus notissimum est; neque exemplis eam in rem opus erat. Sed tenendum est, quod Toupius oblitus erat, etiam absolute τυγχάνειν poni, et participium alterius verbi e proxima sententia debere intelligi. Exempla notaui in Xenophontis indice e Memor. III, 12, 2. Hist. Gr. IV, 1, 34. et VII, 1, 44. Addo Plat. in Sympos. Vol. X. p. 171. Ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει (ὁ Σωκράτης)· ἐνίοτε ἀποστὰς, ὅπη ἂν τύχοι, ἕστηκεν. Cf. et 14, 1, et Fragm. 2, 2. Ergo in hoc Euripidis loco interpunctio post τύχοι non est delenda.

ἔστι μὲν γενν. καὶ τὸ λῆμμα]. MS. Par. καὶ τὸ λῆμα. Euripid. Hippolyt. 206.

Ῥᾷον δὲ νόσον μετά θ' ἡσυχίας
Καὶ ΓΕΝΝΑΙΟΥ ΛΗΜΑΤΟΣ οἴσεις.

Synesius Epist. 104. Νῦν ἔδει τοῦ ΓΕΝΝΑΙΟΥ ΛΗΜΑΤΟΣ, νῦν τῶν ἐκείνου χειρῶν. Heliodor. Aethiop. lib. 6. Οὖσα ΓΕΝΝΑΙΑ ΜΕΝ ΤΟ ΛΗΜΑ, συνετὴ δὲ τὸ φρόνημα. Sed nihil muto. Vocem λῆμμα non semel vsurpat Longinus. Addo Dionysium Halicarn. in Demosth. p. 285. Ἐν τούτοις οὐ μέμφομαι τὸν ἄνδρα ΤΟΥ ΛΗΜΜΑΤΟΣ, ΓΕΝΝΑΙΑ γὰρ ἡ διάνοια καὶ δυναμένη κινῆσαι πάθος. Ad quem locum consulendus Sylburgius. Tovpivs. Miror, illud καὶ post γενναῖον, suppeditatum a Par. Ambr. Vat. 3. et ed. 1. et per pleonasmum quendam Graecis tam familiare, non propagari per libros impressos. Ego id inserui, vt liquido genuinum, et v. *etiam* addidi in versione. Hoc nempe dicit Longinus, non solum numeros, sed *etiam* rem ipsam, siue phantasma pingendae rei destinatum esse graue et magnificum; sed tamen numeros maxime placere.

μηδ' οἷον ΕΝ ἀποκυλίσματι φέρεσθαι] Sic scribe. Noster supra §. 17. Καὶ ΟΙΟΝ ΕΝ κατακαλύψει τηρεῖ. Quod non absimile est. Tovpivs. Suadenti et praeeunti obsecutus e μὲν feci ἐν. Verba ἐν ἀποκυλίσματι proprie vertenda videntur: *ritu molis, quae* (ex edito loco)

deuoluta fertur. Sed simili loco velim hoc firmari. De re autem sic statuendum puto. Cum poeta pro duobus spondeis, — τραν, δρῦν et — λάσσων, adhibere potuisset pedes celeriori gradu procedentes, iambum, tribrachyn, anapaestum, spondeis illis versum tardiori quidem, sed et certiori gradu fecit incedentem. Hoc sensu verba constant temporibus, quae se inuicem sustineant. Spondei isti lento et graui suo incessu faciunt, vt ne iambi quidem celeriter procurrere possint.

στηριγμοὺς ἔχει τὰ ὀνόματα] *verba nituntur fulcris:* ergo quiescunt aliquamdiu, (nam vox post singula verba insistit,) non festinant, non prouoluuntur. Duxit me ad hanc metaphorae interpretationem locus Dionys. Hal. T. 2. p. 21. v. 13. iam a Pearcio comparatus, vbi longis syllabis vim στηριγμῶν tribuit, addito verbo ἐγκάθισμα, in quo est notio *fingendi* et *haerendi: αἱ μακραὶ συλλαβαί,* inquit, *στηριγμοὺς ἔχουσι καὶ ἐγκαθίσματα.* Morvs. Recte. Eodem pertinent, mea sententia, ἐρείσματα τῶν χρόνων.

πρὸς ἑδραῖον .. διαβεβηκότα μέγεθος] Haec minus commode accepit vir doctissimus. Dionysius Halicarn. de Struct. Orat. cap. 22. *Μεγάλοις τε καὶ ΔΙΑΒΕΒΗΚΟΣΙΝ εἰς πλάτος ὀνόμασιν ὡς τὰ πολλὰ μηκύνεσθαι φιλεῖ.* Vbi recte Interpres, *passu grandi incedentibus.* Tovpivs. Clarius hoc idem Morus explicauit, eodem Dionysii loco aliisque vsus. Sed non superuacaneum fuerit ostendere, tropi huius loci vnde ducti sint. Magnitudo, de qua toto in libro agitur, cum non sit propria, sed tropica, verba ἑδραῖον et διαβεβηκότα proprie, et vere magni cuiusdam corporis aut magnae molis cogitationem afferunt. Haec magna moles habet ἐρείσματα, *firmamenta,* et quidem, tamquam *pedes* sint, διαβεβηκότα, *sat magno gradu disiuncta;* πρὸς ἑδρ. μέγεθος, *vt magna illa moles firmiter stare possit.* Nam quodque animal pedibus incedens suopte instinctu hoc facit, vt, si quo casu aut si qua vi se iam iam prosterni posse sentiat, vt appropinquante terrae motu, pedibus insistat grandi gradu diductis. Firmus igitur corporis status cum luculenta orationis grauitate per breuem allegoriam comparatus est. De verbo διαβαίνειν v. Fischerus, et quos ipse laudat, in indice ad Palaephatum.

SECT. XLI.

§. 1. *ῥυθμὸς κεκλασμένος λόγῳ*] Corrigendum: *ῥυθμὸς κεκλασμένος ὅλως*. Rvhnkenivs. Recte Tanaq. Faber, *ῥυθμὸς λόγων*. *Numerus verborum*. *Τὰ κατεῤῥυθμισμένα τῶν λεγομένων* infra vocat Longinus. Nihil verius. Huc facit Philostratus in Isocrate p. 505. *ὁ δὲ Ἀμάρτυρος ἰσχὺν ἐνδείκνυται κεκολασμένην εἰς ῥυθμούς*. Scribe *κεκλασμένην*. Confer Demet. Phal. de Elocut. §. 193. Tovpivs. Nihil in *λόγῳ* mutandum censeo. Praeter alia *λόγος* etiam significat *formam dicti, externum habitum sententiae*. Hoc sensu capiendum 39, 1. *Ῥυθμὸς* igitur est species quaedam talis *λόγου*. Sed *κεκλασμένος* est *nimis magna cura compositus*. A luxu hominum proprie sic dicto translatum hoc est ad orationem. Vti homines nimiis voluptatibus *franguntur*, siue *viribus exhauriuntur*, ita numeri ad nimiam suauitatem compositi vim et robur amittunt. Sed hoc fortasse in promtu. Notandum autem de numero *κεκλασμένῳ* primum dici, inde ab *εὐθὺς γὰρ* vsque ad finem §phi 2; deinde autem de *σεσοβημένῳ* (quamquam hoc incertius) §pho 3.

διὰ τῆς ὁμοειδίας ἐπιπολάζοντα] Haec non intellexerunt Interpretes. *Τὰ ἐπιπολάζοντα* sunt, *Quae omnibus manifesta sunt*. *Τὰ παντὶ δῆλα* recte exponit Philosophus, Rhetor. III, 10. Graeca ita vertenda sunt: *Quippe quae facile omnibus apparent, eo quod vnum prae se ferant colorem*. Tovpivs. Alienissimo loco, post *ἀπαθέστατα* omnes editores inde a Tollio posuerunt comma. Posuerat et Robortellus: sed recte Manutius illud omisit. Videre illi debebant, post positiuos sine iusta causa sequi superlatiuum *ἀπαθέστατα*, et deinde copulam desiderari ante *διὰ τῆς ὁμ.* etc. Haec verba (*διὰ τ. ὁμ. ἐπιπολάζοντα*) pertinent ad *ἀπαθέστατα*, quod hic est aduerbium, non adiectiuum. Rationem nempe reddunt, cur illa sint affectu vacua. Quaeuis enim res frequenter sub eadem forma visa vel audita vim omnem denique amittit: ergo et numeri diligenter ad venustissimam speciem vbique compositi. Pro Toupii versione en tibi aliam: *et propter similitudinem, quam inter se habent, sine vllo animi motu se iactant et efferunt*. Notandus est hic vsus verbi *ἐπιπολάζειν*. Germanice dicas: *sie prahlen bloss, und suchen hervorzustechen*. Lucianus Encom. Dem. c.

31. homines quosdam nominat, quos dicit *τῶν ῥαγδαίων ῥευμάτων οὐδὲν διαφέροντας, ἀνθρώπους ταπεινοὺς, ἀφορμῇ προσκαίρων θορύβων ἐπιπολάσαντας, καὶ πρὸς μικρὰν ταραχῆς ἐλπίδα θρασέως ἐξαναστάντας, εἶτα πτήξαντας* etc. Consuli de h. v. potest doctiss. Schneideri *Handwörterbuch.* Plerique omnes hic a sensu aberrant; longissime autem, vt mihi videtur, Portus, cuius haec sunt: „*ἐπιπολάζοντα: sensibus obuia;* i. e. quae facile agnoscuntur. *ἡ μεταφορὰ* ab oleo: *extantia, apparentia.*" Esto, ita vertamus: quid tum? aut cur Longinus hoc sibi ipse opponit? nam *si illa facile omnibus apparent,* eo magis fortasse omnium animos debent afficere.

§. 2. *ὅπως, ὥσπερ καὶ* etc.] Pro *ὅπως* Manutius edidit *ὅτι*, fortassis ex ingenio. Sed illud aliquando est idem, quod *ὅτι*. Vsitatius tamen pro *ὡς* ponitur. Itaque *ὥσπερ* potest pro glossa haberi. Commode enim sic procedit oratio: *ὅπως .... οὕτως*. Sed nihil muto.

ἀπὸ τοῦ πράγματος] Num *a cantici sententia,* vt Tollius aliique vertunt? Sed plerique obscurius; *a re.* Rectius, puto, interpretamur *ab actione,* vt intelligatur res quaecunque, in cuius administratione lyrica carmina cantabantur, *fabula scenica, ludus sacer, funeris cerimoniae.* Nam Tollii ratio primo res nimis affines comparari sumit, quod magnum est paraboles vitium. Deinde *ᾠδάριον* secundum eam non est *carmen,* sed tantum *rhythmus* carminis. Sed nec *πρᾶγμα*, singulari numero, de sententiis plurium *ᾠδαρίων* recte videtur dici.

προειδότας τὰς ὀφ. καταλήξεις] Nam cum vnum alterumue rhythmum siue ordinem, vt cl. Hermannus vocat, absolutum ex altiori clariorique nouae *ἄρσεως* sono intellexissent, facile sentiebant etiam reliquorum iam iam insecuturas clausulas, et inepta ostentatione et arrogantia aut intempestiua cupiditate paulo ante, quam oporteret, pedibus supplodebant.

ὑποκρούειν τοῖς λ.... τὴν βάσιν] Locus exquisitissimus. Est autem *ὑποκρούειν modulum vocis ictu pedis seruare. Pedem supplodere* vocat Seneca. Verbum vsurpat Plutarchus in Demosthene. *Παραυτίκα μὲν οὖν ὁ Φίλιππος ἐπὶ τῇ νίκῃ διὰ τὴν χαρὰν ἐξυβρίσας, καὶ κωμάσας ἐπὶ τοὺς νεκροὺς, μεθύων ᾖδε τὴν ἀρχὴν τοῦ Δημοσθένους ψηφίσματος, ΠΡΟΣ ΠΟΔΑ ΔΙΑΙΡΩΝ ΚΑΙ ΥΠΟΚΡΟΥΩΝ.* Idem in Apophtheg. *Ἐπεὶ δὲ ὁ*

Τιμόθεος ὁ κιθαρῳδὸς ἐλπίσας πλείονα, λαβὼν δὲ ἐλάττονα, δῆλος ἦν ἐγκαλῶν αὐτῷ, καί ποτε ᾄδων τουτὶ τὸ κομμάτιον, Σὺ δὲ τὸν γηγενέταν ἄργυρον ΑΙΝΕΙΣ, ἀπεσήμαινεν εἰς ἐκεῖνον· ΥΠΕΚΡΟΥΣΕΝ ὁ Ἀρχέλαος αὐτῷ, Σὺ δέ γε ΑΙΤΕΙΣ. Quae suauis ima sunt. Ceterum huc egregie facit Aristides Tom. II. p. 412. Ἦιδε μὲν γὰρ ἐγκλίνας τῶν χαρίτων εἵνεκα· ἀκροτελεύτιον δὲ ἐπεφθέγγετο ἐφ' ἑκάστῳ τῶν κομματίων, ὥσπερ ἐν μέλει, ταὐτόν. οἱ δὲ ἀκροαταὶ καὶ θεωμενοι οὕτω σφόδρα ἐξεπλήττοντο καὶ κατείχοντο ὑπὸ τοῦ μέλους, ὥσθ', ὅτε δὴ ἐγίγνοντο πρὸς τῷ ῥήματι, ἐκγελάσαντες αὐτοὶ ὑπέβαλον, οὐκ ΑΝΤΑΠΟΔΙΔΟΝΤΕΣ ὥσπερ ηχω την φωνην, ἀλλα ΠΡΟΛΑΜΒΑΝΟΝΤΕΣ. Confer cl. Tollium ad Longinum. Tovpivs. De βάσει diximus ad 39, 2.

§. 3. βραχυσύλλαβα] non *paucarum*, puto, sed *breuium syllabarum verba*, si quidem ad §. 1. refertur. Paucitas syllabarum sic pertinebit ad seq. sectionem.

ὡσανεὶ γόμφοις ... ἐπισυνδεδεμένα] Locus obscurus, si quis alius, praesertim cum auctor non addiderit exemplum. Videtur idem inesse, quod in antecedd. λίαν συγκείμενα et εἰς μικρὰ καὶ βρ. συγκεκομμένα; sed mirabili cum hyperbole, quam per se excusare debeat, vt auctor ipse 38, 5. dicit, motus quidam animi. Videtur ille cum indignatione quadam cogitasse de scriptore sententias ita minutis voculis concludente. Bene Portus: „ἐπαλλήλοις, *confertis.*" Sed quid sibi volunt verba κατ' ἐγκοπὰς καὶ σκληρότητας? De his interpretes ne γρύ. Petra vertit *incisim aspereque.* Hoc idem deinceps omnes; sed quo sensu? Ego quidem non intelligo. Veruntamen proferam aliquid, quod aliquando firmatum iri spero. Ἐγκοπὴ mihi videtur esse *excauatio* tabulae cum alia tabula committendae: nos dicimus *den Spund* et, opinor, *den Falz;* Gall. *la mortaise:* σκληρότης autem pars alterius tabulae ad ineundam illam exstans: nos dicimus *den Zapfen;* Gall. *le tenon.* Talia ligna inter se iuncta et coagmentata dicebantur, vt opinor, simpliciter συνδεδεμένα; sed, si clauis etiam multis firmata continebantur, ἐπισυνδεδεμένα (γόμφοις). Iam vt in materia tam arcte tamque firmiter commissa nullus est locus, vbi opus paulum diduci possit, sic in dicto breuibus syllabis coacto nullum verbum est, cuius pars aliqua lente pronuntiari possit et quasi diduci.

SECT. XLII.

§. 1. πηροῖ] Inde a Tollio vertunt, vt si scriptum esset πηροῦται, et proinde μέγεθος nominatiui loco habent, verbaque ὅταν εἰς λ. σ. βραχὺ referunt ad idem μέγεθος. Sic ergo potius secundum verba reddas: *Mutilat enim* (scil. nimia eloquendi breuitas) *sententiae magnitudinem, quando contrahitur in verba nimis breuia.* Nempe συνάγηται non ad μέγεθος refertur, sed ad φράσιν.

τὰ δεόντως συνεστρ.] *iusta breuitas*, quae notiones densat s. συστρέφει. Mox συντομία dicitur. Sic 24, 1. ἐπισυστρέφειν, *plura in vnum contrahere.* Dion. Hal. T. 2. p. 83. v. 23. συνέστραπται καὶ πεπύκνωται τοῖς νοήμασι, de eo, qui non est ἄκαιρος ἐν τοῖς πράγμασι καὶ μακρός. Cf. ibid. v. 34. Rursus p. 174. v. 44. τὸ ἐν πλάτει λέγειν et τὸ συστρέφειν opponuntur. Morvs. Idem M. in Animaduerss. addidit locum Demetrii Phalerei, qui §. 4. nimiae breuitatis haec exempla proponit: ὁ βίος βραχὺς, ἡ τέχνη μακρὰ, ὁ καιρὸς ὀξύς: et hoc iudicium subiicit: κατακεκομμένη γὰρ ἔοικεν ἡ σύνθεσις καὶ κεκερματισμένη, καὶ εὐκαταφρόνητος, διὰ τὸ μικρὰ (τὰ) σύμπαντα ἔχειν.

κωλύει τὸν νοῦν] Lego κολούει, id est *mutilat*, vt supra dixit πηροῖ, quod eodem recidit. Faber. Multum idem arridebat Tollio, nec non Wyttenbachio, qui in Bibl. Crit. Amst. I, 3. κολούειν sic vsurpari a Plutarcho monet, τὸ κωλύειν vero prorsus repudiat. Est sane alienum. Non enim significat *obscurare*, quo sensu ferri h. l. posse censebat Tollius; sed *prohibere aliquam actionem.* Nimis praecisa breuitas *mutilat* sensum, qui, quamvis luculentus, non potest non videri minutus pro verborum modulo. Recte igitur reposuisse videor κολούει.

συντομία] Inest in τοῖς δεόντως συνεστραμμένοις. Deinceps aptissimum est, quod sequitur, ἐπ' εὐθὺ (sc. ἄγει), *recta ducit*: nam σύντομος ὁδὸς vocatur *breuissima via.* Morus attulit locum Diodori Sic. 5, 30. ἐπ' εὐθείας, *directe*, quod opponatur incuruo; et illum Luciani iam a Tollio, vt ipse monet, comparatum, de hist. scr. c. 6. ὁδὸν ἐπ' εὐθὺ ἄγουσαν, *viam recta ducentem.*

§. 2. ὡς ἔμπαλιν τὰ ἐκτάδην etc.] A Longino sic scriptum videtur: ὡς ἔμπαλιν τὰ ἐκτάδην ἀποψύχεται, εἰς ἄκαι-

ρον μῆκος ἀναχαλώμενα. Quod reposuimus ἀποψύχεται, Valckenarii ingenio debetur. ἀναχαλώμενα confirmatur ab ipso Longino sect. 38. τὰ τοιαῦτα ὑπερτεινόμενα χαλᾶται. et sect. 39. ὅτι τῷ μήκει τῶν ἄκρων χρόνων συνεκλύεται καὶ διαχαλᾶται τὸ ὕψος τὸ ἀπότομον. Pearcius, cum pro vulgato ἀνακαλούμενα Dionysium Halicarnassensem laudat, errorem errore defendit. Locus est de Struct. p. 23. ταῦτα ἀνακέκληταί τε τοῖς χρόνοις, καὶ διαβέβηκεν ἐπὶ τὸ πολὺ ταῖς ἁρμονίαις. vbi Graece doctus facile legendum videat: ταῦτα ἀναβέβληταί τε τοῖς χρόνοις. Sic Dionys. l. c. p. 15. ἀναβεβλημένους καὶ βραδεῖς χρόνους. p. 23. ἀναβολήν τε ποιεῖ καὶ ἐγκοπὴν τῆς ἁρμονίας. Idem in Demost. p. 190. εἰ τὰ μὲν ἀναβεβλημένας ἔχει τὰς ἁρμονίας καὶ διεστώσας. Photius Bibl. p. 630. σχολαῖον μὲν, ἀλλ' οὐκ ἀναβεβλημένον βάδισμα. RVHNKENIVS. Locus inquinatissimus. Manutius, ἀπόψυχα γὰρ τὰ μῆκος ἄκαιρον. Lego et distinguo, Δῆλον δὲ, ὡς ἔμπαλιν τὰ ἐκτάδην ἀπόψυχα, ἅτε παρὰ μῆκος ἄκαιρον ἀναχαλώμενα. *Constat autem ea, quae nimis extenduntur, esse frigida et emortua, quippe quae ob intempestiuam longitudinem relaxentur.* Notanda vox ἐκτάδην, quae de *mortuis porrectis* dicitur. Lucian. Dial. Mort. p. 357. Ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ΕΚΤΑΔΗΝ ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος ἀντ' ἐκείνου νεκρός. Euripides in Hippolyto:

Ἤδη γὰρ ὡς νεκρόν νιν ΕΚΤΕΙΝΟΥΣΙ δή.

Lucillius in Epigram. Anthol. lib. 2. p. 268.

Λυσιτελεῖ θνήσκειν, εἶπε, καὶ ΕΞΕΤΑΘΗ.

M. Antoninus XI. 18. Ἀκαριαῖος ὁ ἀνθρώπινος βίος, καὶ μετ' ὀλίγον πάντες ΕΞΕΤΑΘΗΜΕΝ. Persius III. 103.

—— tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassoque lutatus amomo,
In portam rigidos calces EXTENDIT ——

Ad quem locum consulendus Casaubonus. Hinc festiue Longinus, τὰ ἐκτάδην ἀπόψυχα. Sed has venustates non adsecuti sunt Interpretes. Idem autem ἀπόψυχος et ἄψυχος, vt ἀπόδειπνος et ἄδειπνος, ἀπόμισθος et ἄμισθος, ἀπόσιτος et ἄσιτος, ἀπότιμος et ἄτιμος. de quibus Hesychius, Harpocratio, et vir doctissimus ad Gregorium. Ceterum cl. Valckenarius legebat, τὰ ἐκτάδην ἀποψύχεται. Quocum facit Aristides Vol. 2. p. 392. Καὶ ἀνάγκη δὴ κάτω φέρεσθαι τὸν τοιοῦτον ῥήτορα

ὑπὸ τῆς ἀμβλύτητος ΑΠΟΨΥΧΟΜΕΝΟΝ. Sed hoc tantundem est. Recte autem scripsimus, *παρὰ μῆκος ἄκαιρον*. Dionysius Halicarn. de Struct. Orat. cap. 15. *Τῶν γραμμάτων πολλὰς ἐχόντων διαφορὰς, οὐ μόνον* ΠΑΡΑ ΤΑ ΜΗΚΗ *καὶ τὰς βραχύτητας, ἀλλὰ καὶ* ΠΑΡΑ ΤΟΥΣ ΗΧΟΥΣ. Iulian. Orat. in Constantium: *Ὅσα* ΠΑΡΑ ΤΟ ΜΗΚΟΣ *παραλιπεῖν δοκῶ*. Noster in Prolegom. ad Hephaest. *Ἔτι ἡ συλλαβὴ* ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΟ *ὠνόμασται*. Auctor Epist. Themistocli adscript. p. 90. *Οὐδ' ἱππάσασθαι* ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΟ *χεῖρον ἂν μοι γένοιτο, οὔτε νηῒ χρήσασθαι. Nec deterior ero propter hoc, vel ad equitandum, vel ad naui vtendum.* Quae locutio restituenda Porphyrio de Abstin. I. 44. *Καὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἄρα τοῦτο τοῖς πολλοῖς καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν πράξει γίνεται.* Scribendum, ΠΑΡΑ *τοῦτο. Et hoc in causa est, cur multi tum verbis, tum factis, peccent.* Atque eadem medicina adhibenda Dionysio Halicarn. in Demosth. cap. 10. *Ὁ μὲν γὰρ ἀταμιεύτως τῇ κατασκευῇ κέχρηται· καὶ ἄγεται μᾶλλον ὑπ' αὐτῆς ἢ αὐτὴν ἄγει· καὶ οὐδὲ τὸν καιρὸν αὐτῆς ἐπίσταται λαβεῖν δεξιῶς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῦτον πολλάκις ἁμαρτάνει.* Legendum sine dubio, ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΟ *πολλάκις* ΑΜΑΡΤΑΝΕΙ. Quae locutio, quod nemo vidit, desumpta est a Platone in Phaedro. Quod notabis. Atque hinc illustrandus D. Paulus in prima ad Corinth. XII. 15. *Ἐὰν εἴπῃ ὁ πούς· ὅτι οὐκ εἰμὶ χεὶρ, οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ σώματος· οὐ* ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΟ *οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ σώματος; Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore: num propterea non est de corpore?* Confer Taylorum nostrum ad Demosth. de Coron. p. 712. vbi de hac locutione agit. TOVPIVS. Hic et ipse ineptus ego multum temporis perdidi: quod ne prorsus omne perierit, quaedam ad vsum, si quis esse potest, communem proferam. Manutius post *ἐκτάδην* posuit punctum. Eum male secuti sunt alii. Per se quidem breuitas elliptica mihi valde probaretur, vt auctoris propria, et conueniens antecedenti *συντομία δ' ἐπ' εὐθύ*. Sed ita demum illud recte haberet, si per se intelligeretur verumque esset, ea, quae latissime dicuntur, contra atque de breuitate nimia dictum est, sensum grauissimum et vim maximam habere. Hoc igitur quia falsum est, neque per se potest intelligi, quo loco haberi oporteat *τὰ ἐκτάδην*, necessario ad eandem sen-

tentiam adiungendum est *ἀπόψυχα, emortua sunt.* Alia ratio est τοῦ ἔμπαλιν 34, 3. init. et aliis locis cum simili breuitate claris. Lectio et explicatio Toupii misere claudicat. Ἅτε afferre solet causam proxime antecedentis aut consequentis sententiae: sed hic nos destituit. Nam ea, quae relaxantur, non ideo sunt *emortua,* siue *omni omnino vi carent.* Huic si quid opponas, verendum est, ne illa facias plane tautologa. Sed cur δῆλον vertit *constat?* quasi legatur ὁμολογεῖται? Non hic agitur de re historica. Sed talia mitto. Non autem silentio praetereunda est inconstantia in positis duobus verbis diuersae significationis, *frigida* et *emortua;* quae lectores facit incertos, vtrum a ψυχῇ an a ψύχει illud ἀπόψυχα compositum sit. Verbum ἐκταδην si e consilio auctoris cogitationem *hominis mortui et porrecti* afferret, nae ego Critici iudicium desiderarem. Imo dictum erat ante de sententiis paucitate verborum in angustum redactis: nunc contra tanguntur sententiae in longum tractae, ita vt nihil nisi spatium, per quod verba producuntur, cogitandum sit, sicut in ἐπεκτείνειν sect. 39. extr. Ergo non *festiue* lusit hoc loco auctor, neque mirum est, si tales venustates non assecuti sunt interpretes recti iudicii. Ceterum quoniam hic locus tam obscurus diuersis modis tentatus est, codicum ego verba religiose secutus γὰρ tantummodo mutaui in παρ', atque etiam ἀνακαλούμενα seruaui, pro quo Toupius recepit ἀναχαλώμενα. Cum illud ἀνακαλεῖσθαι et apud Dionysium Halicarnassensem et hic apud nostrum consensu librorum commendetur, et vero per se vsurpari possit tropo apto et perspicuo, et qui vitam tribuat rebus inanimis, id probari aut certe tolerari posse, vel vt ἅπαξ λεγόμενον, existimo. Nimis argute Morus discrimen ponit inter *retardationem numerorum,* quae hic, et quae apud Dionysium Hal. tangitur: nam prorsus nihil interesse videtur, neque hactenus quidquam obstare, quin alter locus alterius lectionem firmet. Verto igitur: *Ea rursus, quae verbis dilatantur, apparet, quasi emortua, vi omni carere, ea nempe, quae in nimiam longitudinem tracta retardantur.* De significatione τοῦ ΠΑΡΑ (*propter*) grammatici hodierni egerunt infinitis exemplis: et apud antiquos grammaticos nihil vsitatius est, quam vt, etymon ali-

nendis inseruiebat: de quo Pollux VIII. 42. et Clemens Alexandrinus Paedag. II. 9. Deinde sequitur, *κοῖλος ἄργυρος καὶ χρυσὸς ἀπειργασμένος.* de quibus abunde Salmasius in Obseruat. ad Ius Atticum et Romanum. Scriptor *ἀνώνυμος* apud Suid. v. *Εἰργασμένος· Πολλοὺς ὄψει ΠΛΟΥΤΟΝ ΕΙΡΓΑΣΜΕΝΟΝ αἰσχυνομένους.* Vbi per *πλοῦτον εἰργασμένον* intelliguntur *Vasa aurea et argentea. Argentum factum* vocat Cicero in Verrinis. Appian. in Punicis p. 41. *Χρυσίον δὲ ἐς Ῥώμην τάλαντα δέκα ἔπεμπε, καὶ ΕΛΕΦΑΝΤΑ ΕΙΡΓΑΣΜΕΝΟΝ.* vbi recte Interpres, *Ebur arte elaboratum.* Ceterum respexisse videtur Theopompus ad Aristoph. Lysist. 1191.

Στρωμάτων δὲ ποικίλων, καὶ χλανιδίων, καὶ ξυστίδων,
Καὶ χρυσίων, ὅσ' ἐστὶν ἐμοί,
Οὐ φθόνος ἔνεστί μοι
Πᾶσιν παρέχειν. TOVPIVS.

κοῖλος ἄργυρος] *argentea vasa depressis figuris.* v. Salmas. de modo vsur. p. 676. et Suidas in *κοῖλος.* Apud Xenoph. Memor. 3, 10, 1. *κοῖλα σώματα* sunt corpora, quorum partes plures sunt depressae: nam *ὑψηλὰ* opponit, in quibus plura eminent. MORVS.

καὶ πρὸς κατακοπὴν ἱερεῖα εἰς ταῦτα] Ita libri veteres, tum scripti, tum editi: sed locus ab interpunctione laborat. Quare lego et distinguo, praeeunte cl. Pearcio, *καὶ πρὸς κατακοπὴν ἱερεῖα.* Diodorus Sic. II. 26. *καὶ τοῖς στρατιώταις διαδοῦναι εἰς εὐωχίαν ΙΕΡΕΙΑ.* Heraclides in Persicis apud Athenaeum lib. 4. p. 145. *Ἔστι μὲν γὰρ τῷ βασιλεῖ χίλια ΙΕΡΕΙΑ τῆς ἡμέρας ΚΑΤΑΚΟΠΤΟΜΕΝΑ.* Quod plane gemellum est. Deinde scribe, *Εἰς ταῦτα καὶ πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων μέδιμνοι.* Idem *εἰς ταῦτα* et *πρὸς τούτοις.* quomodo supra locutus est Theopompus. Demetrius Pepagomenus in Prooemio de Podagra: *Καὶ ταῦτα εἰς βασιλέα τοιοῦτον, μεγίστην ἔχοντα καὶ θαυμασιωτάτην καὶ ἀληθῆ διάγνωσιν, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΑΥΤΑ ἣν ἂν οὐδεὶς δυνηθείη, ὡς ἐμοίγε δοκεῖ, ἐγγράφως κατ' ἀξίαν δηλῶσαι. Praesertim ad Imperatorem talem, summa scientia praeditum, quamque ADEO nemo, vt mihi videtur, pro eo ac meretur, oratione explicare possit.* Et hoc fortasse verum. De Theopompi autem Hellenismo alii viderint. Emendabat quidem Gul. Canterus, *πρὸς κατακοπὴν ἱερεῖα σιτευτά. Pecudes ad*

caedem saginatae. Quae quidem emendatio satis speciosa est. *Θρέμματα πρὸς ἱερουργίαν πιαινόμενα* vocat Philo apud Euseb. Praepar. p. 392. Polybius in Excerptis Valesii p. 178. *Ἦν μὲν φύσει σαρκινος, τότε δὲ καὶ κοιλίαν εἰλήφει, καὶ τῷ χρώματι παρὰ φύσιν ἐπικεκαυμένος ἦν, ὥστε δοκεῖν ἐν πανηγύρει που διαιτᾶσθαι παραπλησίως ΤΟΙΣ ΣΙΤΕΥΤΟΙΣ ΒΟΥΣΙΝ.* Ita scribendus iste locus. Athenaeus lib. 9. p. 384. *Θεόπομπος μὲν ἔφη ὁ Χῖος ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς, κἀν τῇ τρισκαιδεκάτῃ δὲ τῶν Φιλιππικῶν, Ἀγησιλάῳ τῷ Λάκωνι εἰς Αἴγυπτον ἀφικομένῳ πέμψαι τοὺς Αἰγυπτίους χῆνας καὶ ΜΟΣΧΟΥΣ ΣΙΤΕΥΤΟΥΣ. καὶ Ἐπιγένης δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Βάκχαις φησὶν, ἀλλ' εἴ τις ὥσπερ χῆν' ἔτρεφέ με λαβὼν ΣΙΤΕΥΤΟΝ.* Senarius Epigenis, qui pedibus aeger est, ita refingendus et numeris suis restituendus est:

Ἀλλ' εἴ τις ὥσπερ χῆνά μ' ἔτρεφεν λαβὼν
Σιτευτόν ———

Ceterum hic locus Theopompi haud paulo emendatius legitur apud Athenaeum infra lib. 14. p. 657. Quod miror non animaduertisse Interpretes. Tovpivs. Si *εἰς ταῦτα* trahimus ad sequentia, membrum *καὶ πρὸς κατακ. ἱερεῖα* fit iusto breuius et *κολούει τὸν νοῦν*, vt supra dicitur; insequens autem propter insolentem verborum collocationem molestum. Pro hac duritie praestaret sequi Tollium, qui e coniectura Canteri Nov. Lect. II, 25. *σιτευτὰ* recepit: nam in ed. Toupii, ipso, vt videtur, invito, item irrepsit *σιτευτά*. Sed *εἰς ταῦτα* non est *ἐπὶ τούτοις, praeter haec,* verum *ἐν τούτοις, inter haec, in his,* scil. *ὑποζυγίοις.* Quam saepe *εἰς* pro *ἐν* ponatur, itemque apud Latinos *in* cum accusatiuo, vbi communis sermo *in* et ablatiuum poscit, nemo lector Longini potest ignorare.

πολλοὶ δ' οἱ θύλακοι] Hic Theopompi locus etiam laudatur ab Athenaeo II. p. 67. F. vbi recte abest articulus *οἱ*. Pro *θύλακοι* Athenaei Epitome MS. Paris. exhibet *θύλακες*. quae forma, vt rarior, praeferenda. Eandem redde Artemidoro I. 57. ex Suida v. *Θύλακες*, quamvis dissentiente Kustero, et ex MS. Polluci X. 149. Vide Hesych. v. *Μαλάγας*, et ibi Interpretes. Alteram formam *θυλὰς* restituimus Callimacho Fragm. 360. nec poenitet coniecturae. Rvhnkenivs.

χάρται βιβλίων] Ita locutus est Graecus Interpres Ieremiae XLIII. 2. *Λάβε σεαυτῷ ΧΑΡΤΗΝ ΒΙΒΛΙΟΥ καὶ γράψον ἐπ' αὐτοῦ πάντας τοὺς λόγους, οὓς ἐχρημάτισα πρὸς σέ.* Confer etiam cl. Salmasium ad Vopisci Firmum. Sed locutio ista deterioris Hellenismi est. Quod viros doctissimos fefellit. Athenaeus, qui hunc locum Theopompi laudauit, vocem *χάρται* non agnoscit. Hinc legendum censuit vir doctissimus, *σάκκοι χαρτων καὶ βιβλίων*. Quocum facit Eunapius in Aedesio: *ΣΑΚΚΙΑ τε ἀδρὰ καὶ ὑπόμεστα βιβλιδίων.* nec non Plautus in Persa:

Librorum eccillum habeo plenum soracum.

Sed quid Persae cum chartulis? vel quomodo, quaeso, ista *βιβλία* erunt *χρήσιμα πρὸς τὸν βίον, ad victum necessaria?* Adde quod vox *χάρται*, quam exhibet Longinus, non de nihilo est. Equidem aut fallor, aut legendum, *πολλοὶ δὲ θύλακοι, καὶ σάκκοι, καὶ χύτραι βολβῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων χρησίμων. Multa vasa panaria, multi sacci et ollae bulborum.* Bulbus est *res culinaria*, et tum ad *victum*, tum ad *venerem*, facit. de quo viri docti ad Theocritum et Athenaeum. Notum illud Iuuenalis VII. 120.

—— *Veteres, Afrorum epimenia,* BVLBI.

Ad quem locum consulendi Interpretes. Anaxandrides Comicus apud Athenaeum lib. 4. p. 131. de nuptiis Iphicratis:

Φερνάς τε λαβεῖν, δύο μὲν ξανθῶν
Ἵππων ἀγέλας, χρυσοῦν τε σάκος,
Φιάλην λεπαστὴν, χιόνος τε πρόχουν,
Κέγχρων τε ΧΥΤΡΑΝ, ΒΟΛΒΩΝ τε σιρὸν
Δωδεκάπηχυν,
Καὶ πουλυπόδων ἑκατόμβην.

Ita scribendus et disponendus iste locus, quem perperam administrauit magnus Casaubonus. Nempe *bulbi* et *polypi* ad venerem iuuant et *νεογάμοις* prosunt. Hinc iocus Comici. *Ὑποβινητιῶντα βρώματα* vocat Menander. Athenaeus lib. 8. p. 356. *ὁ δὲ Πώλυψ συνεργεῖ μὲν ἀφροδισίοις — ἐμφανίζει δὲ καὶ Ἄλεξις ἐν Παμφίλῃ τοῦ πολύποδος τὸ χρήσιμον, λέγων ὧδε·*

Ἐρῶν τί δ' ἐκτήσω; τί μᾶλλον συμφέρει
Ὧν νῦν φέρων πάρειμι; κήρυκας, κτένας,
ΒΟΛΒΟΥΣ, μέγαν τε ΠΟΥΛΥΠΟΥΝ, ἰχθῦς θ' ἁδρούς.

Ita scribendi sunt isti versiculi. Huc facit Aristophanes in Eccles. 1084.

Πῶς οὖν δικωπεῖν ἀμφοτέρας δυνήσομαι;

Καλῶς, ἐπειδὰν καταφάγῃς ΒΟΛΒΩΝ ΧΥΤΡΑΝ.

Confer Suid. v. *βολβός*. Cambyses autem homo *λαγνίστατος*. de quo Athenaeus lib. 13. p. 560. Hinc festiue Theopompus *βολβῶν χύτραι*. Quod inprimis notandum. Tovpivs.

λόφους ἀντωθουμένους] Libri alii *ἀντωθουμένους*, alii *ἀνωθουμένους*. Neutrum recte. Scribendum sine dubio, *ὄχλους καὶ λόφους ΣΥΝΩΘΟΥΜΕΝΟΥΣ*. *Colles tumulosque congestos. thrown together*. Sextus Empiric. aduers. Mathem. p. 647. *ἀπὸ τῶν περάτων ἐπὶ τὸ μέσον ΣΥΝΩΘΟΥΜΕΝΑ*. Xenoph. Oeconom. p. 863. *Ἐπειδὰν δὲ καθάρῃς, ἔφη, τὸν σῖτον μέχρι τοῦ ἡμίσεως τῆς ἅλω, πότερον εὐθὺς οὕτω κεχυμένου τοῦ σίτου λικμήσεις τὰ ἄχυρα τὰ λοιπὰ, ἢ ΣΥΝΩΣΑΣ τὸν καθαρὸν πρὸς τὸν πόλον ὡς εἰς στενώτατον;* De hoc loco, qui insignis est, non ita pridem scripsit doctissimus Ernestus in Epistola ad cl. Bachium. Sed vocem *πόλον*, quae manifesto corrupta est, expedire non potuit vir optimus. Proculdubio scribendum, *Συνώσας τὸν καθαρὸν ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΤΟΙΧΟΝ. Aduersus murum. Against the wall.* Lucianus in Asino: *Καὶ πάλιν ΣΥΝΩΘΕΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΤΟΙΧΟΝ.* Ceterum Theopompi manum agnoscit infra Longinus, *Οὓς ὄχλους λέγει ΣΥΜΒΕΒΛΗΣΘΑΙ. Quos congestos dicit esse tumulos.* Qui locus notandus: nam nostram emendationem egregie confirmat. Tovpivs. *Ἀνωθουμένους:* Si codex mendo caret, vertes, *in altum surgentes*. Portvs. Hoc etiam a Manutio editum *ἀνωθουμένους* ego scribi curaui, quia e codd. ductum est, et quia *tumuli in altum congesti* maioris copiae suspicionem iniiciunt, quam *συνωθούμενοι*, simpliciter *congesti*. Verbo *συμβεβλῆσθαι* (§. 4.) frustra Toupius vtitur ad defendendum quod ipse scripsit, *συνωθουμένους*. Nam Longinus ibi, vt solet, alio verbo idem fere, non prorsus idem, significauit. Ceterorum librorum lectiones *αὐτωθουμένους*, *αὐτῷ θ.* et *ἀντωθουμένους* sunt nihili: et Tollii coniectura *ἀνορθουμένους* iam non opus est.

§. 3. *ἅμα τῇ θαυμαστῇ τῆς ὅλης παρασκευῆς ἀγγελίᾳ*] Libri scripti cum Robortello, *ἀλλὰ τῇ*. Manutius, *Καὶ τῇ*. Deinde MS. Eliens. *ἀπαγγελίᾳ*. Recte. Rescribo,

Ἀλλὰ καὶ τῇ θαυμαστῇ τῆς ὅλης παρασκευῆς ἀπαγγελίᾳ. Quin et praeclarae totius apparatus narrationi panaria et condimenta et sacculos immiscens, imaginem quandam culinae exhibuit. Aliud est *ἀγγελία*, aliud *ἀπαγγελία*. Dionysius Halicarn. in Censur. Vet. p. 126. *ὁ Λυσιακὸς λόγος σύντομος καὶ στενὸς κατὰ τὴν ΑΠΑΓΓΕΛΙΑΝ.* Idem de Struct. Orat. cap. 10. *Ἔφθακε τὴν τοῦ λίθου φορὰν τὸ τῆς ΑΠΑΓΓΕΛΙΑΣ τάχος.* Philostratus Vit. Sophist. II. 20. *Σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγγελίαν δοκεῖ καὶ βεβηκώς.* Scribe *ΤΗΝ ΑΠΑΓΓΕΛΙΑΝ.* Quae vox restituenda Plutarcho de Audit. p. 45. *Καὶ γὰρ ὁ Πλάτων τὸν Λυσίου λόγον οὔτε κατὰ τὴν εὕρεσιν ἐπαινῶν, καὶ τῆς ἀταξίας αἰτιώμενος, ὅμως αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν ἐπαινεῖ.* Scribe, *ΤΗΝ ΑΠΑΓΓΕΛΙΑΝ.* Restituenda etiam Achilli Tatio in Amor. lib. 5. *ὁ γὰρ λογισμὸς πέμπων τῆς ψυχῆς τὰ ὄμματα πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τῶν γραμμάτων, ἐδείκνυε τὰ ὁρώμενα ὡς δρώμενα.* Scribendum, *πρὸς τὴν ΑΠΑΓΓΕΛΙΑΝ.* Eodem vitio laborat venustissimus Heliodorus Aethiop. lib. 6. *Εἴ τι φράζειν ἔχετε, θᾶττον ἐξείπατε πρὸς θεῶν, μηδὲ ἐπιτείνητέ μοι τὴν συμφορὰν παρολκῇ τῆς ἐπαγγελίας.* Scribendum, *παρολκῇ τῆς ΑΠΑΓΓΕΛΙΑΣ.* Locus ita vertendus est: *Si quid habetis, ocyus exponite per deos, neque augeatis nostram calamitatem narrationis prolixitate.* Interpres hic tota via aberrauit. TOVPIVS.

μεταξὺ τῶν χρυσίων καὶ λιθοκολλήτων κρατήρων] Legebam *τῶν χρυσέων* siue *χρυσῶν*. *Inter aureos et gemmatos crateras.* Sed libri omnes *χρυσίων*. Quare recte Pizimentius, *Inter aurum et crateras.* Quicquid ex auro factum est, *χρυσίον* siue *χρυσία* vocant Graeci. Plutarch. de Adulat. *Ὁρᾷς, ἔφη, τὰ παιδάρια ταυτὶ τὰ τὴν μηλίδα τρίβοντα; πάνυ σοι προσεῖχε τὸν νοῦν σιωπῶντι, καὶ τὴν πορφύραν ἐθαύμαζε καὶ ΤΑ ΧΡΥΣΙΑ.* Alciphron I. 36. *Τί οὖν; οὐ ποτήρια ἐστὶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ὑμῖν; μὴ ΧΡΥΣΙΑ τῆς μητρός;* Confer Aristoph. Lysist. 1193. S. Petrum Epist. prior. III. 3. *Χρυσὸν ἀπειργασμένον* vocat supra Theopompus. Ad quem locum nonnulla adnotauimus. Haud aliter Terent. Heaut. III. 1.

Primum iam ancillas secum adduxit plus decem
Oneratas veste atque AVRO —— TOVPIVS.

ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν προκοσμημάτων] Pearcius vertit: *super haec ipsa ornamenta.* Melius sic: *in illo ipso*

apparatu. Nos ita fere possimus exprimere: *eben bei jener Gelegenheit, da diese schönen Sachen dort vorkamen.* Praepositio ἐπὶ saepe apud Longinum vsurpata occurrit, vt verti possit *in* vel *inter.* Sed pro verbo προκοσμημάτων malim legere generale aliquod nomen, quo exprimi possint omnes illae res Persarum regi dono allatae. An probari potest προςκομισμάτων? Auctoritate, puto, caret hoc verbum: sed per se apte h. l. dicerentur προςκομίσματα, *res allatae.* Ergo nisi quis hoc firmare possit, aliud, vt mihi videtur, exquirere debebit.

μαγειρείου τινὰ φαντασίαν] Quid? annon hic μαγειρεῖον est *culina?* nonne repugnat sententiae viri docti, quam ad 32, 5. protuli. Minime quidem. Potest esse *popina*, vti idem Sturzius interpretatur apud Theophrastum, Charactt. 6, 4. Aut, si hoc displicet, (quoniam, quae venduntur cocta, non conueniunt θυλάκοις et σακκίοις) quaerendum videtur, annon coqui in locis illis, vbi versabantur aut habitabant, in μαγειρείοις, secum habuerint palamque exposuerint nonnulla ad rem culinariam pertinentia. Id res ipsa facit probabile: sed aliquo testimonio erit confirmandum. Sed monuisse sufficit, μαγειρεῖον hic non esse necessario *culinam.*

φέρων μ. ἔθηκε] Pearcius ad verbum interpretatur *ferret poneretque.* Ceteri τὸ φέρων plane non exprimunt. Vertas licet: *sedulo et studiose poneret.* Pertinet huc φέρων ἀπέδωκε 36, 2. Copiose de hoc vsu participii φέρων dixi in Pleonasmis Graecis.

§. 4. οὓς ὄχλους λέγει συμβεβλῆσθαι] Ineptissime Gabriel, *quos dicit coniectura habitos esse colles.* Rectissime Tollius, *quos congestos narrat tumulos.* Quem et sequi debuerat noster Pearcius. Quae sequuntur, Παρέκειτο — οὕτως ἀλλάξας εἰπεῖν, non bene conueniunt, vt ille ait. Nos egregie rescripsimus, *ΑΜΑΞΑΣ* εἰπεῖν, *ΚΑΙ* καμήλους. *Plaustra et camelos.* Plutarchus in Mario: Βουληθέντος ἐπιδεῖν μὴ μόνον τὰ ὅπλα καὶ τοὺς ἵππους, ἀλλὰ καὶ ΤΟΥΣ ΟΡΕΙΣ καὶ ΤΑΣ ΑΜΑΞΑΣ. Graeci Interpretes ad Genes. XLV. 27. Ἰδὼν δὲ τὰς ΑΜΑΞΑΣ, ἃς ἀπέστειλεν Ἰωσὴφ, ὥστε ἀναλαβεῖν αὐτὸν, ἀνεζωπύρησε τὸ πνεῦμα Ἰακὼβ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. De *hamaxis* siue *plaustris* consulendus accuratissimus Mazochius in Tab. Heracl. p. 359. TOVPIVS. Ingeniosa sane leuique litterarum mutatione facilis et hactenus egregia est Toupii, vt ipse iudi-

cat, coniectura, ex qua pro *ἀλλάξας* non modo legi posse statuit, sed (quod nolim factum) recepit *ἁμάξας*. Excusandus tamen vir doctus, quia iam Morvs haec adsperserat: „*ἀλλάξας*: Vnde pendet hic nominatiuus? Num in hoc commate e *παρέκειτο* intelligendum *ἐδύνατο?*“ Apparet solum nominatiuum *ἀλλάξας* cum inf. *εἰπεῖν* viros illos offendisse. Mirum hoc esset, nisi saepe pluribus rebus intentus animus quaedam non videret. Nihil vsitatius est apud Graecos, quam nominatiuus cum infinitiuo. Sed poterat auctor etiam ita construere: *Παρέκειτο* (sc. *τῷ Θ. in procliui erat Theopompo*) ... *καὶ* (*τὰ*) *περὶ τ. α. π. ἀλλάξαντι εἰπεῖν* etc. vel etiam sic: *Παρέκειτο* (absolute, sine casu, *in promtu erat*) *τὸν Θ.... ἀλλάξαντα εἰπεῖν* (*vt Th. oratione mutata diceret*). Sed placuit auctori tertia, quae datur, ratio: *Παρέκειτο* (rursus absolute), *ὥςτε* (hoc enim saepe praemittitur) *ὁ Θ. εἰπεῖν*. Falsam Petrae versionem *tumulos coniectura habitos fuisse* Pearcius et suam fecit: cui, vt alia taceam, aduersatur statim insequens sententia, *καὶ περὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς*: nam *error* hominum, qui putabant *ὄχθους εἶναι*, profecto non pertinebat ad *παρασκευήν*. Respicit igitur Longinus ad *σωροὺς γενέσθαι*.

σωροὺς ὀνομάσαι] Est *aceruos* (*nomine hoc aceruorum vtentem*) *dicere*. Nempe *ὀνομάζειν* sic passim vsurpatur, vt non sit *nominare* vel *appellare*, sed *dicere aliquid, certo verbo* aut *certis verbis vtentem*. Exemplis hoc illustraui in Pleonn. Graecis sub *εἶναι* §. 5. p. 98 s.

ἢ πάντα, ὡς ἐβούλετο, αὐτάρκη οὕτως θεῖναι] Sic non male Manutius. Dionysius Halic. Antiq. Rom. I, 44. *Ἡρακλῆς δὲ ἐπειδὴ τά τε κατὰ τὴν Ἰταλίαν ΑΠΑΝΤΑ, ΩΣ ΕΒΟΥΛΕΤΟ, κατεστήσατο*. Poteris etiam scribere, *πάντα ὅσα ἐβούλετο*. Demetrius Phalereus de Elocut. §. 276. *Εἴρηκε ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΕΒΟΥΛΕΤΟ*. Dio in Vespas. *Ἐξουσίαν εἶχε ΠΑΝΘ᾽ ΟΣΑ ΕΒΟΥΛΕΤΟ καὶ ἄνευ τῆς αὐτοῦ προςτάξεως διοικεῖν*. Confer cl. Taylor. ad Demosth. *Περὶ Παραπρεσβ.* p. 371. Tovpivs. Mirabile est iudicium Toupii de *ὡς ἐβούλετο*. Haec verba in omnibus libris exstant, neque vlla ex parte suspecta aut dubia sunt: sed propter breuitatem videntur obscuriora. Nos *εἴπερ π., ὡς ἐβ.* sic interpretamur: *si omnia* (enumeranda censuit), *sicut voluit*, (quamquam vix potuit, quod voluit.) Ita haec videntur capienda; ne ge-

neratim quidem enumerando Theopompum omnia consequi potuisse. Sed monendum erat etiam de antec. verbo *μᾶλλον*. Id post *ἡδυπαθείας* in Vat. 3. et ed. Manutii adiectum est: in ceteris libris mss. et impressis non reperitur; nisi quod in ed. 1. pro eo est asteriscus. Receperat illud Tollius; Morus intelligi malebat. Mihi revocandum videbatur, quia propter antecedens *ἢ*, *aut*, lector incertior est, vtrum et hic *aut* significet, an, quod exspectare debet, *quam*.

αὐτάρκη] Sunt h. l. *per se singula*, quae alias *αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ* dici solent. Dixerat auctor ab initio, licuisse Theopompo *ὡς ὁλοσχερῶς ἐπελθεῖν*, *quasi confertim res iunctas persequi*. Huic opponitur *πάντα αὐτάρκη θεῖναι*, *nominatim singula percensere*.

§. 5. *τὰ τοῦ π. ο. περιηθήματα*] Manutius edidit *περιττώματα*: sed editio prima et Msti Par. El. [Laurent.] et Vatt. duo habent *περιθήματα*: quae vox nos ad veram lectionem ducit *περιηθήματα*: nam *περιήθημα* est *id, quod quasi per colum circumquaque distillat*, seu (vt Budaeus interpr.) *excolamentum, percolamentum, ἠθητὸν περίττωμα*; cuiusmodi est *vrina* et *sudor*, vt videre est in sequentibus, quae (notante Stephano in suo Lexico) apud Galenum occurrunt. *Οὐρόν ἐστι τὸ περιήθημα τοῦ αἵματος ἐν τῇ μεγάλῃ φλεβί*, et *Ἱδρώς ἐστι τὸ περιήθημα τῆς ἐν τῷ αἵματι λεπτῆς καὶ ὀῤῥώδους ὑγρασίας*. Pearcivs. Robortellus cum libris scriptis *περιθήματα*. Vnde recte dedit vir doctissimus *περιηθήματα*. *Totius corporis excolamenta*. Vocem, quae paulo rarior est, praeter Galenum vsurpat Dioscorides I, 101. Manutius, *τὰ περιττώματα*. Non male. *Τὰ σωματικὰ περιττώματα* vocat Philo II. p. 674. Locus autem Xenophontis, ad quem respexit Longinus, ita legitur Memorab. I, 4. *Ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυσχερῆ, ἀποστρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς, καὶ ἀπενεγκεῖν ᾗ δυνατὸν προσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων*. Vbi notanda *τὰ ἀποχωροῦντα*. *Excrementa*. Hinc eleganter Plutarchus in Lycurgo: *Θακεύειν ἐν ΑΠΟΧΩΡΗΣΕΙ*. de quo nos ad Suid. III. p. 313. Confer Hesych. v. *Θακεύουσι*. et Artemidor. I, 2. p. 8. vbi glossa manifesta. *Ἀποκρίνειν* et *ἀπόκρισιν* vocant nonnulli. Philolaus apud Stobaeum Eclog. Phys. p. 60. *ζῶα μηδὲν περιττωματικὸν ΑΠΟΚΡΙΝΟΝΤΑ*. Epigram. Anthol. lib. 4. p. 495.

cat, coniectura, ex qua pro *ἀλλάξας* non modo legi posse statuit, sed (quod nolim factum) recepit *ἁμάξας*. Excusandus tamen vir doctus, quia iam MORVS haec adsperserat: „*ἀλλάξας*: Vnde pendet hic nominatiuus? Num in hoc commate e *παρέκειτο* intelligendum *ἐδύνατο?*" Apparet solum nominatiuum *ἀλλάξας* cum inf. *εἰπεῖν* viros illos offendisse. Mirum hoc esset, nisi saepe pluribus rebus intentus animus quaedam non videret. Nihil vsitatius est apud Graecos, quam nominatiuus cum infinitiuo. Sed poterat auctor etiam ita construere: *Παρέκειτο* (sc. *τῷ Θ. in procliui erat Theopompo*) ... *καὶ* (*τὰ*) *περὶ τ. α. π. ἀλλάξαντι εἰπεῖν* etc. vel etiam sic: *Παρέκειτο* (absolute, sine casu, *in promtu erat*) *τὸν Θ.... ἀλλάξαντα εἰπεῖν* (*vt Th. oratione mutata diceret*). Sed placuit auctori tertia, quae datur, ratio: *Παρέκειτο* (rursus absolute), *ὥστε* (hoc enim saepe praemittitur) *ὁ Θ. εἰπεῖν*. Falsam Petrae versionem *tumulos coniectura habitos fuisse* Pearcius et suam fecit: cui, vt alia taceam, aduersatur statim insequens sententia, *καὶ περὶ τῆς ἄλλης παρασκευῆς*: nam *error* hominum, qui putabant *ὄχθους εἶναι*, profecto non pertinebat ad *παρασκευήν*. Respicit igitur Longinus ad *σωροὺς γενέσθαι*.

σωροὺς ὀνομάσαι] Est *aceruos* (*nomine hoc* a c e r u o r u m *vtentem*) *dicere*. Nempe *ὀνομάζειν* sic passim vsurpatur, vt non sit *nominare* vel *appellare*, sed *dicere aliquid, certo verbo aut certis verbis vtentem*. Exemplis hoc illustraui in Pleonn. Graecis sub *εἶναι* §. 5. p. 98 s.

ἢ πάντα, ὡς ἐβούλετο, αὐτάρκη οὕτως θεῖναι] Sic non male Manutius. Dionysius Halic. Antiq. Rom. I, 44. *Ἡρακλῆς δὲ ἐπειδὴ τά τε κατὰ τὴν Ἰταλίαν ΑΠΑΝΤΑ, ΩΣ ΕΒΟΥΛΕΤΟ, κατεστήσατο.* Poteris etiam scribere, *πάντα ὅσα ἐβούλετο*. Demetrius Phalereus de Elocut. §. 276. *Εἴρηκε ΠΑΝΤΑ ΟΣΑ ΕΒΟΥΛΕΤΟ*. Dio in Vespas. *Ἐξουσίαν εἶχε ΠΑΝΘ' ΟΣΑ ΕΒΟΥΛΕΤΟ καὶ ἄνευ τῆς αὐτοῦ προστάξεως διοικεῖν*. Confer cl. Taylor. ad Demosth. *Περὶ Παραπρεσβ.* p. 371. TOVPIVS. Mirabile est iudicium Toupii de *ὡς ἐβούλετο*. Haec verba in omnibus libris exstant, neque vlla ex parte suspecta aut dubia sunt: sed propter breuitatem videntur obscuriora. Nos *εἴπερ π., ὡς ἐβ.* sic interpretamur: *si omnia* (enumeranda censuit), *sicut voluit*, (quamquam vix potuit, quod voluit.) Ita haec videntur capienda; ne ge-

neratim quidem enumerando Theopompum omnia consequi potuisse. Sed monendum erat etiam de antec. verbo *μᾶλλον*. Id post *ἡδυπαθείας* in Vat. 3. et ed. Manutii adiectum est: in ceteris libris mss. et impressis non reperitur; nisi quod in ed. 1. pro eo est asteriscus. Receperat illud Tollius; Morus intelligi malebat. Mihi revocandum videbatur, quia propter antecedens *ἢ*, *aut*, lector incertior est, vtrum et hic *aut* significet, an, quod exspectare debet, *quam*.

αὐτάρκη] Sunt h. l. *per se singula*, quae alias *αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ* dici solent. Dixerat auctor ab initio, licuisse Theopompo *ὡς ὁλοσχερῶς ἐπελθεῖν*, *quasi confertim res iunctas persequi.* Huic opponitur *πάντα αὐτάρκη θεῖναι*, *nominatim singula percensere.*

§. 5. *τὰ τοῦ π. ο. περιηθήματα*] Manutius edidit *περιττώματα:* sed editio prima et Msti Par. El. [Laurent.] et Vatt. duo habent *περιθήματα:* quae vox nos ad veram lectionem ducit *περιηθήματα:* nam *περιήθημα* est *id, quod quasi per colum circumquaque distillat*, seu (vt Budaeus interpr.) *excolamentum, percolamentum*, *ἠθητὸν περίττωμα;* cuiusmodi est *vrina* et *sudor*, vt videre est in sequentibus, quae (notante Stephano in suo Lexico) apud Galenum occurrunt. *Οὐρόν ἐστι τὸ περιήθημα τοῦ αἵματος ἐν τῇ μεγάλῃ φλεβί*, et *ἱδρώς ἐστι τὸ περιήθημα τῆς ἐν τῷ αἵματι λεπτῆς καὶ ὀῤῥώδους ὑγρασίας.* Pearcivs. Robortellus cum libris scriptis *περιθήματα.* Vnde recte dedit vir doctissimus *περιηθήματα.* *Totius corporis excolamenta.* Vocem, quae paulo rarior est, praeter Galenum vsurpat Dioscorides I, 101. Manutius, *τὰ περιττώματα.* Non male. *Τὰ σωματικὰ περιττώματα* vocat Philo II. p. 674. Locus autem Xenophontis, ad quem respexit Longinus, ita legitur Memorab. I, 4. *Ἐπεὶ δὲ τὰ ἀποχωροῦντα δυσχερῆ, ἀποστρέψαι τοὺς τούτων ὀχετοὺς, καὶ ἀπενεγκεῖν ᾗ δυνατὸν προσωτάτω ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων.* Vbi notanda *τὰ ἀποχωροῦντα.* *Excrementa.* Hinc eleganter Plutarchus in Lycurgo: *Θακεύειν ἐν ΑΠΟΧΩΡΗΣΕΙ.* de quo nos ad Suid. III. p. 313. Confer Hesych. v. *Θακεύουσι.* et Artemidor. I, 2. p. 8. vbi glossa manifesta. *Ἀποκρίνειν* et *ἀπόκρισιν* vocant nonnulli. Philolaus apud Stobaeum Eclog. Phys. p. 60. *ζῶα μηδὲν περιττωματικὸν ΑΠΟΚΡΙΝΟΝΤΑ.* Epigram. Anthol. lib. 4. p. 495.

Οὐ βαλανεῖον ἔην προπάροιθε τὸ νῦν βαλανεῖον,
Ἀλλὰ τόπος σκυβάλων, φῶρος ΑΠΟΚΡΙΣΙΟΣ.

Ceterum huc elegantissime allusit Ambrosius Hexaëm. VI, 9. *Decore creator noster ductus reliquiarum a vultu hominis auertit, ne, dum aluum purgamus, inquinaremus aspectum.* Tovpivs.

κατὰ τὸν Ξενοφῶντα] Memor. I, 4, 6.

§. 6. *Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπ' εἴδους δεῖ*]. MSS. Par. et Vat. *οὐκ ἐπιδοὺς ἐπείγει.* Scribendum, *Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐπ' εἴδους ἐπείγει τὰ μικροποιὰ διαριθμεῖν. Sed haud necesse est, ea quae orationem deturpare solent, particulatim enumerare.* Quae verissima et elegantissima lectio. Athenodorus apud Athenaeum lib. 12. p. 520. *Μετ' οὐ πολὺ γινομένων αὐτοῖς σημείων πολλῶν τῆς ἀπωλείας, περὶ ἧς νῦν ΟΥΚ ΕΤ' ΕΠΕΙΓΕΙ ΛΕΓΕΙΝ, διεφθάρησαν. Deinde haud ita multo post, cum instantis exitii non pauca praesagia accidissent, quae hic commemorare nihil refert, tandem interierunt.* Aristides Vol. 2. p. 342. *Ἀλλὰ γὰρ εὐφημότατα καὶ κάλλιστα εἰρηκὼς Ἡρόδοτος περὶ Αἰγύπτου καὶ Νείλου — ἔσθ' ἃ καὶ μείζω παρέλιπεν, ὧν εἰπεῖν* (leg. *ὧν περὶ*) *αὖ νῦν ΟΥΔΕΝ ΕΠΕΙΓΕΙ ΛΕΓΕΙΝ.* Idem Vol. 2. p. 220. *Ἔχων δὲ λέγειν καὶ περὶ τῶν ὕστερον αὐτοῦ συμφορῶν — ἐβουλόμην ἂν ἐν τούτῳ χρείας εἶναι τὸν λόγον, ὥστε καὶ περὶ τούτων ΕΠΕΙΓΕΙΝ διελθεῖν.* Euseb. Eccles. Hist. IV, 18. *Καὶ ἄλλος ὁ πρὸς Ἕλληνας λόγος, ἐν ᾧ περὶ τῆς τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει φύσεως, ἃ οὐδὲν ἂν ΕΠΕΙΓΕΙ τανῦν παρατίθεσθαι.* Arrian. Epictet. I, 17. *Ἀλλ' ΕΠΕΙΓΕΙ μᾶλλον θεραπεύειν καὶ τὰ ὅμοια.* Iosephus Iud. Antiq. p. 445. Ed. Haverc. *Ὅθεν οὔ μοι δοκεῖ νῦν ΕΠΕΙΓΕΙΝ ὑμᾶς εἰς Ἱεροσόλυμα πορευθέντας εἰς τὴν τῶν ἐχθρῶν πόλιν μακρὰν οὕτως ὁδὸν προσκυνεῖν. Quod cum ita sit, haud necesse esse puto, vt longo adeo itinere Hierosolyma, vrbem hostilem, contendatis religionis ergo.* Ita vertendus iste locus. Interpres ineptit. Idem Antiq. Iud. p. 457. *Ἀλλὰ τὰ περὶ μὲν τούτου τοῦ βασιλέως οὐ νῦν ΚΑΤΕΠΕΙΓΕΙ ΛΕΓΕΙΝ.* Diodorus Sic. II, 22. *Τὰ δὲ ὀνόματα πάντων τῶν βασιλέων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐτῶν, ὧν ἕκαστος ἐβασίλευσεν, ΟΥ ΚΑΤΕΠΕΙΓΕΙ ΓΡΑΦΕΙΝ.* Ita scribendus iste locus, quem frustra suspectum habuerunt viri doctissimi. Hinc *τὰ κατεπείγοντα. Necessaria. Vrgent Affairs.* Hermogenes *περὶ*

στάσεων cap. 5. *Οὐδὲν γὰρ δεῖ περὶ τῶν μὴ ΚΑΤΕΠΕΙΓΟΝΤΩΝ λέγειν.* *Nihil enim refert de iis, quae minus necessaria sunt, dicere.* Lucian. in Timon. *Ἐγὼ δὲ τάλαντόν σοι κομίζω, ὡς ἔχοις ΠΡΟΣ ΤΑ ΚΑΤΕΠΕΙΓΟΝΤΑ χρῆσθαι.* *Ego vero talentum tibi affero, quo vti ad ea, quae necessaria sunt, posses.* Tovpivs.

SECT. XLIV.

§. 1. *ἐζήτησέ τις τῶν φιλοσόφων*] Is philosophus, vt mihi persuasi, nullus est. Sub aliena persona Longinus audacter et clare tyrannidem imperatorum Romanorum accusare se posse existimabat. Id ipsum deinde §. 6 et sqq. e sua persona, sed obscurius et perquam argute, facit.

πιθαναὶ etc.] *πιθαναί, ad persuadendum, πολιτικαί, ad dicendum* apta ingenia. De verbo *πολιτικὸς* vid. 1, 2. Morvs. Subtilius haec sunt distinguenda. Nam ad *dicendum* etiam *persuasio* pertinet; nisi forte verbum *dicendi*, atque ita etiam *τὸ πολιτικὸν*, ad delectandum et ad mouendum referre velis, quod est absonum et tam repugnat Graeco verbo, quam Latino. Ergo sic potius statuendum: *πιθαναὶ φύσεις* sunt *homines, qui omnino in quauis re et causa, et quouis loco et tempore facile inveniunt, quae ad persuadendum valent: πολιτικαὶ* autem, *qui ad forenses maxime causas tractandas apti sunt.* Hi praeter *πιθανότητα* etiam *δεινότητα* quandam (*vim et vehementiam*) habere debent. Notandum autem, cum *πολιτικοὶ* primo et proprie dicantur *qui orationibus publice habendis ad remp. administrandam apti sunt*, deinceps eodem nomine appellatos esse *qui priuatas in foro causas agere sciant.* Posterior significatio huic loco et alteri 1, 2. apta est.

δριμεῖαι] Morus h. l. tantum *τὸ πικραίνειν* Dionysii Hal. T. II. p. 196. comparauerat, et *amarum* Coelium (Dial. de c. corr. eloq. c. 26.). Post in Animadvv. addidit locum Plinii Epp. 4, 20. *dolor ingenio vim et amaritudinem addit:* vbi Gesneri interpretationem commemorat, nempe *acrimoniam vehementem et mordacem.* His vero vtrum oratio *δριμεῖα* definiatur, reliquit incertissimum. Sed nec Graeci ipsi de talibus verbis satis inter se consentiunt. Hermogenes *π. ἰδεῶν* p. 320. (Crisp.) de ora-

tione *ἀφελεῖ* agens, *Ἡ ὀξύτης*, inquit, *καὶ τὸ ὀξέως τι εἰπεῖν, ἤτοι ἀπαντῶντα λόγῳ τινὶ, ἢ ὁπωσοῦν, ὅπερ τινὲς εἶδος δριμύτητος ὠνομάκασιν, οὐ μόνον οὐκ ἀφελὲς, ἀλλὰ καὶ ἐναντίον ἐστὶ τῷ ἀφελεῖ. Δεινότητος γὰρ ἴδιον τὸ τοιοῦτον. Οὐδὲν γὰρ ἄλλο, ἢ ἐπιπόλαιός ἐστι βαθύτης ἡ ὀξύτης αὕτη, εἴτε καὶ δριμύτης. Διαφέρει δὲ ὀνόματος ἕνεκα ἡμῖν οὐδέν.* Deinceps inde a p. 331. magis exemplis, quam definiendo genera *δριμύτητος* in sententiis declarat, et in fine addit: *Τοσαῦτα περὶ τῆς δριμύτητός τε, καὶ ὀξύτητος, ὡς προσηκουσῶν τῇ τε ἀφελείᾳ καὶ τῇ γλυκύτητι.* Clariora suppeditat Ernesti in Lex. technol. p. 90. e quibus haec transscribam. „Eustathius ad Hom. Il. *Γ.* p. 433. *δριμύτητα* ait apud Rhetores esse *ἐπίτασιν τῆς γλυκύτητος.* Et ad Il. *Δ.* p. 488. *Ἰστέον*, inquit, *ὡς οἱ μεθ' Ὅμηρον ῥήτορες τὸ δριμὺ μετεσκεύασαν εἰς ἡδύ τι, ἐννοίας δριμείας λέγοντες, ἐν αἷς γλυκύτης ἐπιτείνεται, καὶ λέξεις δὲ δριμείας ὁμοίως.*" Ex his statuere posse videmur, *φύσεις δριμείας* hic apud Longinum esse *oratores aptos ad inueniendas et tractandas sententias acres siue acutas, quae animum exquisita quadam vi suauitatis non leuiter afficiant; „des pensées piquantes"* Gallice diceres. Re ipsa idem vertit Boileau: *des orateurs qui ont de la vivacité.* Certe alacre ingenium ad illam dicendi rationem poscitur.

ἐντραχεῖς] Robortellus cum MSS. Par. et Venet. *ἐντρεχεῖς.* Recte omnino. Vocem elegantissimam vsurpat Damascius apud Suid. v. *Ὑπατία. Οὕτω δὲ ἔχουσαν τὴν Ὑπατίαν, ἔν τε τοῖς λόγοις οὖσαν ΕΝΤΡΕΧΗ καὶ διαλεκτικὴν, ἔν τε τοῖς ἔργοις σώφρονά τε καὶ πολιτικήν.* Herodian. V, 22. *Ἀλλὰ τὰς ἐπιβουλὰς πάσας ἀπεῖργέ τε καὶ ἐκώλυεν ἡ κοινὴ μάμμη ἀμφοτέρων Μαισὰ, γυνὴ καὶ ἄλλως ΕΝΤΡΕΧΗΣ, καὶ τῇ βασιλείῳ αὐλῇ πολλῶν ἐτῶν ἐνδιαιτηθεῖσα.* Marcus Antoninus VI, 14. *Τὰ ὑπὸ λογικῆς ψυχῆς, οὐ μέντοι καθολικῆς, ἀλλὰ καθὸ τεχνικὴ, ἢ ἄλλως πως ΕΝΤΡΕΧΗΣ.* Idem VII, 66. *Οὐ γὰρ ἀρκεῖ, εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανεν, καὶ ΕΝΤΡΕΧΕΣΤΕΡΟΝ τοῖς σοφισταῖς διελέγετο.* Plato de Republ. lib. 7. *Ἐν πᾶσι δὴ τούτοις τοῖς τε πόνοις καὶ μαθήμασι καὶ φόβοις, ὃς ἂν ΕΝΤΡΕΧΕΣΤΕΡΟΣ ἀεὶ φαίνηται, εἰς ἀριθμόν τινα ἐγκριτέον.* Hinc *ΕΝΤΡΕΧΕΙΑ.* Marinus in Proclo cap. 9. *Ὀλυμπιοδώρου δὲ ἀκροωμενος ἀνδρὸς δυνατοῦ λέγειν, καὶ διὰ τὴν περὶ τοῦ-*

το εὐκολίαν καὶ ΕΝΤΡΕΧΕΙΑΝ ὀλίγοις τῶν ἀκουόντων ὄντος ἐφικτοῦ. M. Antonin. I, 8. *Καὶ τὸ ἰδεῖν ἄνθρωπον σαφῶς ἐλάχιστον τῶν ἑαυτοῦ καλῶν ἡγούμενον τὴν ἐμπειρίαν καὶ ΤΗΝ ΕΝΤΡΕΧΕΙΑΝ τὴν περὶ τὸ παραδιδόναι τὰ θεωρήματα.* Porphyr. de Abstin. III, 11. *Ἐκεῖνο γὰρ ἐλέγχειν δεῖ, εἰ μὴ τὰ ἔργα ἀρετῶν καὶ λογικῆς ΕΝΤΡΕΧΕΙΑΣ οἰκεῖα. ΑΝΕΝΤΡΕΧΗΣ.* Hierocles apud Stobaeum p. 284. Ed. Needham. *Καὶ ὁ τοὔνομα τῷ πράγματι τιθέμενος, οὐκ ΑΝΕΝΤΡΕΧΕΣ ἔθετο, παρασχηματίσας μὲν τῷ πατρὶ, θηλυκῶς δὲ ἐξενεγκὼν, ἵν᾽ οἷον μίγμα τυγχάνοι τῆς τε τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρῴας.* Vox excidit. Repono, *τῆς τε τοῦ πατρὸς ΦΥΣΕΩΣ καὶ τῆς μητρῴας.* Nihil verius hac emendatione. *ΚΑΚΕΝΤΡΕΧΗΣ.* Glossae Philoxeni: *Κακεντρεχὴς, Malignosus.* Epist. ad Antiochenos Ignatio adscript. *Βλέπετε οὖν τοὺς ΚΑΚΕΝΤΡΕΧΕΙΣ ἐργάτας.* Vbi Interpres, *In malum currentes operatores.* Schol. ad Aristoph. Nub. 259. *Καλοῦμεν δὲ καὶ τῶν ἀνθρώπων ΤΟΥΣ ΚΑΚΕΝΤΡΕΧΕΙΣ καὶ μὴ ἁπλοῦς, τρίμματα, καὶ πολυκρότους, καὶ κρόταλα.* Confer Schol. ad Theocrit. XV, 49. *ΚΑΚΕΝΤΡΕΧΕΙΑ.* Suidas: *Κακεντρέχεια, ἡ πονηρία.* Theophylactus in Epistola prima: *Καὶ ὁ συναδελφός μου ὃ δεῖ ἀπαγγελεῖ τὴν ἐμὴν περὶ τὰ τῆς λίμνης δίκαια ΚΑΚΕΝΤΡΕΧΕΙΑΝ.* Polybius IV, 87. *Καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ᾽ ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη ΚΑΚΕΝΤΡΕΧΕΙΑ καὶ βασκανία καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας.* Ceterum quod Graeci *ἐντρέχειαν*, *celeritatem ingenii* vocat Nepos in Eumene. *Vincebat enim omnes cura, vigilantia, patientia, calliditate et* CELERITATE INGENII. TOVPIVS. Vaticani *ἐντραχεῖς*: Parisinus et Venetus *ἐντρεχεῖς*; quod mihi multo praestantius videtur et huic loco magis conueniens; id est, *acria, viuida, dexteritate et acumine pollentia* ingenia. TOLLIVS. At Pearcius certo auctore tradit in Par. exstare *ἐντραχεῖς*. Vtcunque habet, assentior Tollio et Toupio. Nam aetati illi minime conueniebat *τραχύτης*, cuius sententiae sunt maxime *αἱ τῶν μειζόνων προσώπων ἐπιτίμησιν ἔχουσαι ἀπό τινος τῶν ἐλαττόνων προσώπων ἀπαρακαλύπτως*: et omnino haec dicendi forma pertinet ad *μέγε-*

θος λόγου καὶ ὄγκον (Hermog. p. 249 s.), in qua si excelluissent illo tempore oratores, Longinus sibi videretur repugnare.

Τοσαύτη λόγων κοσμική τις] Cum verbis *κοσμική τις* stare non posse putabam *τοσαύτη*. Non enim potest sine quadam repugnantia sic eodem in commate magnitudo bis exprimi, et quidem finite et infinite. Ita nec Latine quis dicat *tanta excellens quaedam eloquentia, tantus infinitus numerus*, similiterue alia etiam in lingua. Scribendum igitur putabam *Ταύτῃ*, quod esset vel *hac ratione, ideo*, vt 9, 4 et 9. vel *hac ex parte, hactenus*, vt 3, 2. Prior ratio accommodata est sententiae Mori, qui nomini *λόγων* emphasin tribuit, cum in scholio dicit, „quae quidem vere sint orationes, h. e. Demosthenicis similes." Sed locus, qui §. 9. sequitur, simillimus me a mutatione absterruit, monuitque, vt tantummodo insolentem loquendi rationem notarem.

§. 2. *Θρέψαι τε γὰρ, φησὶν, ἱκανὴ τὰ φρονήματα*] Ita locutus est Xenoph. Institut. Cyri lib. 5. *Ἐκ πολλῶν μὲν γὰρ καὶ κακῶν λόγων ὁ φόβος ηὐξημένος αὐτοῖς πάρεστιν, ἐκ πολλῶν δὲ καὶ πονηρῶν χρημάτων*, (leg. *σχημάτων*,) *ἐκ πολλῶν δὲ καὶ δυσθύμων τε καὶ ἐξεστηκότων προσώπων ἤθροισται· ὥστε ὑπὸ τοῦ μεγέθους οὐ ῥάδιον αὐτόν ἐστιν οὔτε λόγοις κατασβέσαι, οὔτε προσάγοντα πολεμίοις μένος ἐμβαλεῖν, οὔτ' ἀπάγοντα ΑΝΑΘΡΕΨΑΙ ΤΟ ΦΡΟΝΗΜΑ.* Quomodo recte restituit ex MS. Bodl. cl. Hutchinsonus. *Τὸ πρόθυμον ὑποτρέφειν* vocat Iosephus Bell. Iud. lib. 2. p. 270. Quod frustra sollicitant viri eruditi. Deinde scribe *φασὶν*, non *φησὶν*. Praecedit enim *ἐκείνῳ τῷ θρυλλουμένῳ*. *Quod in omnium ore est*. Tovpivs. De mutando verbo *φησὶν* ratio allata non sufficit: nam *τις*, quod in talibus locis intelligi debet, non paucos homines significat, sed sonat Germanicum *sagt man*, ita vt prorsus ad *φασὶ* redeat. Exempla ex aliis scriptoribus infinita, et ex hoc etiam Longini libello satis multa peti possunt. Vid. ad 2, 1.

ἐπελπίσαι καὶ ἅμα διελθεῖν] Haec manifesto corrupta sunt. MS. Ambros. cum Aldina, *ἐφελκύσαι*. Recte. Locus ita scribendus est cum Manutio, *Θρέψαι τε γὰρ, φασὶν, ἱκανὴ τὰ φρονήματα τῶν μεγαλοφρόνων ἡ ἐλευθερία, καὶ ἐφελκύσαι ἅμα καὶ διωθεῖν τὸ πρόθυμον τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος καὶ τῆς περὶ τὰ πρωτεῖα φιλοτιμίας.*

Est enim libertas, vt aiunt, ad alendos spiritus, et ad ALLICIENDA simul et PROTRVDENDA studia hominum valde adcommodata. Vides Antitheton, quod haud inuenustum est. Toupius. Monet vir doctus in Bibl. Crit. Amst. I, 3. memorandam a Toupio fuisse veriorem lectionem codicis Parisini *ἐπελπίσαι*, laudatque Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 345. Eo iustior haec est animaduersio, quo minus probandum est, verba, quae Toupio videbantur antitheta, sic inter se referri. Nempe prius membrum est: *Θρέψαι ... καὶ ἐπελπίσαι* (vel *ἐφελκύσαι*), in quo *θρέψαι φρονήματα* est *conseruare magnos spiritus, ἐπελπίσαι ampliori spe iniecta* eosdem *augere.* Haec si ita iungimus, hoc membrum et alterum, *καὶ ἅμα .... φιλοτιμίας* iustum inter se habebunt modum.

διελθεῖν] Sic editio pr. et Msti Par. El. et Vat. duo; pro quo edidit Manutius *διωθεῖν*. Sed vestigia Mstorum sequor, censeoque Longinum scripsisse *διαλθεῖν*. Vox *διαλθεῖν*, fateor, mihi non alibi occurrit, sed nec multa alia verba, quae apud nostrum leguntur: interim vox *ἀλθεῖν* (notante Hesychio) significat non solum *sanare*, sed et *augere*. Vide etiam Steph. Thesaur. Nec est, quod obiiciat quis, verba *θρέψαι* et *ἐπελπίσαι* indef. primi temporis praecessisse: dissimilia enim tempora noster solet coniungere, vt in hac sectione, *κἀθέκαστον ὑπολελεῖφθαι καὶ μὴ καταρχαιρεσιάζεσθαι*, et alibi. Pearcius. Opponit Morus, verbum esse nouum, et vnius Hesychii auctoritate (in *ἀλθαίνει*) tutum, qui tamen, iudice Kustero, *ἀλδαίνειν* et *ἀλθαίνειν* confuderit. Sed in subsidium vocatis illis, quae Ruhnkenius supra 3, 4. de v. *ἀναλθεῖς* scripsit, probabilior Pearcii fit lectio, quam Mori *διεγείρειν* et Manutii *διωθεῖν*.

§. 3. *οἷον ἐκτρίβεται ... συνεκλάμπει*] Duxit translationem a Platone Polit. IV. p. 451. C. *καὶ τάχα ἂν παράλληλα σκοποῦντες, καὶ τρίβοντες, ὥσπερ ἐκ πυρείων ἐκλάμψαι ποιήσαιμεν τὴν δικαιοσύνην.* Platonem non tam imitatus est quam descripsit Philo Iud. T. I. p. 683. *Τρίβοντες γὰρ ἀεὶ τοὺς περὶ ὁσιότητος λόγους, καθάπερ ἐκ πυρείων τὸ θεοειδέστατον εὐσεβείας φέγγος ποιοῦσιν ἐκλάμπειν.* item Syrianus Comment. MS. in Aristotelis Metaphysica: *καὶ ὥσπερ ἐκ πυρείων τῶν ἐπιστημονικῶν θεωρημάτων παρατριβομένων φῶς ἀναλάμψαι νοερόν.*

Vide Petrum Wesselingium Epist. ad Henr. Venem. p. 22. Rvhnkenivs. Ceterum verba, *τὰ ψ. πρωτ. τοῖς πρ. ἐλεύθερα συνεχλ.* sic vertenda sunt: *Excellentes ingenii dotes simul cum rebus gerendis vt liberae exsplendescunt.* Nempe homo ingeniosus sententias expromit arguentes animum liberum nihilque timentem: et hactenus ipsius ingenium sese ostendit liberum. Leuius est, quod addam. Omnes interpretes verba *κατὰ τὸ εἰκὸς*, quae Morus omisit, inepte vertunt, *vti par est.* Reddenda sunt potius: *sicuti res fert*, vel *necessario.* Nos dicamus: *natürlicher Weise.*

παιδομαθεῖς εἶναι δουλείας δικαίας] *Iusta seruitus* h. l. est plena seruitus, cui nihil deest, quo minus seruum quis semet esse existimet, aut dici velit: qualis *iusta chiragra* Horatio dicitur Lib. II. Sat. 7. id est *grauis*, iuxta veterem scholiasten. Longe alia est illa Terentiana, de qua Simo; vt et illa, de quá mox noster, *δουλεία, κἂν ᾖ δικαιοτάτη.* Tollivs. De hoc loco, vt alios taceam, cl. Taylorus ad Aeschin. cont. Ctesiph. p. 644. Sed res nondum dilucidata est. *Δουλεία δικαία* est *iusta et legitima seruitus.* Huc respexit infra Longinus, *Δουλείαν, κἂν ᾖ ΔΙΚΑΙΟΤΑΤΗ.* ad quem locum inprimis adtendisse debuerant nostri editores. Tovpivs. In oculos incurrit, quibus ex partibus vir doctus h. l. peccaverit. Optime vero Tollius. Hoc enim loco non e distinctione, quam in iure Romano faciunt, *iusta* seruitus dici videtur; in qua ipsa iuris quaedam vmbra relinquitur seruis; sed secundum primam verbi Graeci significationem, *vera* et *plena* seruitus. Infra certe, §. 5. superlatiuo gradu *δικαιοτάτη* non secundum iuris quandam constitutionem certa conditio serui intelligenda est, sed pro ingenio domini, *minime dura, valde clemens.* Perperam ibi Morus interpretatur *meritam.*

τοῖς αὐτῆς ἔθεσι ἐνεσπαργανωμένοι] Quomodo hic legitur, locutus est Heraclides Alleg. Homer. p. 408. *Εὐθὺς γὰρ ἐκ πρώτης ἡλικίας τὰ νήπια τῶν ἀρτιμαθῶν παίδων διδασκαλίᾳ παρ᾽ ἐκείνῳ τιτθεύεται, καὶ μονονοὺ ἐνεσπαργανωμένοις* (leg. *ΕΝΕΣΠΑΡΓΑΝΩΜΕΝΟΙ*) *τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ καθαπερεὶ ποτίμῳ γάλακτι τὰς ψυχὰς ἐπάρδομεν.* Vbi notandum verbum *τιτθεύεσθαι.* quod haud protritum est. Tovpivs.

ἄγευστοι ... λόγων νάματος] Hanc locutionem deriuauit e Platone Polit. VII. p. 490. D. *ὅταν τοπρῶτον λόγων γεύωνται.* et Tim. p. 545. E. *τὸ δὲ λόγων νᾶμα ἔξω ῥέον, καὶ ὑπηρετοῦν φρονήσει, κάλλιστον καὶ ἄριστον πάντων ναμάτων.* Saepe illud *λόγων νᾶμα* expressit Philo Iud. tanquam Tom. I. p. 325. 693. vbi vide Mangeium. Rvhnkenivs.

διόπερ οὐδὲν ὅτι μὴ κόλακες ἐκβαίνομεν μεγαλοφυεῖς] Sic egregie Longinus. *Hence it is that we* TURN OUT *nothing but arrant flatterers.* Eurip. Med. 229.

Κάκιστος ἀνδρῶν ΕΚΒΕΒΗΧ' οὑμὸς πόσις. Tovp.

§. 4. *δοῦλον δὲ μηδένα γίνεσθαι ῥήτορα*] Huc facit Plautus Mil. Glor. II, 2.

Hominem seruum suos
Domitos habere oportet oculos, et manus
Orationemque — — Tovpivs.

Secundum vsum optimorum scriptorum nomen, ad quod hic inprimis est attendendum, priori loco ponendum erat: *ῥήτορα δὲ μ. γ. δοῦλον;* praesertim cum emphasis insit: *verum et suo nomine dignum oratorem.* Sed codd. et editt. omnes istum ordinem verborum tuentur.

εὐθὺς γὰρ ἀναζεῖ etc.] Hic locus manifesta vestigia habet imitationis Platonis Theaetet. p. 127. C. *τὴν γὰρ αὔξην καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ τὸ ἐλεύθερον ἡ ἐκ νέων δουλεία ἀφῄρηται.* Sed reliqua etiam comparanda. Eundem locum non tam imitando expressit, quam ad verbum descripsit Themist. Or. XXI. p. 249. Rvhnkenivs. Vellem de verbo *ἀναζεῖ* vir doctus aliquid potius dixisset. Nam de meticuloso seruorum animo multi loquuntur, de quibus non magis quam de Platone h. l. cogitauit Longinus. Morus in versione verbum *reuiuiscendi* adhibuit, quasi scriptum esset *ἀναζῇ;* an sic legendum ratus? Mihi tropus minime aptus, sed repugnans videtur, quo se prodens seruilis metus *ad nouam vitam redire* dicatur. Sed *ἀναζεῖ,* quod omnes libri habent, clare et grauius, quam necesse erat, expressit Gabr. de Petra. Sic enim vertit: *Illico enim scaturit atque emergit mussans ac minime loqui audens seruile ingenium.* Tollius et seqq. posuerunt *prorumpit,* vt tropum deduxisse videantur a fonte per aliquod tempus obstructo et deinde eo vehementius ebulliente. Sed haec imago idem vitium videtur habere, quod in *reuiuiscendi* notione deprehendere

videmur. Praestat, opinor, illud Petrae tenere, ita vt metaphoram petitam statuamus ab aliquo liquore, qui naturam suam non mutat, sed affuso alio liquore effervescit et deinde ad priorem conditionem redit. Ceterum pro *ἀναζεῖ* rectius, puto, legamus *ἀναζεῖν:* sed et illud defendi potest.

καὶ οἷον ἔμφρουρον] Minus recte accepit vir doctissimus. Optime Gabriel, *Seruile ingenium et quasi constrictum.* Quod ad Graeca satis adcommodatum est. Tovpivs.

ἀεὶ κεκονδυλισμένον] Mirum, ni hunc Longini locum ob oculos habuerit Herennius Commentario inedito in Aristotelis Metaphysica: *οὐ θαυμαστὸν, εἰ πεφορημένος καὶ μέγας ὄχλος, ἐθῶν καὶ νόμων τῶν ὁπωσοῦν εἰσηγμένων ἀκλεὴς δοῦλος, ἀπ' αὐτῶν ἔτι σπαργάνων ὑπακούειν, ὡς ἂν δεσποτῶν ἢ τυράννων, ἐκμαθων, κατακεκονδυλισμένος τὴν ψυχὴν, καὶ μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν μὴ δυνάμενος, πιστεύει τοῖς παραδοθεῖσιν ἅπαξ, καὶ τὸν νοῦν ἐάσας ἀγύμναστον, ἀδιερευνήτοις καὶ ἀνεξετάστοις συνέσεσί τε καὶ ἀρνήσεσι χρῆται.* Potuit tamen vterque communem aliquem fontem secutus esse, sicut Longinus infra, *ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀμέτρῳ πλούτῳ* etc. eundem Scriptorem imitando expressit, quem Lucianus Timon. p. 141. Sic statuere magis consentaneum est, quam credere, Longinum Luciani riuulis hortos suos irrigasse. Rvhnkenivs. Scribendum opinor, *συναινέσεσί τε καὶ ἀρνήσεσι.* Quae plane opposita sunt. Tovpivs. Restat, vt verborum constructio et sensus illustretur. *Τὸ ἔμφρουρον* est *pusillus animus hominis in custodiam conclusi.* Sed deinde *τὸ ὑπὸ συνηθείας κεκονδυλισμένον* Morus idem esse statuit, quod *ἡ συνήθεια τοῦ κονδυλίζεσθαι.* Hoc quis probet? Durum primo est *τὸ ὑπὸ συνηθείας* pro *τὸ σύνηθες* s. *ἡ συνήθεια:* deinde *ἀεὶ* fit superuacaneum: participium porro sic pro inf. positum est insolens: denique quia totum hoc seiungitur ab antec. *ἔμφρουρον*, necessario desiderat lector copulam ante *ὑπὸ* repetitam. Dicendum potius, *τὸ ἔμφρ.* dici *ἀεὶ κεκονδυλισμένον*, et quidem propter *συνήθειαν*, sc. *τοῦ κονδυλίζεσθαι:* et verbum de verbo sic vertendum: *timiditas hominis custoditi, quae propter consuetudinem (pugnorum incussorum) semper pugnis caeditur.* Hoc autem est; *semper exspectat pugnos incussos, et ita*

est anxia, vt si semper caedatur pugnis. Similis sententia est in ep. ad Hebr. 2, 15. Wakefield in Silv. Crit. P. V. p. 121. locum deprauatum et sic rescribendum suspicatur: — *καὶ οἷον ΕΜΦΡΟΥΡΕΙΝ ὑπὸ συνηθείας ἀεὶ ΚΕΚΟΝΔΥΛΙΣΜΕΝΟΝ;* vel *τὸ ἀπαῤῥησίαστον, ΚΟΛΟΥΟΝ ΕΜΦΡΟΥΡΟΥΝΘ', ὑπό:* sed prius tentamen minus laboriosum esse dicit: nihil amplius; vt mirandum sit, eum his tenebris nihil caliginis offudisse.

κατὰ τὸν Ὅμ.] Odyss. *Γ*, 322.

§. 5. *ἀκούω*] Recte Pearcius verbum *ἀκούω* ad parenthesin adiunxit. Nempe in libris vett. locus ita habet: — *πιστόν ἐστιν ἀκούω, τὰ* etc. Priores igitur terminabant parenthesin verbo *ἐστίν*. Itaque inferebant comparationi vitium puerile: *Sicut audio, ..., ita* etc. Non enim *auditio*, sed *arcae* comparari debent cum *seruitute*. Ac praeterea coacti erant *κωλύει* et *συνάγει* mutare in *κωλύειν* et *συνάγειν*: (quae vitia, vt video, Toupius omnia reuocauit.) Iam vero ne quid parenthesi rectius constitutae deesset, Pearcius post *ἐστὶν* inseri volebat *ὅ*, quod et Morus inseruit. Sed ita sententia leuior fit, verbosa et a Longini breuitate discrepans. Ego igitur *ἐστὶν*, vt ab inepto grammatico additum, abieci, atque ita orationem feci Longino dignam; non plus ceterum ausus abiecta vocula, quam Morus addita.

οἱ Πυγμαῖοι καλούμενοι τρέφονται] Sic editio princeps: et hoc verum. Antoninus Liberal. Metamorph. cap. 16. *Παρὰ ΤΟΙΣ ΛΕΓΟΜΕΝΟΙΣ ΠΥΓΜΑΙΟΙΣ ἐγένετο παῖς ὄνομα Οἰνόη.* Tovpivs. Sic et Morus (pro vulg. *Πυγμαῖοι, καλούμενοι δὲ νάνοι, τρ.*) legendum monuerat. Eo confidentius idem h. l. quod Toupius, scripsi.

ἀλλὰ καὶ συνάγει] Codex Parisinus *συνάροι*, quod in apographis, quae inde fluxerunt, mutatum est in *συνάγει*, idque placet viro praestantissimo ad Herodot. VII. p. 538. Malim e Codicis vestigiis legere: *ἀλλὰ καὶ συναιρεῖ.* Plutarch. T. II. p. 966. F. *ταχὺ συναιρεῖν εἰς ταὐτα καὶ συνάγειν τὸ θήρατρον.* Philo de Telor. Constr. p. 50. *αὔξοντάς τε καὶ συναιροῦντας τὸν τοῦ τρήματος κύκλον.* Damascius apud Suid. v. *Σαραπίων· συνάγων ἑαυτὸν ἀεὶ καὶ συναιρῶν, ὡς οἷόν τε, πρὸς τὸ εἴσω.* Rvhnkenivs. Incertus ego diu inter *συνάγει* et *συναιρεῖ* haerens tandem praetuli hoc Ruhnkenii.

σώμασι] Filius: „*στόμασι* f. verum. Vinculis constringebantur cistularum istarum ostia et opercula.“ Ita, quem ille ignorabat, Portvs: „*Τοῖς στόμασι: τῶν γλωττοκόμων δηλ.* i. e. propter opercula, quae loculis istiusmodi imponuntur.“ Sed nec grauior haec auctoritas me mouet, vt illud e Langbaenii coniectura prolatum mutem. Difficillimum enim est, animo effingere operculum talis arcae, quo totum corpus, et saluum quidem, in angustius cogatur.

κωλύειν καὶ συνάγειν] Sic recte: et hoc tum de *corpore*, tum de *animo* vsurpatum. Artemidorus III, 47. *Πᾶν γὰρ εἰδεχθὲς καὶ δυσπρόσωπον ὁραθὲν ΣΥΝΑΓΕΙ τὰς ψυχὰς τῶν ὁρώντων καὶ συστέλλει.* Ceterum manifesto respexit Longinus ad Platonem in Theaeteto p. 150. Ed. Lips. *Τὴν γὰρ ΑΥΞΗΝ καὶ τὸ εὐθύ τε καὶ τὸ ἐλεύθερον ἡ ἐκ νέων ΔΟΥΛΕΙΑ ἀφῄρηται.* Tovpivs.

δεσμὸν] Puto nihil aliud esse, quam illud ipsum *γλωττόκομον*, quod quia satis *ἀκριβῶς* corpori circumdatum cogitare debemus, vinculi erat instar. Notum autem est, nec ignorare poterat Longinus, quaecunque corpora viua crescant, eorum partes a durioribus, si qua immineant, sensim recedere. Itaque omnes Pygmaeorum partes externae recedebant, *ὡς οἷόντε, πρὸς τὸ εἴσω*, eoque corpora sensim coibant in arctius. Boilavius cum aliis de vinculo proprie sic dicto interpretatur his verbis vsus: (*elles*) *les rendent plus petits, par le moien de cette bande dont on leur entoure le corps.* Ad haec Dacierius: „Par cette bande Longin entend sans doute des bandelettes dont on emmaillotoit les Pygmées depuis la tête jusques aux pieds.“ Sed ego quidem hanc ad rem firmandam requiro testimonium. Longini certe verbis repugnant *fasciae peculiares: γλωττοκόμοις* etiam imminutio corporum tribuitur, neque dicitur *διὰ τὸν ἅμα περικείμ.* etc. sed sine *ἅμα* simpliciter *διὰ τ. ... δεσμόν.*

§. 6. *Ἐγὼ μέντοι γε ὑπολαμβάνω*] Scribendum cum Tollio, *Ἐγὼ μέντοι γε ΥΠΟΛΑΜΒΑΝΩΝ, Ῥᾴδιον, ΕΦΗΝ. Ego vero eum excipiens, Facile est, inquiebam.* Sic Noster infra, *Ὅλως καὶ δαπανὸν ΕΦΗΝ εἶναι τῶν νῦν γεννωμένων φύσεων τὴν ῥαθυμίαν.* Dio Chrysost. Orat. 28. *Ὀρθῶς μέντοι ΕΦΗΝ ΥΠΟΛΑΜΒΑΝΩΝ.* Quae sequuntur, *καταμέμφεσθαι τὰ ἀεὶ παρόντα*, perperam sollicitarunt viri eruditi. Fefellit homines notus

Graecismus. Sensus est: *Homini proprium et procliue est, in quacunque demum aetate vixerit, de praesentibus, qualia qualia fuerint, semper quiritari.* Thucydides I, 22. *Ἐδόκουν μοι ἕκαστοι περὶ ΤΩΝ ΑΕΙ ΠΑΡΟΝΤΩΝ τὰ δέοντα μάλιστα εἰπεῖν.* Dio Cassius in Augusto p. 799. *Ἐκδημεῖν τε τοῖς βουλευταῖς ἔνθα ἂν ἐθελήσωσιν ἐπιτραπῆναι· καὶ ὅπως γ' ἂν μηδὲν ἐκ τούτου τὰ δόγματα ἐμποδίζηται, κύρια πάντα τὰ γινωσκόμενα ὑπὸ ΤΩΝ ΑΕΙ ΠΑΡΟΝΤΩΝ εἶναι ἐκελεύσθη.* Restituendus hac occasione Dio XL, 22. *Τά τε βέλη καὶ πυκνὰ, καὶ πανταχόθεν ἅμα αὐτοῖς ἐμπίπτοντα, συχνοὺς μὲν καιρίᾳ πληγῇ κατέβαλλε, συχνοὺς δὲ ἀπομάχους εἰργάζετο· πᾶσι δὲ ἀσχολίαν ἐνεποίει, — τήν τε προφυλακὴν αὐτῶν ἀφῃρεῖτο, καὶ γυμνούς τε σφᾶς πρὸς τὸ ἀεὶ τιτρωσκόμενον ἠνάγκαζεν.* Sensus nullus: nec quidquam adiuuant Interpretes. Scribendum sine dubio: *πρὸς ΤΟ ΑΕΙ ΤΙΤΡΩΣΚΟΝ μένειν ἠνάγκαζεν. Denique omnibus negotium facessebant tela vndequaque incidentia, quae caueri iam amplius a Romanis non poterant, eosque inermes et perpetuis ictibus expositos stare cogebant.* Est autem ista locutio Dioni familiaris: de quo Iosephus Scaliger ad Propert. I, 18. Nec otiosa quidem vocula. Confer virum doctissimum ad Herodot. II, 98. p. 147. et ad Theocriti Adoniazusas p. 273. et cl. Mazochium ad Tabul. Heracl. p. 211. Accedit Herodotus VI, 58. vbi eadem formula occurrit. Tovpivs. Nimis superstitiose Pearcius et Morus defenderant *τὸ ὑπολαμβάνω*, Pearcius etiam *τὸ ἔφη*, quod Morus in *ἔφην* mutari debere ostendit, quamquam ipse non mutauit. Verba *ὑπολαμβάνων ἔφην* verti possunt: *Statim ego, vix absoluto eius sermone, haec dixi.* Monui de hoc vsu verbi ad Xenoph. Cyri disc. V, 5, 35. Sed mirum est, quod Tollius voculam *ἀεὶ* articulo *τὰ* praeposuit, probante etiam Moro. *Τὰ ἀεὶ π.* sunt, vt nos loquimur, *die jedesmaligen Umstände.* De eleganti huius particulae collocatione et nos diximus ad Xenoph. Cyri disc. VIII, 2, 3. Filius item me de errore virorum doctorum monuit, suppeditatis etiam locis, quae lectores non inuiti cognoscent: „Sic Aeschin. in Ctes. p. 485. *τὰς βοηθείας ποιεῖσθαι τοῖς ἀεὶ δεομένοις:* ibid. p. 517. (*φησὶ*) *τοὺς πυλαγόρους τοὺς εἰς ἀεὶ πυλαγοροῦντας πορεύεσθαι εἰς Πύλας.* Demosth. in Mid. 526, 7. *τὸ δίκην τὸν ἀεὶ ληφθέντα διδόναι.*"

ὅρα δὲ, μήποτ' .... εἰρήνη] Venuste et callide auctor significat, non de *amissa libertate* conquerendum esse et vnius dominationi iacturam eloquentiae imputandam; sed *fortasse etiam pacem totius orbis* esse, quae magnorum ingeniorum impetus reprimat. Honestiori ergo nomine vtitur, et *pacem* stabilito vnius imperio firmatam appellat (quoniam e sua iam loquitur persona); breuiter tamen rem tangens, copiosius statim acturus de alia re, in qua se multis iactare sine periculo possit. *Ἡ τῆς οἰκ. εἰρήνη*, *totius orbis* siue *totius imperii Romani pax*, dicitur vnius imperium inde ab Augusti tempore ita stabilitum, vt nullus ciuium Romanorum iusto bello cum Imperatore contendere possit. Nam ista in oriente bella, quae Faber infra tangit, et perperam sub *ἀπεριορίστῳ πολέμῳ* intelligit, pro nihilo habenda sunt, vt in quibus non inter se Romani cum periculo salutis publicae decertarint. Haec vniuerse dicta deinceps clariora fient: dicendum enim de singulis quibusdam verbis huc pertinentibus. Sed dignus est locus, cuius lectio diligentius exquiratur. In Paris. cod. Pearcius tradit esse *μηπο χη ης οἰκουμένης:* Tollius autem *μήποτε ἁ. χει τῆς οἰκουμένης*. In cod. Ambr. inter *μήποτε* et *οἰκουμένης* spatium duodecim circiter litterarum vacuum relictum est, vt testatur Marq. Gudius, non totidem linearum, vt Schurzfleischius p. 68. tradit. In ed. 1. spatium item sex fere litterarum purum est relictum. Secutus igitur in ceteris Tollium interposui *καὶ*, quod latere videtur in nota *χ*: hanc enim litteram ille neglexit. Iam verbis ita constitutis, et addita maxime particula *καὶ*, concedit Longinus philosopho vel vero vel ficto, cum amissa libertate concidisse eloquentiam, sed simul significat, pace per totum orbem iam obtinente iacturam illam compensari.

ὁ κατέχων ἡμῶν τὰς ἐπιθυμίας ἀπεριόριστος οὑτοσὶ πόλεμος] Tollius vertit: *quod studia nostra cohibet ac refrenat, bellum.* Male. Nusquam *ἐπιθυμιῶν* nomen ita simpliciter positum studia honesta significat. Sunt potius vbique *cupiditates vehementiores et pronae ad vitia.* Neque *κατέχειν* hic est *refrenare*, sed *in potestate habere, moderari pro lubitu.* Ei deinceps respondet *τὸ φρουρεῖν τὸν νῦν βίον.* Bellum igitur, quod h. l. dicitur, est hominum prauorum sibi repugnans inconstantia.

Conflictantur enim in illis auaritia et profusio, insolens virtutum iactatio et summae laudis contemtus, et alia vitia. Nam hoc bellum, vt deinceps ostenditur, cupiditates hominum, quocunque vult, impellit. Nota grauissimum antitheton: ἡ τῆς οἰκ. εἰρήνη, et ἀπεριόρ. οὑτοσὶ πόλεμος, bellum latius imperio Romano diffusum, *nullis finibus terminatum*. Οὑτοσὶ de re *nota*, vt post ταυτί. Sic τουτὶ φλογίον 35, 4.

πρὸς τούτοις ... ταυτὶ πάθη] Quia dicitur πρὸς τούτοις, non possunt πάθη rursus esse *affectus*, vtpote distincti ab ἐπιθυμίαις, quae notissima sunt πάθη. Videntur igitur hic esse *casus, mala hominibus accidentia*, sub quorum tamen nomine maxime *morbi animi* (νοσήματα post dicuntur) siue *vitia* comprehenduntur, probe, vt monui, discernenda ab istis ἐπιθυμίαις, e quarum abusu mala, de quibus deinceps dicitur, exsistunt.

κατ' ἄκρας] *secure, nemine impediente*, ideoque penitus. Suidas in h. v. loco Thucyd. 4, 112. vsus est, e quo vnice discitur, quid sit πόλιν ἑλεῖν κατ' ἄκρας, nempe, ex arce descendere in vrbem, eamque ita inuadere, vt tutus sis a tergo, quippe arce occupata. Inde κατ' ἄκρας coepit significare *penitus*. Morvs.

καταβυθίζουσιν αὐτάνδρους ἤδη τοὺς βίους] Elegans locutio, sed quam minus perspectam habuerunt Interpretes. αὐτάνδρους τοὺς βίους est *rem familiarem vna cum ipsis viris*. Opportune Polybius III. 81. Ἔνιοι δὲ διὰ τὴν πρὸς τὰς τῶν ἀφροδισίων ὁρμὰς καὶ τὴν ἐν τούτοις ἔκπληξιν, οὐ μόνον πόλεις καὶ ΒΙΟΥΣ ἀναστάτους πεποιήκασιν, ἀλλὰ καὶ ΤΟ ΖΗΝ ΑΥΤΩΝ ἀφῄρηνται μετ' αἰσχύνης. Quod ad instar Commentarii est. Confer Procopium apud Suid. v. Ἰωάννης. et D. Paul. in prima ad Timoth. VI. 9. Tovpivs. Ambiguitas verbi βίος molesta est. Sed vix h. l. significare potest *rem familiarem*. Raro certe et singulari tantum casu ἡ φιλοχρηματία ipsa per se bonis suis hominem exuit, sicut cani natanti in fabula Aesopica cupiditas carnis carnem eripuit. Esse potius videtur *vita moralis*. Id ratio statim subiecta et insequens deinde disputatio, maxime verbum βίων §. 8. credere iubet. Itaque φιλοχρηματία et φιληδονία et *homines ipsos seruituti turpissimae et abiectissimae addicunt* (vtpote iam ab illis cupiditatibus subactos) et *mores eorum sensusque reddit seruiles*, quia φιλοχρηματία eos ad

res minutas deprimit, et quia *φιληδονία*, humile vitium et indignum generosa indole, eos impellit ad actiones turpes.

§. 7. *ἀκολάστῳ*] i. q. *ἀμέτρῳ, ἀπεριορίστῳ.* Ita *indomitum censum* Iuuen. Sat. 14. v. 176. Morus ostendit dici immensum.

καὶ ἄλλα ἀνοίγοντος] Delendum illud *καὶ ἄλλα,* quod ex margine inuectum. Lucian. in Timon. *Ἐπειδάν τις ἐντυχὼν τὸ πρῶτον ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰσδέχηταί με, συμπαρεισέρχεται μετ᾽ ἐμοῦ λαθὼν ὁ τύφος, καὶ ἡ ἄνοια, καὶ ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ μαλακία, καὶ ὕβρις, καὶ ἀπάτη, ΚΑΙ ΑΛΛΑ ἄττα μυρία.* Vides iam corruptelae originem. Quare locus ita rescribendus est: *Ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ ἀμέτρῳ πλούτῳ καὶ ἀκολάστῳ συνημμένη καὶ ἶσα (φασὶ) βαίνουσα πολυτέλεια, ἀνοίγοντος ἐκείνου τῶν πόλεων καὶ οἴκων τὰς εἰσόδους, εἰς ἃς ἐμβαίνει καὶ συνοικίζεται. Sequitur enim magnas opes profusio, recludentibus illis vrbium et domorum ianuas, in quas intrat et vna cum iis habitat.* Quae plenissima et rotundissima sententia. Quae sequuntur, *χρονίσαντα δὲ ταῦτα,* ducta videntur ex Platone in Phaedro p. 348. *Ὅταν δὲ ΧΡΟΝΙΖΗι τοῦτο δρῶν καὶ πλησιάζῃ.* Quae verba notanda: nam eiusdem commercii sunt. [*Aliquandiu autem vna viuentes, et consuetudine alter alterius vsi, cum nidum fecerint, tum demum sine mora ad prolem gignendam vertunt.* Hic sensus loci est. Restituendus hac occasione Schol. Sophocl. Ai. 492. *Ἐπὶ δὲ τοῦ Ὀδυσσέως καὶ ἄλλό τι οἰκειότερον ὄνομα ἐξεῦρεν, Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο, τὴν εὔνοιαν δηλῶν τῶν οὕτως συνιόντων ἐπὶ μόνῃ παιδοποιΐᾳ.* Ita scribendus iste locus, qui sane pulcherrimus. Confer Aelian. Var. Hist. II. 42. Ex Indice.] Tovpivs. Tutius videtur h. l. sequi Pearcium, qui illud mutari volebat in *καὶ ἅμα,* quod et Morus fecit. Post *ἅμα* posui incisum, vt sententia sit, *et simul... etiam habitat.*

εἰς ἃς ἐμβαίνει] Magna cum veri specie filius legi vult *εἰς αὐτὰς ἐμβαίνει.*

νεοττοποιεῖται] Translatio sumpta a Platone Polit. IX. p. 503. C. *ἆρα οὐκ ἀνάγκη μὲν τὰς ἐπιθυμίας βοᾷν πυκνάς τε καὶ σφοδρὰς ἐννενεοττευμένας;* Rvhnkenivs. Verbis *κατὰ τοὺς σοφοὺς* Longinus fortasse illum ipsum Platonis locum (Bipont. Vol. 7. p. 243.) significauit. Ita

et Portus breuiter: „Platonem innuit, ni fallor, *συνεκδοχικῶς*.“ Morus tamen in Animaduerss. retractat, quod in versione posuerat, et *σοφοὺς* potius esse dicit *prudentes, homines multi vsus et diuturnae experientiae*. Vix huiusmodi homines *οἱ σοφοὶ* dici possunt.

ἀναλέξον ἕν τι γεννῶσι] Isaacus Vossius in libri margine emendat: *ἀλαζονείαν γεννῶσι:* quod Tollius pro Codicis Parisini lectione temere arripuit. Possis etiam scribere: *πλεονεξίαν γεννῶσι.* Simillimus locus Plutarchi in Agide p. 796. C. *ἐπεὶ παρεισέδυ πρῶτον εἰς τὴν πόλιν ἀργύρου καὶ χρυσοῦ ζῆλος, καὶ συνηκολούθησε τοῦ πλούτου τῇ μὲν κτήσει πλεονεξία καὶ μικρολογία, τῇ δὲ χρήσει καὶ ἀπολαύσει τρυφὴ καὶ μαλακία καὶ πολυτέλεια.* Sed Vossiana coniectura praeferenda. Nam *πλεονεξία* simul cum *πολυτελείᾳ* ingredi debet, sequi *ἀλαζονεία, τύφος* et *τρυφή*. Rvhnkenivs. Isaacus Vossius emendabat, *ἀλαζονείαν τε γεννῶσι καὶ τύφον.* Quod verum. Eunapius in Chrysanth. *Πρὸς δὴ τὰς τῶν ἀρχόντων συντυχίας τὸ ὑπερφυὲς οὐκ ἦν δι' ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ σύνιδεῖν ἢ ΤΥΦΟΥ γινόμενον.* Plutarch. Quaest. Platon. p. 999. *Τοὺς ἄλλους ἐξετάζων ἀεὶ, ΤΥΦΟΥ ΚΑΙ ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ, καὶ τοῦ βαρεῖς εἶναι, πρῶτον μὲν αὐτοῖς, εἶτα καὶ τοῖς συνοῦσιν, ἀπήλλαττε.* Apollon. Tyan. Epist. 3. *Εἶτα πῶς διὰ θαλάσσης νῦν ὑποστρέφεις, ἄγων φορτίδα μεστὴν ἀργυρίου, χρυσίου, ΤΥΦΟΥ ΚΑΙ ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΣ.* Clemens Roman. Epist. ad Corinth. cap. 13. *Ταπεινοφρονήσωμεν οὖν ἀδελφοὶ, ἀποθέμενοι πᾶσαν ΑΛΑΖΟΝΕΙΑΝ ΚΑΙ ΤΥΦΟΝ.* Huc egregie facit Callicratides Pythagoreus apud Stobaeum p. 591. *Ἀνάγκη γὰρ τοὺς πολλὰ ἔχοντας ΤΕΤΥΦΩΣΘΑΙ πρᾶτον, τετυφωμένως δὲ ΑΛΑΖΟΝΑΣ γίνεσθαι· ἀλαζόνας δὲ γενομένως, ὑπερηφάνως ἦμεν· ὑπερηφάνως δὲ γενομένως, ΥΒΡΙΣΤΑΣ ἦμεν· ὕβριος δὲ πάσας ἔσχατον καὶ πέρας ΟΛΕΘΡΟΣ.* Poteris etiam legere, *ΑΝΟΙΑΝ ΤΕ γεννῶσι καὶ τύφον.* Isocrates in Areopagit. *Συντέτακται καὶ συνακολουθεῖ τοῖς μὲν ΠΛΟΥΤΟΙΣ καὶ ταῖς δυναστείαις ΑΝΟΙΑ καὶ μετὰ ταύτης ἀκολασία.* Lucian. in Timon. modo laudatus: *Συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ (ΠΛΟΥΤΟΥ) λαθὼν ὁ ΤΥΦΟΣ καὶ ἡ ΑΝΟΙΑ.* Sed illud verius. Deinde non male Manutius, *εἰς ἡλικίας ἐλθεῖν.* quae locutio elliptica librariis fraudi fuit. Ita locutus est nescio quis apud Stobaeum p. 418. *Πυθαγόρας τούτους ἔφη καθιστάναι ἀρ-*

χοντας, οἵτινες ἐκ παίδων καλῶς ἤχθησαν, καὶ ΕΙΣ ΗΛΙΚΙΑΣ ΕΛΘΟΝΤΕΣ μὴ γεγόνασι προδόται τῆς αὐτῶν ἡλικίας λήμματος χάριν. Tovpivs. Tollius ἡλικίας pro plurali habebat. Sed genitiuus est, pendens ille ab intelligendo *μέτρον*. Apud poetas certe *ἥβης μέτρον* saepe occurrit. Aliquanto post, quam haec scripseram, vidi Toupium in Indice firmasse ellipsin loco Pauli, ep. ad Ephes. 4, 13. et Luciani in Imag. cuius verba sunt: *τῆς ἡλικίας δὲ τὸ μέτρον ἡλίκον ἂν γένοιτο.* Ad extremum tamen *ἡλικίαν*, quod libri vett. nonnulli habeant, vt planius, praefert. Sed Longinus non sequitur plana et vsitata. Me quidem hic librorum istorum auctoritas mouit, vt *ἡλικίαν* scriberem. Sunt nempe codd. Par. Ambr. Laurent. et Venetus, et ed. 1.

§. 8. *μηκέτι τοὺς ἀνθρώπους ἀναβλέπειν*] Locus pulcherrimus: de quo nos ad Suid. III. p. 213. Plato apud Nostrum supra sect. 13. *Πρὸς δὲ τὸ ἀληθὲς ἄνω οὔτ' ΑΝΕΒΛΕΨΑΝ πώποτε.* Dionys. Halicarn. Antiq. Rom. XI. 41. *Διαῤῥήξατε ἤδη ποτὲ τοὺς χαλινοὺς, ὦ σχέτλιοι· ΑΝΑΒΛΕΨΑΤΕ ὀρθοῖς ὄμμασι πρὸς τὴν ἐλευθερίαν.* Eunapius in Prooemio: *Πρὸς τὴν τῶν ὄντων διῄρατο καὶ ΑΝΕΒΛΕΨΕ φύσιν.* Tovpivs.

μηδ' ἕτερα φήμης εἶναί τινα λόγον] Sic vnicus ille Codex Parisinus, teste Isaaco Vossio, quod deinde inepte mutarunt in *μηδὲ πέρα φήμης εἶναί τινα λόγον.* Sed codicis antiqui, quamuis corrupta, scriptura nos quasi manu ducit ad lectionem verissimam et pulcherrimam: *μηδ' ὑστεροφημίας εἶναί τινα λόγον.* Plutarchus Tom. II. p. 58. C. *οὐδενὸς αὐτῷ τὰ πράγματα πλὴν ὑστεροφημίας ἐνδεῖν οἰόμενος.* Ipse Longinus sect. XIV. *πρὸς τὸν τῆς ὑστεροφημίας ὅλως μὴ τελεσφορούμενα χρόνον.* Dio Chrys. Orat. XXXI. p. 316. A. *περὶ πλείονος τοῦ ζῆν ἡγούμενοι τὴν ὕστερον εὐφημίαν.* Est autem imitatio Demosthenis de Coron. p. 547. *εἴπερ ἢ δόξης, ἢ προγόνων, ἢ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἶχε λόγον.* Rvhnkenivs. Eleganter Ruhnkenius noster, *μηδ' ὑστεροφημίας εἶναί τινα λόγον. Nec, quam opinionem de se posteri habituri sint, quidquam curare.* Marcus Antonin. IV. 19. *Ὁ περὶ τὴν ΥΣΤΕΡΟΦΗΜΙΑΝ ἐπτοημένος οὐ φαντάζεται, ὅτι ἕκαστος τῶν μεμνημένων αὐτοῦ τάχιστα καὶ αὐτὸς ἀποθανεῖται.* Vocem non semel vsurpat Antoninus. Confer nos supra ad sect. 14. Sed leuiori negotio locus sanandus.

Rescribo; *μηδὲ περὶ φήμης εἶναί τινα λόγον. No one cares what the world says of him.* Ita locutus est Themistius Orat. 27. p. 332. Ed. Hard. *Καὶ περὶ μὲν τῶν λόγων αὐτῶν οὐδεὶς λόγος αὐτοῖς.* Qui locus elegans. Tovpivs. Verbum *πέρα* non ineptum et ex ed. Manutii propagatum ego illis praefero. Verborum *μηδ' ἕτερα* et *μηδὲ πέρα* quam facilis fuerit permutatio, non est quod demonstrem. Steinheilius laudat *ὑστεροφημίας* etiam a Maio substitutum verbum. Ipse et *παράπαν* legi posse addit: probat tamen *πέρα, vltra, vlterius.*

τὰ θνητὰ ἑαυτῶν μέρη καὶ ἀνόητα] Legendum, *καὶ ἀνόητα.* Plato in Phaedon. p. 215. Ed. Forster. *Τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ ὁμοιότατον εἶναι ψυχὴν, τῷ δὲ ἀνθρωπίνῳ καὶ ΘΝΗΤΩι ΚΑΙ ΑΝΟΗΤΩι ὁμοιότατον αὖ εἶναι σῶμα.* Quem locum ob oculos habuisse videtur noster Longinus. Deinde recte Manutius, *παρέντες αὔξειν τὰς ἀρετάς.* Quae solennis et elegantissima locutio. Xenoph. Memor. II. 6. *Ὅσαι δὲ ἐν ἀνθρώποις ΑΡΕΤΑΙ λέγονται, σκοπούμενος εὑρήσεις πάσας μαθήσει τε καὶ μελέτῃ ΑΥΞΑΝΟΜΕΝΑΣ.* Damascius apud Suid. v. *Ἐχέμυθος. Ἦν δὲ ἐχέμυθος ἐς τὰ μάλιστα καὶ κρυψίνους· ἀλλ' εἴς τε ΣΥΝΑΥΞΗΣΙΝ ΑΡΕΤΗΣ καὶ κακίας μείωσιν, ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν.* Philostratus in Vita Marci: *Ἠγάσθη αὐτὸν καὶ Ἀδριανὸς ὁ αὐτοκράτωρ πρεσβεύοντα ὑπὲρ Βυζαντίων, ἐπιτηδειότατος τῶν πάλαι βασιλέων γενόμενος ΑΡΕΤΑΣ ΑΥΞΗΣΑΙ.* Huc facit Quintilian. Institut. Orat. III. 8. *Isocrates in Panegyrico conqueritur plus honoris corporum quam animorum virtutibus dari.* Tovpivs. Lectio *τὰς ἀρετὰς* (Manut. e vitio typogr. *ἀφετὰς*) est Longino prorsus indigna. Seruaui *τἀθάνατα,* quod Pearcius in corruptis codicum verbis latere existimabat. Ceterum propter locum Platonis, (ed. Fisch. §. 28.) vbi *νοητὸν* actiue positum est, et propter membrorum rationem ego probem:... *κἀνόητα ἐκθ. π. αὔξ. τὰ νοητὰ κἀθάνατα.*

§. 9. *Οὐ γὰρ ἐπὶ κρίσει μέν τις δεκασθεὶς* etc.] MS. Parisinus: *οὐ γὰρ ἐπικρήσει μέν τις δεκασθείς.* ex quo Isaacus Vossius faciebat, *οὐ γὰρ ἐπικρινεῖ μέν τις δεκασθείς.* Sed vir doctissimus nesciebat, locum sumtum esse ex Demosthene de fals. Legat. p. 117. *ἡγούμενος τὸν ἅπαξ λαβόντα, καὶ διαφθαρέντα ὑπὸ χρημάτων, οὐδὲ κριτὴν ἔτι τῶν συμφερόντων ἀσφαλῆ μένειν τῇ πόλει.* Ruhn-

KENIVS. Hic locus non emendatione, sed interpretatione eget. Reddunt, *in iudicio quis pretio corruptus.* Imperite id quidem et nullo iudicio. Ἐπὶ κρίσει δεκασθῆναι est *corrumpi ob sententiam dandam.* Philostratus Heroic. p. 681. ὁ Αἴας λέγεται ταῖς ἀγέλαις ἐμπεσὼν, διαφορῆσαι σφᾶς, οἷον κτείνων τοὺς Ἀχαιοὺς ΕΠΙ ΤΗι ΚΡΙΣΕΙ. *Fertur in greges impetum fecisse Aiax, atque eos dilaniasse, quasi morte mulctaturus Graecos ob sententiam, quam contra se tulissent.* Iulian. Orat. 2. p. 81. Ὑπάρχειν δέ φασι καὶ Κελτοῖς ποταμὸν ΑΔΕΚΑΣΤΟΝ ΚΡΙΤΗΝ τῶν ἐκγόνων, καὶ οὐ πείθουσιν αὐτὸν, οὔτε αἱ μητέρες ὀδυρόμεναι συγκαλύπτειν αὐτὰ, καὶ ἀποκρύπτειν τὴν ἁμαρτάδα, οὔτε οἱ πατέρες ὑπὲρ τῶν γαμετῶν καὶ τῶν ἐκγόνων ΕΠΙ ΤΗι ΚΡΙΣΕΙ δειμαίνοντες. Vbi recte Interpretes, *dum iudicii exitum perhorrescunt.* Deinde recte viri doctissimi Morus et Pricaeus, οὐκ ΑΝ ΕΤΙ τῶν δικαίων καὶ καλῶν ἐλεύθερος καὶ ὑγιὴς ἂν ΚΡΙΤΗΣ γένοιτο. Dionys. Halic. in Isaeo: Εἰ δέ τις παραθεωροίη ταῦτα ὡς μικρὰ καὶ φαῦλα, ΟΥΚ ΑΝ ΕΤΙ ΓΕΝΟΙΤΟ ἱκανὸς αὐτῶν κρατῆσαι. Noster infra: Δοκοῦμεν ΕΤΙ ἐλεύθερόν τινα ΚΡΙΤΗΝ τῶν μεγάλων καὶ ἀδέκαστον ἀπολελεῖφθαι; Demosth. Περὶ Παραπρεσβ. p. 117. Ἡγούμενος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, τὸν ἅπαξ λ. [v. Ruhnken.] Ad quem locum proculdubio respexit Longinus. TOVPIVS. Verba ἐπὶ κρίσει tantum Petra et Paganus ambigue verterunt *in iudicio.* Ceteri omnes recte et clare. Leue est quod addam. Prima negatio certos statim ab initio reddit lectores, enuntiationem fore negantem. Tum suo loco, ne quid ambiguum sit, οὐκ ἂν, *non sane.* Sic et post verba sat multa repetitur hoc ἂν grauitatis causa.

ἀνάγκη γὰρ τῷ δωροδόκῳ τὰ οἰκεῖα μὲν φαίνεσθαι καλὰ καὶ δίκαια] Idem δωροδόκος et δωροδέκτης. vtrumque ἀπὸ τοῦ Δέχεσθαι. sed litera aspera in lenem mutatur. Quod Graecis solenne. Hinc ἀγγεῖον ἀρτοδόκον, οἰνοδόκον, γαλακτοδόκον, et cetera huius furfuris sexcenta. de quo nos in Animaduers. ad Schol. Theocriti V. 58. Qui aliter scribunt, falluntur. in quibus cl. Valesius ad Harpocrat. p. 71. Etymologus: Ἱστοδόκη, ἡ ὑποδεχομένη τὸν ἱστὸν ἱστοθήκη. τὰ δὲ παρὰ τοῦ δέχω πάντα διὰ τοῦ κ. ξεινοδόκος καὶ τὰ ὅμοια. Quod viris doctis notandum. Deinde non male Faber, τὰ δίκαια μὴ φαίνεσθαι καλὰ καὶ δίκαια. *Necesse est enim, quae*

iusta et honesta sunt, ei qui mercede corruptus sit, nec iusta videri nec honesta. Sextus Empiric. Aduers. Mathemat. lib. 2. p. 303. *Εὔνοιαν δὲ ἐμποιεῖ οὐχ ὁ ῥητορικὸς, ἀλλ' ὁ ἀφελὴς καὶ τὸν ἰδιωτικὸν ὑποφαίνων τύπον. τῷ μὲν γὰρ τοῦ ῥήτορος ἀντίκεινται πάντες, ταῖς ὑπεροχαῖς φθονοῦντες. κἂν γὰρ ΔΙΚΑΙΑ κατασκευάζῃ ὁ ῥήτωρ, δοκοῦσι μὴ διὰ τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ ῥήτορος πανουργίαν ΤΑ ΜΗ ΔΙΚΑΙΑ τοιαῦτα αὐτοῖς ΦΑΙΝΕΣΘΑΙ.* Verba autem *δίκαιον* et *οἰκεῖον* non raro confunduntur. de quo cl. Marklandus ad Lysiam p. 590. Hinc corruptus Porphyrius de Abstin. II. 61. *Θεοῖς δὲ ἀρίστη μὲν καταρχὴ νοῦς καθαρὸς καὶ ψυχὴ ἀπαθὴς, οἰκεῖον δὲ καὶ τὸ μετρίως μὲν ἀπάρχεσθαι τῶν ἄλλων.* Scribendum proculdubio, *ΔΙΚΑΙΟΝ δὲ καὶ τὸ μετρίως μὲν ἀπάρχεσθαι τῶν ἄλλων.* Notus versiculus,

ΔΙΚΑΙΟΝ εὖ πράττοντα μεμνῆσθαι θεοῦ.

Sallustius de Diis cap. 16. *Πρῶτον μὲν ἐπειδὴ πάντα παρὰ θεῶν ἔχομεν, ΔΙΚΑΙΟΝ τοῖς διδοῦσι τῶν διδομένων ἀπαρχεσθαι.* Atque haec speciem quidem habent. Sed nihil mutandum apud Longinum. Optime cl. Pearcius, " *Τὰ οἰκεῖα* significat causam eius, a quo pecuniam accepit: iudex enim corruptus corrumpentis causam suam facit." Aristot. Rhetor. I. 1. *Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ὁ ΚΡΙΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΙΚΕΙΩΝ κρίνει, ὡς οὐδὲν ἄλλο δεῖ πλὴν ἀποδεῖξαι, ὅτι οὕτως ἔχει, ὥς φησιν ὁ συμβουλεύων.* Polybius Excerpt. Legat. XCIII. *Τὰ δὲ ἁμαρτήματα κατὰ τοὐναντίον, τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐξωνείδιζε πικρῶς καὶ δυσμενικῶς, τὰ δὲ τῶν Ῥοδίων ἐπειρᾶτο περιστέλλειν· ἵνα κατὰ τὴν παράθεσιν ΤΑ ΜΕΝ ΟΙΚΕΙΑ μικρὰ καὶ συγγνώμης ἄξια φανῇ, τὰ δὲ τῶν πέλας ἀπαραίτητα καὶ μεγάλα τελέως.* Quae Rhetorem nostrum haud parum illustrant. Tovpivs. Interpretatio Pearcii nulla ex parte probanda est. *Οἰκεῖα* non sunt causae forenses, propter quas iudex donis corruptus est. Pluribus hoc docere facile esset. Sufficit, quod nemini obscurum est, eam non conuenire argumentationi auctoris. *Οἰκεῖα* sunt *quae cuiusque ingenio aut consuetudini congruunt.* Lucian. de conscrib. hist. c. 16. *οἰκεῖον εἶναι ἰατρῷ, ἱστορίαν συγγράφειν, εἴγε ὁ Ἀσκληπιὸς μὲν Ἀπόλλωνος υἱὸς, Ἀπόλλων δὲ Μουσηγέτης, καὶ πάσης παιδείας ἄρχων.* Alia loca dabunt Menagius ad Diog. Laer-

tii Cleobulum p. 33. s. Hoogev. ad Vig. III, 8, 5. et alii. Itaque iudici donis corrupto *sua consuetudo* (dona nempe accipiendi et secundum eorum modum sententiam suam ferendi) recta videtur et honesta. Eodem sensu *ἴδια* dicuntur, vt Euang. Ioh. 8, 44. vbi interpretes etiam hanc *τῶν οἰκείων* significationem exemplis firmant. Pro *μὲν* cum Moro legendum *μόνα*. Probat hoc idem vir doctus in Bibl. Crit. Amst. Vol. I. P. 3. et de sententia ipsa locum Plutarchi (Tom. II. p. 48.) comparandum affert, cuius haec sunt verba: *Οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ κριτὴν δίκαιον καὶ ἀδέκαστον εἶναι. Τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν πρὸς τὸ φιλούμενον, ἂν μή τις μαθὼν ἐθισθῇ τὰ καλὰ τιμᾷν καὶ διώκειν μᾶλλον, ἢ τὰ συγγενῆ καὶ οἰκεῖα.* Cf., si placet, Plat. Legg. 5, p. 213. Bipont.

τὸ δ' ἐκ τοῦ παντὸς κερδαίνειν ὠνούμεθα τῆς ψυχῆς] Locus elegantissimus. Sophocles Antig. 317.

Οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν.

Illud autem, *ὠνούμεθα τῆς ψυχῆς*, ductum est ex Plutarcho de Ira cohibenda p. 457. *τὸ δὲ ἐν ψυχῇ στῆσαι κατὰ θυμοῦ τρόπαιον (ᾧ χαλεπὸν εἶναι διαμάχεσθαι, φησὶν Ἡράκλειτος· ὅ, τι γὰρ ἂν θέλῃ, ΨΥΧΗΣ ΩΝΕΙΤΑΙ·) μεγάλης ἐστὶ καὶ νικητικῆς ἰσχύος, ὥσπερ νεῦρα καὶ τόνους ἀληθῶς ἐπὶ τὰ πάθη τὰς κρίσεις ἐχούσης.* Dio Chrysost. Orat. 31. *Μύριοι δὲ εἰσὶν οἱ ΤΑΣ ΨΥΧΑΣ προέμενοι ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ ΤΟΥ ΖΗΝ ΕΩΝΗΜΕΝΟΙ τὴν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπιγραφήν.* Tovpivs. Talia, vt et *πρίασθαι ψυχῆς* Xenoph. Cyri paed. III, 1, 36. et 41. non sine aliqua voluptate comparantur: sed ceterum exigui sunt vsus.

ἕκαστος κ. τ. λ.] Haec mutila sunt. Manutius, *ἕκαστος πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ἠνδραποδισμένοι.* Quare vide, an ita res redintegrari possit: *Ἕκαστος πρὸς τῆς ἑαυτοῦ ΗΔΟΝΗΣ ἠνδραποδισμένοι. Vnusquisque a voluptatibus suis in seruitutem redactus.* Nimirum diuitias expetunt, vt in voluptatibus suis consumant. Noster supra, *ἡ φιλοχρηματία καὶ ἡ ΦΙΛΗΔΟΝΙΑ δουλαγωγοῦσι.* Aeschines cont. Timarch. p. 80. *Αἱ προπετεῖς τοῦ σωματος ΗΔΟΝΑΙ, καὶ τὸ μηδὲν ἱκανὸν ἡγεῖσθαι, ταῦτα πληροῖ τὰ ληστήρια — ταῦτα παρακελεύεται τοῖς νέοις σφάττειν τοὺς πολίτας, ὑπηρετεῖν τοῖς τυράννοις, συγκαταλύειν τὸν δῆμον. οὐ γὰρ τὴν αἰσχύνην οὐδ' ἃ πείσονται ληφθέντες λογίζονται, ἀλλ' ἐφ' οἷς κατορθώσαντες ΕΥΦΡΑΝ-*

ΘΗΣΟΝΤΑΙ, *τούτοις κεκήληνται.* Phauorinus apud Stobaeum p. 757. *Ἀρετὴν οὖν τοῖς πᾶσι μᾶλλον εὐκταῖον, ἢ πλοῦτον ἀνοήτοις σφαλερόν. ὑπὸ γὰρ χρημάτων αὔξεται κακία. καὶ ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ἦ, τοσούτῳ πλέον ἐξυβρίζει, τὸ λυσσῶδες ΑΥΤΟΥ ΤΩΝ ΗΔΟΝΩΝ ἐκπληροῦν ἔχων.* Et hoc, opinor, verum. Tovpivs. Turbatum locum integritati suae sic restituo: *ἕκαστος πρὸς τῆς τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας ἠνδραποδισμένοι.* Cum librarius verba *τοῦ πλεονεκτεῖν ἐπιθυμίας* suo loco omisisset, mox errore animaduerso, in extrema periodo ponere maluit, quam prorsus omittere. Hac emendatione nihil verius puto. Rvhnkenivs.

καταρχαιρεσιάζεσθαι] Verbum exquisitissimum et non nisi Longino nostro vsurpatum. *Ἀρχαιρεσιάζειν* est *comitia habere ad creandos Magistratus. to hold court.* Est et *Ἀρχαιρεσιάζειν ambire, plebem demulcere.* quod candidati solent. Hinc *Καταρχαιρεσιάζειν ambiendo vincere*, siue *malis artibus finem propositum adsequi. Καταρχαιρεσιάζεσθαι, muneribus seduci, corrumpi. got over.* Atque hinc Longinus intelligendus. Sed de hoc consulendi viri docti ad Hesychium, Harpocrat. Pollucem. Confer etiam Suid. et Etymologum in v. Tovpivs.

§. 10. *ἄμεινον ἀρχ. ἢ ἐλευθ. εἶναι*] Nonnulli signum interrogandi his subiiciunt. Sed vehementior huius loci oratio aliam formam interrogationis, ex meo sensu, posceret, vt: *Ἀλλ' οὐ γὰρ τοῖς τοιούτ.* etc.

ἀφεθεῖσαι τὸ σύνολον etc.] Cl. Marklandus ad Max. Tyr. Dissert. XXXIII. p. 711. tollit vocem *ἄφετοι*, velut ex glossemate natam. Sed nihil eiiciendum, modo corrigatur: *ἐπείτοιγε ἀνεθεῖσαι τὸ σύνολον, ὡς ἐξ εἱρκτῆς ἄφετοι.* Philo Iud. Tom. I. p. 279. *καὶ τὰ τῆς ἀνάγκης ἀνεὶς δεσμὰ, ἄφετον εἴασε τὴν διάνοιαν.* Rvhnkenivs. Imitatus est Noster Plutarchum suum de Audit. p. 37. *Ἀναρχία μὲν γὰρ, ἣν ἔνιοι τῶν νέων ἐλευθερίαν ἀπαιδευσίᾳ νομίζουσι, χαλεπωτέρους ἐκείνων τῶν ἐν παισὶ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν δεσπότας ἐφίστησι, ΤΑΣ ΕΠΙΘΥΜΙΑΣ ΩΣΠΕΡ ΕΚ ΔΕΣΜΩΝ ΛΥΘΕΙΣΑΣ.* Huc facit Isocrates Orat. ad Philippum: *Προσήκει δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους πεφυκόσι, καὶ τοῖς ἐν πολιτείᾳ καὶ νόμοις ἐνδεδεμένοις, ἐκείνην τὴν πόλιν στέργειν, ἐν ᾗ τυγχάνουσι κατοικοῦντες· ΣΕ ΔΕ ΩΣΠΕΡ*

ΑΦΕΤΟΝ γεγενημένον πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα πατρίδα νομίζειν, ὥσπερ ὁ γεννήσας ὑμᾶς. Quae tangit Philosophus Rhetor. III. cap. XI. Confer etiam viros doctos ad Max. Tyr. XXIX. 2. Deinde optime, vt solet, Marklandus noster, *κἂν ΕΠΙΚΑΥΣΕΙΑΝ τοῖς κακοῖς τὴν οἰκουμένην.* Qua quidem emendatione nihil certius aut elegantius. Iosephus Bell. Iud. II. 16. *Τοῖς ἀγαθοῖς σχεδὸν ὅλην ΕΠΙΚΑΥΖΟΝΤΕΣ ΤΗΝ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΝ.* Tovpivs. *Ἄφετοι* (sc. *θῆρες*) etsi nimis cognatum videtur *τῷ ἀφεθεῖσαι* ideoque minime aptum comparationi, tamen vt maxime proprium et, vt dicunt, solenne verbum potest ferri, cum in talibus vitium minus sentiatur. Sed melius sane illud *ἄφετοι* abesset. Etiam *ἐπικαύσειαν* defendi potest, etsi *ἐπικλύσειαν* ob leniorem et vsitatiorem, qui inest, tropum et ob leuem mutationem merito et aliis placet, vt Sallierio in *Memoires de Litt. .. des Inscriptions* etc. Tom. V. p. 125. Nempe incendium et late manat et cuncta deuastat. Hinc Philoctetes apud Sophoclem v. 929. sic Neoptolemum increpat: *ὦ πῦρ σὺ, καὶ πᾶν δεῖμα!* Et Cicero non semel dixit *inuidiae incendio conflagrare*, pro infestari maximo et ab omnibus odio. Vid. maxime interpretes ad ep. Iacobi 3, 5. Durior paulo grauiorque tropus in admiratore Demosthenis mihi probatur. Fortasse Marklandus *πλησίον* quoque pro *πλησίων* h. l. rescribendum significat. Id ipsum mihi erat visum. Consultis autem libris non dubitaui in ed. Manutii *ω* positum esse ex errore typothetae: vnde et Portus scribi curauit *πλησίον*. Idem exstat in Vat. 3. Et Robortellus etiam ceterique, praeter Pearcium et Morum, in *πλησίον* consentiunt. Puto autem et in horum editt. *ω* casu inuectum, quia nihil de altera quadam lectione monuerunt.

§. 11. *καὶ δαπανὸν ἔφην εἶναι τῶν νῦν γεννωμένων φύσεων*] Hesych. *Δαπανά, ἀναλωτικά.* Plutarch. in Symposiac. p. 624. *Ἡμῖν δὲ μᾶλλον ἡ τῆς πικρότητος ἐδόκει δύναμις ἀναξηραντικὴ καὶ ΔΑΠΑΝΟΣ ΥΓΡΩΝ εἶναι.* Quem locum exscripsit Athenaeus lib. 2. p. 52. Corrigendus hic in transitu Heraclides Alleg. Hom. p. 446. *Τίς δὲ Σειρήνων οὐκ ἀκούει, τὰς πολυπείρους ἱστορίας αἰῶνος παντὸς ἐκμαθων; καὶ Χάρυβδις μὲν ἡδάπανος ἱστορία, καὶ περὶ πότους ἄπληστος εὐλόγως ὠνόμασται.* Quae foedissime inquinata et interpolata sunt. Rescribo

emendatione quidem certissima, *καὶ Χάρυβδις μὲν ἡ ΔΑΠΑΝΟΣ ἄνθρωπος, καὶ περὶ πότους ἄπληστος. Mulier prodiga et temulenta Charybdis dicebatur.* Error ortus ex compendaria scriptura, ανος pro ἄνθρωπος. Sic solent librarii. Huiusmodi hominem ποντοχάρυβδιν vocat Hipponax apud Athenaeum lib. 15. p. 698. Comicus, nescio quis, *Μεθυσοχαρυβδιν*. Phrynichus Appar. Sophist. ineditus: *Μεθυσοχάρυβδις, ἐπὶ γυναικὸς μεθύσου, οὐκ ἐπ᾽ ἄῤῥενος.* Hinc *Χαρυβδίζειν. Ingurgitare.* Pherecrates apud Athenaeum lib. XI. p. 487.

—— τῶν θεατῶν δ᾽ ὅστις ἂν
Διψῇ, λεπαστὴν λαψάμενος ΕΧΑΡΥΒΔΙΣΕ
Μεστήν ——

Ita scribendus iste locus. Eleganter Cicero Philipp. II. 27. *Quae Charybdis tam vorax? Charybdin dico? quae si fuit, fuit animal vnum. Oceanus, medius fidius, vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus locis positas, tam cito absorbere potuisse.* Ceterum, vt eo, vnde abii, revertar, vocem *Δαπανὸς* vsurpat Dioscorides in Epigrammate apud Stratonem, quod quia lucem publicam nondum vidit, et elegans in primis est, hic cum lectore erudito communicabo.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Βλέψον ἐς Ἑρμογένην πλήρει χερὶ, καὶ τάχα πρήξεις,
Παιδοκόραξ ὅσα σοὶ θυμὸς ὀνειροπολεῖ,
Καὶ στυγνὴν ὀφρύων λύσεις τάσιν. ἢν δ᾽ ἁλὶ δύσῃ,
Ὀρφανὸν ἀγκίστρου κύματι δοὺς κάλαμον,
Ἕλξεις ἐκ λιμένος πολλὴν δρόσον. οὐδὲ γὰρ αἰδὼς
Οὐδ᾽ ἔλεος ΔΑΠΑΝΩι ΚΟΛΛΟΠΙ συντρέφεται.

Ita scribendum istud Epigramma. Notandum autem illud *κόλλοπι. puero exoleto.* Hesychius: *Κόλλοπες, οἱ κόλλαβοι. Καὶ τοὺς σκληροὺς δὲ καὶ παρηβηκότας παῖδας ἐντεῦθεν ΚΟΛΛΟΠΑΣ φασίν.* Porro, vt Dioscorides *παιδοκόραξ*, sic scriptor *ἀνώνυμος* apud Suid. v. *Λογγῖνος*, *Γυναικοϊέραξ* habet. *Δεινοὶ γὰρ οἱ ΓΥΝΑΙΚΟΙΕΡΑΚΕΣ εὐπρεπεῖς αἰτίας ἐφευρίσκειν εἰς ἄγραν τῶν θηλειῶν.* Quae vtraque vox eiusdem virtutis, et quidem in rarissimis est. Τουριυς. Particula *καὶ* quo ex fonte quaue ex auctoritate fluxerit, nescio. Mihi ea probatur; etsi legi malim *Ὀλ. δὲ καὶ δ.* Sed pro subsidiis mihi iam

relictis scribendum putaui Ὅλως δὲ ὁ. Sic enim habent codd. Vatt. *B* et *C*, comment. Porti, ed. 1. et Manolesii. Et idem cum Tollio iam edidit Hudsonus, qui e cod. Eliensi nihil h. l. notauit, vt et in hoc δὲ exstare videatur.

οὐκ ἄλλως πονοῦντες ἢ ἀναλαμβάνοντες] Athenaeus lib. XIV. p. 630. *Πολεμικοὶ δὲ εἰσὶν οἱ Λάκωνες, ὧν καὶ υἱοὶ τὰ ἐμβατήρια μέλη ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙ, ἅπερ καὶ ἐνόπλια καλεῖται.* Sextus Empir. Aduers. Mathem. XI. p. 709. *Τέχνας τε καὶ ἐπιστήμας τὰς ἀκριβεστάτας ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΟΥΣΙΝ ἄνδρες οὐ χωρὶς ΠΟΝΟΥ.* Polybius III. 4. *Οὔτε γὰρ πολεμεῖ τοῖς πέλας οὐδεὶς νοῦν ἔχων ἕνεκεν αὐτοῦ τοῦ καταγωνίσασθαι τοὺς ἀντιταττομένους· οὔτε πλεῖ τὰ πελάγη χάριν τοῦ περαιωθῆναι μόνον· καὶ μὴν οὐδὲ τὰς ἐμπειρίας καὶ τέχνας αὐτῆς ἕνεκα τῆς ἐπιστήμης ΑΝΑΛΑΜΒΑΝΕΙ. παντες δὲ πράττουσι πάντα χαριν τῶν ἐπιγενομένων τοῖς ἔργοις ΗΔΕΩΝ ἢ ΚΑΛΩΝ ἢ ΣΥΜΦΕΡΟΝΤΩΝ.* Ad quem locum respexisse videtur Longinus. Quae sequuntur, vereor vt satis sana sint. Legendum opinor, *εἰ μὴ ΠΛΟΥΤΟΥ καὶ ἡδονῆς ἕνεκα. Non alia de causa laborantes vel quidquam addiscentes, nisi* LVCELLI *et voluptatis gratia.* Quod et sensus loci postulare videtur. Noster supra, *ἡ γὰρ ΦΙΛΟΧΡΗΜΑΤΙΑ καὶ ἡ ΦΙΛΗΔΟΝΙΑ δουλαγωγοῦσι.* Plutarch. in Alexandro: *Οὐ γὰρ ΗΔΟΝΗΝ ζηλῶν οὐδὲ ΠΛΟΥΤΟΝ, ἀλλ' ἀρετὴν καὶ δόξαν.* Marc. Antonin. III. 6. *Ἀντικαθῆσθαι γὰρ τῷ λογικῷ καὶ πολιτικῷ ἀγαθῷ οὐ θέμις οὐδ' ὁτιοῦν ἑτερογενὲς, οἷον τὸν παρὰ πολλῶν ΕΠΑΙΝΟΝ, ἢ ΠΛΟΥΤΟΝ, ἢ ΑΠΟΛΑΥΣΕΙΣ ΗΔΟΝΩΝ.* Qui locus notandus: nam ad nostram lectionem vel facit, vel non facit. TOVPIVS. Commode vir doctus loca illa de *ἀναλαμβάνειν* congessit. Sed in omnibus adiectus est accusatiuus, quem hic maxime desideramus. Veruntamen statuere possumus, etiam sine accusatiuo poni potuisse, pro *discere*, quoniam et in aliis linguis talia vt neutra vsurpantur, vt in Latina hoc ipsum *discere.* Praeclare et *ἐπαίνου* verbum Toupius suspectum fecit, quod nemo in dubium vocauerat. Eliciunt inde aliquid, vt non videatur alienum, vt Tollius *gloriolam*, Boilauius *o tentationem* („*pour avoir lieu de nous vanter*“): sed in Graeco verbo manet aliqua offensio. Posset quis *praemium* interpretari, quo sensu apud alios occur-

rere constat. Sed nihil est in vicinis verbis, quod de hac significatione moneat. Si rem spectamus, pro simplici v. *ἐπαίνου* bene haberet *τοῦ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνου.* Sed tantam lacunam temere non fingam. Fortasse et sic verbum erit saluum, vt de *intelligentium* adeo *laude* dictum putemus. Nimirum fola laude non excitantur magna ingenia, sed rerum ipsarum, quas tractant, sublimitate et magnificentia: qua cum efferantur etiam auditores, quasi inuentorum participes, vt 7, 2. egregie dicitur, quanto magis scriptores? Sed tutius est sequi ipsum auctorem. Sublimius est eius praeceptum et prorsus seueritatem Stoicae disciplinae sapit. *Vsum* ille (*communem*) *studiose appetendum et magni faciendum esse* significat: id enim volunt verba, cum dicit, nos debere labores suscipere et ad studia incumbere *ἕνεκα τῆς ζήλου καὶ τιμῆς ἀξίας ὠφελείας.* Hoc *vsus communis* siue *publici studium*, quo excitabantur olim in republica libera multorum animi, quin sit omni *laude* praestantius, nemini potest esse dubium.

§. 12. *Κράτιστον δ' εἰκῇ ταῦτ' ἐᾷν*] Probabilis mihi videbatur Tan. Fabri coniectura: *κράτιστον δ' εἴη ταῦτ' ἐᾷν.* Lucian. Encom. Demosth. p. 497. *Ἀλλὰ μὴν βέλτιον εἴη καὶ ταῦτα ἐᾷν ἐν ἀσαφεῖ κείμενα.* Sed nihil mutandum. Est enim versus Euripidis ex Elect. 379. vel ex Auge, apud Diog. Laert. II. 33.

Κράτιστον εἰκῇ ταῦτ' ἐᾷν ἀφειμένα.

et commode particula *δὲ*, quod metro officit, a MS. Parisino abest, teste Isaaco Vossio. Rvhnkenivs. Recte Faber, *Κράτιστον δ' εἴη.* Sed et legendum, *Κράτιστον δ' ΕΙΗ ΚΑΙ ταῦτ' ἐᾷν. Sed et haec praestiterit omittere.* Lucian. in Demosth. Encomio: *Ἀλλὰ μὴ βέλτιον ΕΙΗ ΚΑΙ ταῦτ' ἐᾷν.* Ita scribendus iste locus, qui plane gemellus est. Nostrae autem emendationi obstare videtur Euripides in Elect. 379. et in Auge apud Laert. II. 33. a cl. Ruhnkenio laudatus:

Κράτιστον εἰκῇ ταῦτ' ἐᾷν ἀφειμένα.

Sed vterque locus proculdubio mendosus est, et ad priorem normam corrigendus. Quod vero scribit Sophocles in Oedip. Tyr. 998.

Εἰκῇ κράτιστον ζῆν, ὅπως δύναιτό τις,

res longe diuersa est, et nihil hic facit. Nihil autem tritius aut solennius apud Graecos quam phrasis ista,

Κράτιστον εἴη. Thucyd. IV. 46. *ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ αὐτοῖς ΕΙΗ ὡς τάχιστα ἀποδρᾶναι.* Plutarch. in Eumene: *Ἐλθὼν ὑπὸ ὀργῆς πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ὁ Εὐμένης ἐβόα μετὰ Μέντορος, ὡς αὐλεῖν ΕΙΗ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ἢ τραγῳδεῖν τὰ ὅπλα ῥίψαντας ἐκ τῶν χειρῶν.* Aristides Vol. I. p. 70. *ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ΔΕ ἂν ΕΙΗ τοὺς διὰ μέσου προγόνους τοῦ πάντα ἀρίστου παιδὸς ἀφέντα, τῶν γε ἐν ὀφθαλμοῖς τρόπον τινὰ ὄντων μνησθῆναι βραχέα.* Quare haud inconsulte, opinor, hanc phrasin cum Tollio Longino restituimus. Tovpivs. Non inconsulte, sed temere talia quis effundat, quale est illud de addenda particula *ΚΑΙ.* Apud Lucianum in Encomio Demosthenis cap. 9. (Vol.IX. Bipont. p. 139.) dictum erat, *ἀσαφῆ* esse Homeri *πατρίδα καὶ γένος, καὶ χρόνον.* Tum post nonnulla rursus de *ὀνόματι* eius (quod *Melesigenes* primo dictus fuerat) et *τύχῃ.* Ibi his praeciditur p. 140: *Ἀλλὰ μὴν βέλτιον εἴη καὶ ταῦτα ἐᾷν ἐν ἀσαφεῖ κείμενα.* In quibus quis non videt, *ΚΑΙ ταῦτα* referri ad *ὄνομα* et *τύχην, haec quoque,* sicut illa (*πατρίδα, γένος* et *χρόνον*), *ἐν ἀσαφεῖ* relinquenda videri. Quid his apud Longinum simile est? Quaenam antea se *missa facere* (*ἐᾷν*) dixit, vt *haec QVOQVE* (*ΚΑΙ ταῦτα*), sicut illa, nescio quae, omittenda esse dicere possit? aut quid ante commemorauit, de quo auctores dissentiant? Secundum talem, non crisin, sed *ἀκρισίαν* recte quis e Luciani loco hic apud Longinum pro *κράτιστον* reponat *βέλτιον,* et deinceps addat *ἐν ἀσαφεῖ κείμενα,* quia Luciani locus haec ipsa clare exhibet! Toupius illud *ΚΑΙ* in textu Longini addidit: cur non alii liceat plura etiam addere, et pleniorem rotundioremque aliquanto facere sententiam? Sed difficile est in stomacho ridere. Quod ad *μὴ* attinet illo Luciani loco scriptum, recte viri docti pro eo reposuerunt *μὴν,* quia inusitatus est optatiuus post *μὴ* dubitantis. Si *μὴ* esset a Luciano, non *εἴη* sequeretur, sed *ᾖ.* Denique *εἰκῇ* sine vlla duritie, vt in versu noto, positum cur mutetur, plane nulla est causa. Itaque nec hoc loco. Certe satius est talia *ἐᾷν ἐν ἀσαφεῖ κείμενα.* Inseruire illud videtur rei abiiciendae. In re desperata frustra suscipitur omnis cura.

Ἦν δέ τ.] Quae sequuntur, recte repraesentat Editio princeps Robortelliana, quam et posteriores sequi debuerant: *Ἦν δὲ ταῦτα τὰ πάθη, περὶ ὧν ἐν ἰδίῳ προηγουμένως*

ὑπεσχόμεθα γράφειν ὑπομνήματι, ΩΣ τήν τε τοῦ ἄλλου λόγου καὶ αὐτοῦ ὕψους μοῖραν ἐπεχόντων, ΩΣ ΗΜΙΝ ΔΟΚΕΙ. Non male Petrus Paganus, *Hae vero erant affectiones, de quibus, cum in se, vt nobis videtur, non solum magnificae atque sublimis, sed alius etiam orationis partem contineant, proprio in primis commentario nos scripturos esse polliciti sumus.* Recte illud, ὡς ἡμῖν δοκεῖ. Sic Graeci. Simplic. in Epictet. p. 65. ed. Salmas. Οὕτως ἄρα οὐδὲν τούτων δεινόν ἐστι φύσει καὶ ἀφόρητον, ΩΣ ΗΜΙΝ ΔΟΚΕΙ. Aristoph. Av. 380.

Ἔστι μὲν λόγων ἀκοῦσαι πρῶτον, ΩΣ ΗΜΙΝ ΔΟΚΕΙ,
Χρήσιμον——

Vetus poeta apud Philosoph. in Rhetoricis II. 22.

Ἀνδρὶ δ' ὑγιαίνειν ἄριστόν ἐστιν, ΩΣ Γ' ΗΜΙΝ ΔΟΚΕΙ.

Quod tantundem est. Sed haec sunt infinita. Tovpivs.

προηγουμένως] h. e. *non exspectans, vt tu me excitares, sed sponte occurrens desiderio tuo.* Haec explicatio certe verbo magis conuenit, quam illa Mori, qui simplicem notionem praepositionis πρὸ inesse statuit. „Προηγ. ὑπ.", inquit, „id est, προϋπεσχόμεθα." Promiserat Longinus ante, quam hunc librum scribere ingrederetur, quem non scripsit προηγουμένως, sed ἐγκέλευστος. Vid. 1, 2. Morus statuebat, hoc referri ad 3, 5. vbi Longinus id promiserit. Sed τόπος ibi est locus, quo secundum ordinem sectione 9 propositum de affectu tractandum erat, et deinde sect. 15. tractatum est. Quod si cui de sect. 15. secus videtur, a vero certe longissime aberrat, si παθῶν tractationem ex 8, 1. exspectandam h. l. significari statuit. Nam sectione 43. liber plane terminari poterat, et quaestio hac extrema sectione tractata ἐπίμετρον est, non pars libri necessaria. Diserte et clare auctor sect. 39. initio: Ἡ πέμπτη μοῖρα τῶν συντελουσῶν εἰς τὸ ὕψος, ὧν γε ἐν ἀρχῇ προὐθέμεθα, ἔθ' ἡμῖν λείπεται: cuius loci singula verba declarant, quatuor illos fontes ex ordine iam fuisse demonstratos. *Peculiari libro*, ἐν ἰδίῳ ὑπομνήματι, se de affectibus acturum promiserat. Ad huius ergo libri scriptionem iam se conuertit.

οὐκ ἐλαχίστην] Hoc Tollius non e libro aliquo, sed e iudicio suo addidit, sane aptissimum. Solum enim μοῖραν frigeret, vt deterior etiam scriptor saltem τινὰ sta-

tim addidisset, nisi grauius quid ei placuisset, vt *κρατίστην,* aut quod 16, 1. reperitur, *οὐ τὴν τυχοῦσαν,* aut hoc ipsum, quod Tollio debemus. Ceterum de extremis verbis vid. etiam quae in descriptione codicis Parisini dixi.

NOTAE

AD

FRAGMENTA LONGINI.

FRAGM. I.

Hudsonus in praef. ad edit. suam de hoc fragmento ita: „Longini de rhetoribus testimonium ... exstat in praestantissimo codice euangeliorum Bibliothecae Vaticanae Vrbinatis, sign. num. 2. quod nobiscum communicauit vir summae doctrinae pariter ac humanitatis *Laur. Alex. Zacagnius: Λογγῖνος, ὁ καὶ ῥήτωρ, τὴν τῶν μεγάλων ῥητόρων ἀπαρίθμησιν συνέταξεν οὕτως· Κορωνὶς δ᾽ ἔστω*" etc.

ΚΟΡΩΝΙΣ δὲ ἔστω λόγου παντὸς καὶ φρονήματος] In ipso limine turpiter cl. Interpres, *Finiat autem omnem nostrum sermonem.* Immo vero, *Omnis autem sermonis Graeci et spiritus flos atque apex sit Demosthenes, Lysias,* et qui sequuntur. Nempe *Δεκάδα* istam tanquam normam siue *κανόνα* Graecae eloquentiae proponit Noster, idque pro libitu et gustu suo scilicet: quod omnino tenendum. Est autem *κορωνὶς apex* siue *summitas* alicuius rei. Etymol. v. *Κορωνίσι. Σημαίνει καὶ τὸ ἀκρότατον τῶν αἱρέσεων, οἷον, ἡ κορωνὶς τῆς σοφίας.* Heliodor. Aethiop. lib. 3. p. 139. *Τὴν δὲ ΚΟΡΩΝΙΔΑ τῆς πομπῆς καὶ ὀφθαλμόν.* Recte autem *λόγου παντὸς καὶ φρονήματος.* Quae imperite admodum sollicitauit

vir doctissimus. Plutarch. in Cat. Minor. *ΦΡΟΝΗΜΑΤΙ ΚΑΙ ΛΟΓΩι πάντας ὑπεραίρων τοὺς αὐτοκράτορας.* Schol. ad Aristoph. Equit. v. 757. *Πλήρης ΛΟΓΩΝ καὶ ΦΡΟΝΗΜΑΤΟΣ.* Eunap., in Proaeresio: *ΦΡΟΝΗΜΑΤΟΣ ἐμπλησθεὶς καὶ ΛΟΓΩΝ ὕψος ἐχόντων καὶ βάρος.* Tovpivs.

Ἀριστείδης] Hunc hominem laudat Longinus apud Sopatrum in Prolegom. ad Aristidem: *Περὶ δὲ τοῦ χαρακτῆρος καὶ τῆς ἐν λόγῳ φύσεως, τοῦτο γὰρ παρήκαμεν ἐν τοῖς ἄνω εἰπεῖν, ἤδη μὲν ΛΟΓΓΙΝΟΣ καὶ πάντες οἱ Κριτικοὶ πολλὰ προειρήκασιν, ὡς γόνιμος, ὡς ἐνθυμηματικὸς τυγχάνει, καὶ βίαιος, καὶ καθόλου τὸν Δημοσθένην μιμούμενος.* Tovpivs. Sed non credibile est, hunc recentioris aetatis rhetorem et declamatorem, eumque arrogantia elatum, Longino, veterum admiratori, habitum esse ita disertum, vt in illorum numerum referri et illis par poni posset. Itaque auctore Ruhnkenio ad Rutil. Lupum p. 88. pro *Ἀριστ.* posui *Ὑπερίδης.*

Δημοσθένης ὁ κρίθινος] Sic recte legitur. Dinarchum intelligit, qui ludo iocoque *Demosthenes hordearius* audiebat. de quo Hermogenes Form. Orat. II. p. 389. *ἄγροικον Δημοσθένην* vocat Dionysius Halicarn. in Dinarcho. quod perinde est. Poteris etiam legere, *Δείναρχος, ὁ καὶ κρίθινος Δημοσθένης.* Quod et nonnullis placet. Tovpivs. Posterius haud dubie praeferendum. Sed nequaquam probandum est, verba *ὁ καὶ κρ. Δ.* esse ab ipso Longino addita. Quem enim inter summos oratores retulerat, cur diceret, eum etiam prauum Demosthenis imitatorem, siue Demosthenem *hordearium* i. e., vt Suetonius de rhett. 2. interpretatur, *inflatum ac levem et sordidum* appellatum esse, ne verbo quidem ad eum defendendum adiecto? Cf. not. vlt.

Ἀντιφῶν] Recte, credo, auctoritate Ruhnkenii l. l. pro *Ξενοφῶν* posui *Ἀντιφῶν.* Nam is, qui hoc quidquid est fragmenti seruauit, *μεγάλων ῥητόρων* enumerationem inesse testatur, id quod et prima fragmenti verba confirmant. Sed Xenophon non fuit *ῥήτωρ*, verum *συγγραφεὺς* et *φιλόσοφος.*

Δόγματος ἀναποδείκτου] Huc spectat Theodoret. Graec. Affect. lib. I. p. 12. *Ἤκουσα γὰρ ὑμῶν καὶ τοῦτο*

λεγόντων, ὡς ἡμεῖς γε ΑΠΟΔΕΙΞΙΝ μὲν οὐδεμίαν τῶν ἡμετέρων ΔΟΓΜΑΤΩΝ προφέρομεν, πιστεύειν δὲ μόνον τοῖς μαθητευομένοις παρεγγυῶμεν. Toupius. Non minus huc pertinet locus Chrysostomi (T. 12. p. 202.) a Moro in Animaduerss. collatus: *ἡ πίστις τότε* (tempore Pauli) *διεβάλλετο, ὡς ἀναπόδεικτον πρᾶγμα καὶ ἀπάτης μᾶλλον ὄν.* Ceterum *προΐστασθαί τινος πράγματος* est *exsequi rem aliquam*, siue verbis hoc fiat, siue factis. Fragm. 5, 1. Ep. Pauli ad Titum 3, 8 et 14. Censuisse ergo videtur, quisquis hoc adscripsit, Paulum primum omnium scripto mandasse dogmata Christianorum.

πρὸς ... ἀναπ.] Quod fecit hic noster, vt Timarchum et Diuum Paulum inter Graecae eloquentiae principes commemoraret, fecit pro libitu et gustu suo. Quod modo obseruauimus. Confer cl. Taylor. ad Aeschinis Timarch. p. 83. et cl. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 88. vbi de hoc loco agunt. Adde Fabricium Bibl. Graec. lib. IV. p. 445. qui de Scriptis Longini omnino consulendus est. Toupius. Sed longe verisimilius est, verba, quae vncis inclusi, non esse Longini, vt et statuunt Ruhnkenius ad Rutilium p. 88. Morus ad h. l. et Wyttenbach. in vita Ruhnkenii p. 220. itemque in Bibl. Crit. Amst. Vol. III. P. III. Etsi enim Paulus ingenio praeditus erat excellenti, et spiritu feruebat plane oratorio, quem Longinus, verborum Mosis (*Π. Υ.* 9, 9.) admirator, magni facere posset, propter quaedam certe loca, vt ep. ad Rom. 8. extr., tamen ceterum nulla excultus erat Graecorum disciplina, et omnino nulla ratione in *oratorum* Graecorum catalogo poni poterat. Quod ad Timarchum attinet, eius nomen Toupius, vt ipse profitetur, in textu reliquit, positis hoc ordine verbis: ... *Ἰσαῖος, Τίμαρχος, Ἰσοκράτης, Δημοσθένης ὁ Κρίθινος, Ξενοφῶν, πρὸς τ.* etc. Sed Timarchum *oratorem* ne fando quidem auditum esse monet l. l. Ruhnkenius, cuius ego auctoritatem h. l. per omnia secutus sum.

FRAGM. II.

Hoc fragmentum Boiuinius in cod. Par. no. 2765. inter alia, quae et ipsa Longini esse suspicabatur, inuentum cum Hudsono communicauit. Hudsonus ergo pri-

mus illud edidit. Putabat autem Boiuinius, id coniungendum esse cum fragmento sequenti: hoc enim illi, velvt exordium, ita conuenire, vt nullum aptius possit excogitari.

§. 1. *ὄργανα*] Verum quidem est, *instrumenta*, siue *machinas* ad opera certa facilius citiusque exsequenda compositas ab hominibus fieri ad mensuram quandam; quatenus scil. conueniunt rebus, ad quas conficiendas parantur: sed non apparet, cur de his solis auctor dicere voluerit. Paulo melior esset sententia, si de *musicis instrumentis* capere possemus, quia proprie mensura opus est tam ad *ἔντατα* (in chordis), quam ad *ἔμπνευστα* (in ipsis eorum corporibus), vt iustus inde sonus eliciatur. Sed neque hoc sequentibus conuenit. Itaque prima verbi significatione *opera* omnis generis intelligenda puto. Nam opponuntur *ὄργανα* (minora *opera*) illis a Deo profectis *ἐπουρανίοις* et *ἐπιγείοις*.

περιεκτικὸς] quatenus omnia oratione explicantur. Morvs. Cf. *Il. Υ.* 39, 3.

μύθοις καὶ πλάσμασι] *Μῦθοι*, *fabulae* mirabiles, de diis maxime et heroibus, vulgo notae et ab antiquis temporibus sermone hominum carminibusque maxime poetarum celebratae; et *πλάσματα*, *quae et nunc a quoque pro lubitu finguntur*, praebent verborum inusitatorum copiam, vnde insignis varietas numerorum nascitur. Hactenus, opinor, fabulis et figmentis harmonia efficitur.

§. 2. *Ταῦτ᾽ ἄρα καὶ οἱ π. . . . ἢ πεζούς*] *Οἰκεῖοι λόγοι* sunt *sermones familiares*. Quare vertendum: *Idcirco antiqui stricta potius quam soluta oratione in sermone familiari vtebantur.* Philosophus in Poeticis cap. 4. *Λέξεως δὲ γενομένης αὐτὴ ἡ φύσις τὸ οἰκεῖον μέτρον εὗρε. μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τῶν μέτρων τὸ ἰαμβεῖόν ἐστι. σημεῖον δὲ τούτου· πλεῖστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ πρὸς ἀλλήλους.* Idem in Rhetor. III, 8. *ὁ δὲ ἴαμβος αὐτή ἐστιν λέξις ἡ τῶν πολλῶν· διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες.* Demetr. Phal. de Elocut. §. 43. *ὁ δὲ ἴαμβος εὐτελὴς καὶ τῇ τῶν πολλῶν λέξει ὅμοιος. πολλοὶ γοῦν μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν οὐκ εἰδότες.* Cicero in Orator. ad M. Brutum §. 189. *Sena-*

rios vero et Hipponacteos effugere vix possumus: magnam enim partem ex Iambis nostra constat oratio. Tovpivs. Mirum quantum hic a vero aberrat vir doctus. Nemo *antiquorum*, quocunque temporum spatio definiamus antiquorum aetatem, sermones familiares versibus conclusit, aut concludere potuit, nisi si quis furore correptus aut in iocos solutus talia quaedam effudit. At vero locis sat multis ex Aristotele aliisque sententiam suam Toupius firmat. Anne sic habet? Imo prorsus aliud in his inest. Non antiqui, sed suae aetatis homines, neque propter diuinam originem praestantiamque orationis metricae, sed casu et fortuito, versus in communi sermone protulisse dicuntur; ac ne omnis quidem generis versus, sed tantum iambicos, qui facile cuiuis excidunt per imprudentiam. Ergo sic potius statuendum: *οἱ παλαιοὶ* sunt antiquissimi scriptores Graecorum, sapientiae fama nobilitati, Musaeus, Orpheus, Hesiodus, Phocylides, Theognis, Simonides et alii. *Οἰκεῖοι* vero *λόγοι* sunt *suae sententiae, sua cuiusque placita.* Nam vt plus auctoritatis haberent decreta sua, versibus ea pronuntiabant antiqui illi Graecorum philosophi. Vnde etiam *ᾄσματα* et *ᾀδόμενα* dicebantur. Vid. Heinsii Introductio in Hesiodi *Ἔργα καὶ ἡμέρας* c. 6. Sed res tangitur ab omnibus, qui historiam philosophiae et poeseos antiquissimae persequuntur. Vsus verbi *οἰκεῖος* pro *ἴδιος* est valde frequens. Vid. ad *Π. Υ.* 44, 9. Et vniuerse quidem *λόγος* est *quoduis dictum* siue *iudicium*; sed et *sententia philosophi.* Hac *τοῦ λόγου* significatione nihil frequentius est apud Socraticos. Saepissime sic apud Platonem et Xenophontem dicitur: *κατὰ τὸν τοῦ* (*δεῖνος*) *λόγον*, et *τῷ σῷ λ.*, *ex illius sententia*, et *secundum illud quod tu statuis.* Vid. supra *Π. Υ.* 7, 4. et maxime infra fragm. 5, 3.

μουσικὴ τυγχάνει] *ad Musas pertinet, Musarum est inventum.* Morvs. Non male. Nam in verbis, *Καὶ μὴν τῷ μ.* etc. facile quis deprehendit Soriten, qua forma argumentationis ostenditur, metrum esse rem eximiam: quam in rem argumentum ductum esse potest a personis inuentorum. Non recte autem progreditur argumentatio, nisi ab *ἁρμονίᾳ* probe distinguitur longeque excellentior ponitur *μουσική*.

ἓν τῶν ἀρ.] F. leg. *ἕν ἐστι τ. ἀ.* Minus offendit ellipsis verbi *ἅτε* ante *ὑπὸ τ. μ. ὄν*, quia nexus argumentationis per se facile sentitur.

ἧς τὸ κλέος etc.] Versus Homeri, quem alienum esse dicit Morus, a ratione auctoris non abhorret. Solet enim ille, vt et alibi monui, iudicia sua verbis poetarum, et maxime Homeri, exprimere. Sic *Π. Υ.* 13, 2. 15, 3. 36, 2. Confitetur ergo ingenue et modeste, se artis musicae ignarum esse, sed praestantiam eius agnoscere, quia maximis aliorum laudibus extollatur.

FRAGM. III.

Hoc fragmentum Hudsono suppeditatum erat e codice Vaticano. Postea et Boiuinius edidit collatum cum cod. Parisino et Ambrosiano. De inscriptione Hudsonus in Praef. ita: „Titulus sic se habet: *Ἐκ τῶν Λογγίνου τοῦ φιλοσόφου.* Et mox sequitur: *Τὰ προλεγόμενα εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον περὶ μέτρων στίχων.* Deinde: *Ἀλλ᾽ εἴτε ν.*" etc.

§. 1. *καθ᾽ Ὅμηρον*] Odyss. *ά*, 351. Pro *ἀκουόντεσσι* Boiuinius in Vat. et Ambr. reperit *ἀϊόντεσσι.*

ἔσχον] Supple *τὰ μέτρα:* vel legendum *ἔσχε.* In codice Vaticano legitur *ἔχον.* Boivinivs. Etiam Morus probat illud *ἔσχε.* Sed mihi intelligendi videntur *οἱ ἄνθρωποι.* Homines prius senserunt *rhythmum* quendam, quam *ἀκριβὲς* illud effinxerunt, *metrum*, cui h. l. diuina origo tribuitur.

θεὸς δὲ τὸ μέτρον ἀπεφθ.] Haec corrupta sunt atque ita emendanda: *Μέτρου δὲ πατὴρ ῥυθμὸς καὶ θεός· ἀπὸ ῥυθμοῦ γὰρ ΕΣΧΕ τὴν ἀρχήν, θεὸς δὲ τὸ μέτρον ΑΝΕΦΘΕΓΞΑΤΟ.* Suidas: *Ἐλεγείνειν. τὸ παραφρονεῖν τινὲς τῶν παλαιῶν. Καὶ τὸ ἐλεγεῖον μέτρον ἀπὸ τούτου τινὲς κληθῆναι νομίζουσι, ὅτι Θεοκλῆς Νάξιος ἢ Ἐρετριεὺς πρῶτος αὐτὸ ΑΝΕΦΘΕΓΞΑΤΟ μανείς.* Ita scribendus iste locus. Confer Etymol. v. *Ἐλεγαίνειν.* Atque hinc facile emendandus Scholiast. Hermogen. p. 387. *Διὸ καὶ μέτρου πνεῦμα τὸν ῥυθμὸν φησὶν ὁ Λογγῖνος.* Immo, *μέτρου πατέρα.* Eodem respicit Schol. Aristoph. Nub. 638. *Διαφέρει δὲ μέτρον καὶ ῥυθμός. καὶ ὅτι ΠΑΤΗΡ ΜΕΤΡΟΥ ΡΥΘΜΟΣ.* Quem locum mihi subindicauit amicissimus Ruhnkenius. Tovpivs. *Θεὸς* hic vi-

detur esse Apollo: nam versibus ille edebat oracula: et §. 6. *μέτρων εὑρετὴς* dicitur.

§. 2. *Φιλόξενος ... Ἡλιόδωρος*] *Philoxenus* Heinekio videtur esse grammaticus Alexandrinus, de quo Suidas, et Fabricius in Bibl. Gr. L. II. c. 5. *Heliodorum* idem statuit esse *Metricum*, quem item Suidas commemorat, et Fabricius l. l. c. 7. Nam huic certe verisimilius tribuitur liber de metris, quam Heliodoro illi Alexandrino, philosopho Peripatetico, quem secundum fragm. 5. §. 2. Longinus audiuerat.

§. 3. *ἐκτείνουσά τε καὶ συστ.*] Clarius hoc fit e §. sequenti. Nam obscurare penitusque abscondere versum potest pronuntiatio, syllabis longis valde producendis, breuioribusque ita raptim efferendis, vt ternae vel etiam quaternae vnius tantum longae modum habere videantur.

§. 4. *Διὰ τοῦτο*] scil. *διὰ τὸ φωνὴν εἶναι τὸ κοσμοῦν.*

πτώσεις πρὸς ἄλλα μέτρα] Puto eas esse, quas quis fieri velit, mutationes, quae oriuntur ex ancipitibus vocalium. Nam hae dicuntur *φωνήεντα μεταπτωτικά*. Propter syllabas inde factas ancipites facile est v. c. pronuntiationis artificio e trochaico versu facere iambicum, ex anapaestico dactylicum, et contra. Inde multiplices *συνεμπτώσεις τῶν μέτρων*, vt post dicitur, possunt exsistere. Hoc antecedentibus videtur aptissimum. Cf. si placet, supra dicta ad 39, 2. de *βάσει ῥυθμοῦ.*

συναρπάσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀκοὴν] Cum oratione, h. e. *cum rebus* siue *sententiis* abreptus est auditus. Auditor nempe attendebat ad sensum verborum: cumque verba pronuntiarentur ad loquendi modum in vita communi vsitatum, non accurate, quod grammatici dicunt, scanderentur, auditus *abreptus est*, siue non habuit tempus dimetiendarum syllabarum versusque animaduertendi. Vid. *Π. Υ.* 32, 4. vbi prorsus eadem ratione metaphorae dicuntur abscondi.

Φησὶ γοῦν· Τὸν γὰρ etc.] Demosthenes de cor. c. 47. Versus, qui mox sequitur, *Εὐμορφοτέρα* — est Sapphus, cui eum tribuit Hephaestio in Enchir. p. 37. Sed ibi editur *Γυρήνω*. Ibidem p. 70. non legitur tota particula *Διὰ τοῦτο* — *φησὶ γοῦν*, et quaedam alia diuersa sunt ab hoc Longini fragmento. Morvs.

Εὐμορφοτέρα Μνασιδ. τ. ἀπ. Γ.] Sapphonis locus auctior legitur apud Hephaest. p. 37. Scribendum autem

auctoritate Etymologi Magni et Choerobosci Grammatici *Γυρινῶς* siue *Γυριννῶς*. Etymol. *Γυριννὼ, ὄνομα κύριον Λεσβίας κόρης. εἴρηται παρωνυμως παρὰ τὸ γυρίνος, ὃ δηλοῖ τὸν βατραχον. Γυρίνος Γυριννω, ως ἔρατος, Ἐρατω· καὶ κλέος, Κλεω καὶ Κλειώ.* Choeroboscus *περὶ τῶν εἰς ω.* p. 268. apud Ald. *Οἱ δὲ Αἰολεῖς καὶ Λάκωνες, οἵτινές εἰσι μέρος Δωριέων, προστιθέσει τοῦ σ ποιοῦσι τὴν γενικήν. οἷον η Σαπφω, τῆς Σαπφῶς, καὶ ἡ Λητὼ, τῆς Λητῶς· καὶ δηλοῦσιν αἱ χρήσεις οὕτως ἔχουσαι· Τὸ δὲ ἐκ Σαπφῶς ἀμελγόμενος μέντοι φέρω. καὶ παρ' αὐτῇ τῇ Σαπφοῖ· Μάλα δη κεκορημένη στοργῦς·* (lege *Στοργῶς·*) *καὶ πάλιν· Εὐμορφοτέρα Μναΐδος καὶ τας απαλᾶς Πυρινῶς.* lege *Γυρινῶς* ex Etymologo. Vides *Γυρινὼ* facere *Γυρινῶς*, vt *Σαπφὼ Σαπφῶς*. et notanda varia lectio apud Choeroboscum, *Εὐμορφοτέρα Μναΐδος*. Sed vulgatam, vt metrum taceam, satis firmat Longinus. Recte autem emendauimus, *Στοργῶς*. Storgo est nomen mulieris, vt Sappho, et Gyrino, nisi praestat *Γοργῶς*. Gorgo enim ex Sapphus amasiis. Max. Tyr. Dissert. XXIV, 9. *Καὶ ὅ, τι περ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι, Πρόδικος, καὶ Γοργίας, τοῦτο τῇ Σαπφοῖ ΓΟΡΓΩ καὶ Ἀνδρομέδα.* Ceterum quae hic *Γυρινὼ* siue *Γυριννὼ* dicitur, *Γυρίνναν* vocat Maximus. *Ὅ τι γὰρ Σωκράτει Ἀλκιβιάδης, καὶ Χαρμίδης, καὶ Φαῖδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ ΓΥΡΙΝΝΑ, καὶ Ἀτθὶς, καὶ Ἀνακτορία.* Tovpivs.

ἐν τοῖς ἑξῆς] Sed haec pars ad nos non peruenit.

§. 5. *καὶ τ. ὀρν. τὰ πτερίσματα*] Dorvillius Vann. Crit. p. 540. legit *πτερύσματα*. Sed neutra vox Graeca est. Vt a *πτύσσω πτύγμα*, sic a *πτερύσσω πτέρυγμα*, non *πτέρυσμα*. Quare scribendum sine dubio, *πτερυγίσματα*. Quod et Ruhnkenio placebat Tovpivs.

τὸν μετὰ τοῦτον] An *μετὰ τούτους*, vel *μετὰ τούτων*, vel *μεταξὺ τούτων?* Morvs. Pro his et *μέσον τούτων* legere possis.

ἴσασιν οἱ ποιηταὶ] Posui hoc loco comma pro maiori distinctione, quae in ceteris editionibus est. A verbis *ὅτι δὲ* vsque ad finem §. 5. omnia absunt a scholiis Hephaest. Morvs. Recte distinxit Morus. Vsitata est illa ratio membrorum iungendorum. Sic §. 7. *Ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, παράδ. τεθήσεται:* et §. 10. *Ὅτι δὲ ... ἔχει, Ἡλιόδωρος* etc. Cf. *Π. Υ.* 13, 1. Toupius tamen priorum

errorem non deserens punctum ante λάβωμεν posuit. Hoc si voluisset auctor, ex vsu loquendi coniunctionem aliquam nouo membro addidisset, vt *Λάβωμεν ΓΑΡ παραδ.* etc.

παραδείγματα] Plurali numero vsus est auctor de vno exemplo, quia est instar duorum: duas enim res confirmat, vt in fine paragraphi dicitur.

ἐν σπουδ. φιλοσοφίᾳ] Pearcius totam sententiam ita vertit: *capiamus exempla ex Comoedia in grauem philosophiam iocante.* Rectius mihi visum est *seuere agentem philosophiam* interpretari de hac ipsa Longini disputatione, quae vtique pertinet ad philosophiam. Sic et Morus cepit, qui deinceps *θεωρίαν* refert ad hanc *φιλοσοφίαν*.

ὁ γοῦν Ἀριστοφάνης ... τωθάζει Ἀριστοφάνης] Posteriora haec glossema sapiunt. Quare lego: *ὁ γοῦν Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Νεφέλαις· Πότερον περὶ μέτρων ἢ περὶ ἐπῶν ἢ περὶ ῥυθμῶν;* Occurrit autem iste versiculus apud Aristoph. Nub. 638. vbi recte legitur:

Πότερα περὶ μέτρων, ἢ περὶ ἐπῶν, ἢ ῥυθμῶν;

Tovpivs.

Hoc ipsum iam a Moro notatum erat. Itaque verba illa, vt aliena, vncis inclusi.

ἐν διδασκαλίᾳ] An *in fabulis docendis?* Hoc f. melius, quam quod interpres habet. Respicitur enim ad *ἴσασιν οἱ ποιηταὶ* et ad Aristophanis locum. Sed omnino verba *ὅτι ἴσασιν* etc. laborare aliquo vitio videntur. Argumentatio certe claudicat, siue hoc siue illud interpreteris.

§. 6. *εἴτε σοφὸν ... ἀνάθημα*] Ita locutus est Iulian. Orat. 2. *Ἔστι γὰρ ὁ νόμος ἔκγονος τῆς δίκης, ΙΕΡΟΝ ΑΝΑΘΗΜΑ ΚΑΙ ΘΕΙΟΝ ἀληθῶς τοῦ μεγίστου θεοῦ. Est enim lex foetus iustitiae, summique illius dei sacrum quoddam ac vere diuinum donarium.* Idem apud Suid. v. *Ἀμφίων. Ἡ γὰρ οὐχὶ τοῦτον αὐτὸν (Ἀμφίονα) ἀκοῇ παραδεδέγμεθα, οὐ τὰς ἁρμονίας μόνον, αὐτὴν δὲ ἐπ' αὐταῖς ἐξευρεῖν τὴν λύραν, ΕΙΤΕ δαιμονιωτέρᾳ χρησάμενον ἐπινοίᾳ, ΕΙΤΕ ΤΙΝΙ ΘΕΙΑι ΔΟΣΕΙ, διά τινα συμμαχίαν ἀμήχανον.* Quae plane gemella sunt. Confer Porphyr. apud Ioan. Stobaeum Serm. XXI. p. 185. Tovpivs. Locus Iuliani ex parte tollit Mori dubitationem. Sic enim ille: „Non satis video, quid h. l. sit

ἀνάθημα. An, *dictum deo tribuendum*, *ἀναθετέον θεῷ*, quod nemo homo pro suo venditare audeat? Morvs. Verti sane posset *effatum Apollinis*, *sors ab Apolline aliquando edita*. Nam ea si deinceps, vt alia eius dicta, in ipsius templo Delphico fuisset inscripta, ne verbo quidem hic opus esset. Sed hoc sine testimonio aliquo probari non potest. Denique interpretor *ἀνάθημα eximiam rem*, quo sensu et apud alios positum legitur, vt etiam sic *θεῖον ἀνάθ.* verti possit *praeclara sententia diuinitus prolata*.

Λέγεται] Quod sequitur, *Λέγεται δὲ μέτρον καὶ αὐτὸ τὸ μετροῦν, καὶ τὸ μετρούμενον· ὡς ὅταν εἴπωμεν τὸν μέδιμνον μέτρον, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ μετρηθὲν μέτρον, ἀμφότερα δὲ καλεῖται μέδιμνος*, depromptum videtur ex Plutarcho de Oracul. Defect. p. 416. *Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο δῆλον τὸ πολλάκις ΤΟ ΜΕΤΡΟΥΝ ΚΑΙ ΤΑ ΜΕΤΡΟΥΜΕΝΑ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι προσαγορεύεσθαι, κοτύλην καὶ χοίνικα καὶ ἀμφορέα καὶ ΜΕΔΙΜΝΟΝ.* Tovpivs. Vulgatus est ordo verborum, quem hic habes in Toupii scholio. Sed ego *αὐτὸ* reposui ante *μετρούμενον* et propter similes, quae sequuntur, sententias, et maxime propter vsum loquendi, quem et firmat linguarum analogia. Nam *mensura* siue res, ad quam explorari potest omnium eiusdem generis rerum quantitas, proprie appellatur *μέτρον*, neque opus habet pronomine *αὐτὸ*, quo significetur, alias quoque res *μέτρου* nomine appellari. Sed contra pronomine notanda sunt ea, quae proprie *mensurae* nomine non appellantur, sed tantum exiguntur ad mensuram. In his igitur ex addito pronomine *αὐτὸς* intelligitur, non proprie vsurpari de rebus *ipsis* nomen mensurae, vt *μέδιμνον*, *χόα* et alia. Denique mutatio facta defendi potest ipsa pronominis significatione, ad quam etiam respexi in commemoranda linguarum analogia. Nam *ΑΥΤΟ* est *res primaria et potior*, ad quam certe sit maxime attendendum. Atqui res non fiunt aut nascuntur propter mensuram, sed mensura propter illas inuenta est.

ἀμφότερα δὲ καλεῖται μέδιμνος] Hoc scholion adsutum videtur. Morvs. Ego id abiiciendum non putaui, sed pro *δὲ* scripsi *δὴ*, posito ante *ὅταν εἴπωμεν* inciso.

καὶ αὖ πάλιν εἰ εἴποιμι] Aut hic particulas *αὖ πάλιν*, aut deinceps statim positas easdem recte deleas.

[*καὶ αὖ π. . . . προσαγορεύομεν*]] Vncis inclusa aberant a codice Regio: exstant autem in Vaticano. Vide Hephaestionis Enchiridion p. 76. edit. Turnebi, vbi haec eadem rectius. Boivinivs.

§. 7. *ὡς ὅταν εἴπω*] E schol. Hephaest. verbis *ὅταν εἴπω* praeposui *ὡς*. Per totum enim locum dicitur *ὡς ὅταν εἴπω*. Monuit et Morus; sed, nescio quid dubitans, non addidit.

τοῦτο δὲ Ὀδυσσεὺς ὁ μετρικὸς ἐσημειώσατο] De *Vlysse metrico* equidem nihil quicquam habeo compertum. Iohannes Fabricius, vir doctissimus, legebat, *Ὀδυσσεὺς Ὁμηρικός*. Quod miror. Ceterum haec verba non leguntur in Scholiis ad Hephaestionem. Quare ex margine huc inuecta videntur. Quod et cl. Moro visum. Tovpivs.

Ἔτι τοίνυν μ. κ. etc.] Pro *Εἰ τοίνυν* hic scripsi, quod probauerat Pearcius, *Ἔτι τοίνυν*. Sic enim, vt ipse ostendit, §. 5. dicitur, *Ἔτι τοίνυν διαφέρει ῥυθμοῦ* etc.

χρόνον, ὃν τ. τ. ῥ. σημεῖον προσαγορεύουσιν] De re ipsa, i. e. de *χρόνῳ*, minima illa mensura, qua utebantur in re metrica, vid. §. 14. Adde Quintil. IX, 4, 51. vbi Gesnerus hunc Aristidis Quintiliani (p. 32. ed. Meibom.) notabilem locum adscripsit, qui et facit ad verba huius loci illustranda: *Πρῶτος μὲν οὖν ἐστι χρόνος ἄτομος καὶ ἐλάχιστος, ὃς καὶ σημεῖον καλεῖται. Σημεῖον δὲ καλεῖται, διὰ τὸ ἀμερὴς εἶναι· καθὸ καὶ οἱ γεωμέτραι τὸ παρὰ σφίσιν ἀμερὲς σημεῖον προσηγόρευσαν*. Nempe vt geometrae *punctum mathematicum*, quod prorsus est *ἀμερὲς*, vocant *σημεῖον*, ita metrici *tempus*, siue syllabam breuem, item *σημεῖον* vocant; non quod aeque sit *ἀμερὴς*, sed quia non solet in minores particulas diuidi.

παραλαμβάνουσι] *adhibent in subsidium, exempli et argumenti loco ponunt;* scil. *οἱ ῥυθμικοὶ*, qui diserte ad Pythiam aut ad Orpheum auctorem referebant. Ita Longinus *Π. Τ.* verbum *παραλαμβάνειν* saepius adhibet, vt 31, 1. et 38, 4. Haerebat h. l. Morus et de vera lectione inuenienda cogitabat, nec sine causa, quia non dicitur *ὡς Ὀρφέως . . . ὡς τῆς Πυθίας*. Sed haec particula videtur h. l. intelligi posse.

Ὄρθιον] Non intelligo, quomodo Morus h. l. credere potuerit, *ἀνάτασιν* et *εὐτονίαν* carminis orthii etiam

ad dimensionem temporis referri posse. Consistebat illud maxime in summa vocis et fidium aut tibiae intentione. Schol. ad Aristoph. Acharn. 16. Ὁ δὲ ὄρθιος αὐλητικὸς νόμος, οὕτω καλούμενος διὰ τὸ εἶναι εὔτονος καὶ ἀνάτασιν ἔχειν. Ita grammatici omnes: sed clarius nihil proferunt, nisi quod maximam vim habuerit ad animum vehementer commouendum. Iam si ad temporis dimensionem illam summam *ἀνάτασιν* referre velis, aut summa illa erit *ἀκρίβεια*, quae ad animum vehementi motu afficiendum nullam vim habet, aut summa cantus celeritas, in qua temporum eadem maneret relatio. Itaque verbi Ὄρθιον hoc in versu nullum est momentum ad disputationem auctoris. E ceteris tantum verbis, *ἐξαμερὲς ... μέτρων*, ille argumentatur.

ἐπὶ τῶν προειρημένων] An haec verti possunt: *iuxta ea, quae antea dixi.* Quid, si *προκειμένων* legatur, *in eo, quod nunc tractatur.* Cf. fr. 4, 2. *ἐπὶ τοῦ προκειμένου ὅρου.* Sed nihil audeo definire. Morvs. Potest etiam pro *ἐπὶ* legi *ἐκ:* hoc mihi videtur facillimum.

αὐτὸ τὸ μ. τ. τὸ ποίημα] Recte cl. Pearcius, *αὐτὸ τὸ μετρούμενον.* Schol. ad Hephaest. p. 71. Ed. Pauw. *τὸ δὲ μετρούμενόν ἐστι, ὡς τὰ ποιήματα.* Tovpivs.

ἕκαστον τῶν μετρούντων] scil. *τὸ ποίημα; singulae partes, quibus vtimur ad carmen dimetiendum.* Ceterum verba, *καὶ ἕκαστον τῶν μ.... μέτρα προςαγορεύεται* in cod. Vat. librarius omisit, aberrantibus oculis a priori *προςαγορεύεται* ad alterum in fine paragraphi positum.

§. 8. *τῷ ποιητῇ*] Hom. Il. *E*, 611.

παρὰ τὸ μείρω μέτρον] At sic debebat fieri *μέρτρον*. Ex alia potius lingua ductum videtur verbum, eique terminatio Graecae formae adiuncta.

§. 9. *Περὶ δὲ ὅρων μέτρου νῦν εἰπεῖν οὐκ ἀναγκαῖον*] Cum e philosophorum praeceptis vnaquaeque disputatio debeat a rei, quae tractanda suscipitur, definitione proficisci: tamen auctor hoc in argumento methodum syntheticam praeferendam putat, secundum quam in fine demum, cognitis rebus potioribus, iusta definitio componi possit, quam discentes intelligant. Ratio est in promtu: *τοῖς γὰρ ἀπείροις ... ἀδύνατον νοῆσαι τὸν ὅρον.*

γράφει] sc. *περὶ ὅρων μέτρου.* Sed vereor, vt locus sit integer.

§. 10. *ἀλλὰ διὰ τὸ ὀξ. ... καὶ διὰ τὸ* etc.] Pro *ἀλλὰ* lego *καὶ*, et mox pro *καὶ* lego *ἀλλά*. Traiectio manifesta. Boivinivs. Pearcius legi potius iubet: *διὰ τὸ ὡς ξίφος ὀξύνειν τῶν μετιόντων τὰς ψυχὰς, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν χερσὶν* etc. Recte quidem, si e codicum vestigiis certis id deprehenderetur. Nunc Boiuinii sententia mihi potior fuit, ex qua particulis locum suum reddidi. Morus putabat, correctione non opus esse. Sed in lectione vulgata illud *διὰ τὸ ξίφος* sensu caret, et reliqua verbis Heliodori et ipsius auctoris, qui e verbis eius argumentatur, repugnant: nam nihil in illis *de acuenda mente* significatur.

§. 11. *Τὸ π. πρὸ τ. π.*] Auctor hoc ordine verba videtur posuisse: *Πρὸ τοῦ ποιηθ. τὸ ποιοῦν.* Ita recte *Ὅθεν* refertur ad verbum vltimum.

τεχνικὸς γὰρ οὗτος ὁ λόγος] *Grammaticae arti proprius locus.* Apertum est, *τοὺς τεχνικοὺς* §. 13. grammaticos esse, iisque *μετρικοὺς* opponi. Illustrauit hunc significatum verbi *τεχνικὸς* Cuperus Obs. 1, 11. Morvs.

§. 12. *ἔλεγχον ἔσχεν*] Haec verba Boiuinius a seq. *ὁ ὅρος* puncto separans intelligit nomen *Ἡφαιστίων:* atque ita *ὁ ὅρος* statuit initium esse loci, qui deficit. Ex eius igitur sententia Pearcius vertit: *Tamen ille eo nomine a technicis reprehensus est.* Sed Morus legit *ἔλ. οὐκ ἔσχεν*, vertitque: *quamquam in grammaticis definitio non reprehendenda foret.* „Eam“, inquit, „iam ponit Longinus, et de etymologia agit. Postea, relictis grammaticis §. 13, redit §. 14 ad metrum.“ Recte. Sed ad subiunctiuum exprimendum addi etiam debet *ἂν*, ita vt legas *ἔλεγχον οὐκ ἂν ἔσχεν.* Sed tamen nihil mutaui.

§. 13. *ἂν μὴ*] Ita lego. In MS. *εἴποι τις*, sine *ἂν μὴ*. Boivinivs. Recte secuti sunt Pearcius et Morus.

§. 14. *Ἐν δὲ τοῖς μετρικοῖς*] Haec verba non pertinent ad *εἰδέναι χρὴ*, sed ad sequentia, *πᾶσα βραχεῖα ἴση* etc. Sustuli ergo comma post *εἰδέναι χρὴ*, ne putidius agenti aliud etiam post antecedens *μετρικοῖς* addere necesse esset.

πᾶσα μακρὰ ἴση] Non videtur haec recte cepisse Morus. Adiecit enim hoc scholion: „*Per se sui semper similis est*, seruatque naturam suam, quidquid eam sequatur.“ Sed quorsum auctor hoc diceret? et nonne eodem modo id, quod de breui syllaba antecedit, ver-

tendum esset, tametsi falsa inde exsisteret sententia? Sensus ergo hic potius est, et minus longas syllabas et longissimas pro aeque longis haberi, neque discrimen inter longiores et minus longas poni. Idem valet de brevibus. Cf. seqq.

οὐδὲ ἐν ποσότητι etc.] His verbis idem illud clarius dicitur, quod modo significatum est verbis *οὐ πολυπρ. ... στοιχεῖα*, et quod ante dixi ad *πᾶσα μακρὰ ἴση*. Nimirum longae, longiores et longissimae syllabae non diuersa genera constituunt, sed omnes simpliciter habentur tantum pro longis. Itaque in nomine *Ἡφαιστίων* e. g. prima syllaba duo tempora habebat; secunda etsi propter diphthongum *αι* et propter positionem *στ* aliquanto longior erat, tamen hanc quantitatem non trium quatuorue temporum esse statuebant, sed pronuntiabant in versibus, vt *δίχρονον*. Hinc facile intelligitur, quomodo versus in prosa latere potuerint. Recognoscat lector, si opus videtur, illa §. 5. *τὸ μὲν μέτρον πεπηγ.* etc.

καταμετροῦντες] Hoc verbum pro *καταριθμοῦντες* a Boiuinio prolatum est e codice Vaticano. Pearcius id firmat verbis auctoris *Π. Υ.* sect. 39. extr. *τέτρασι καταμετρουμένου χρόνοις:* neque improbat Morus. Mihi etiam ideo placet, quod proprie *πλῆθος*, non *ποσότης*, dicitur *καταριθμεῖσθαι*. Propriis autem verbis in tali disputatione opus est, neque *καταριθμεῖν* commode ponitur pro *νομίζειν*, *κρίνειν*, *ὁρίζειν*, aut pro *καταμετρεῖν*, quod hic est omnium maxime proprium.

FRAGM. IV.

In eodem cod. Parisino, quo antecedens fragmentum continetur, hoc statim adiunctum sequi, testatur Boiuinius. Sed vehementer suspectum, multis certe locis interpolatum esse, omnes iudicant, qui in eo explicando versati sunt.

§. 1. *βραχὺ φωνῆεν ἢ βρ.*] Id est, *vel breuem*, vt *ε* et *ο*; *vel correptam*, vt *α*, *ι*, *υ*, quae modo breues modo longae sunt. Quin et vocales longae, *η* et *ω*, et ipsae etiam diphthongi aliquando corripiuntur, vt in *οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη*, et in *δείσας δ' ἐκ θρόνου ἆλτο* etc. Sed hae quidem in fine tantum dictionis, vbi dictio sequens a vocali incipit: nec tamen breuem syllabam faciunt.

Vnde, opinor, Hephaestion addit, *non in fine dictionis.* Boivinivs.

§. 2. *Ὅρος καὶ τοῖς φιλ. εἶναι*] Scribe, *Ὅρος γὰρ τοῖς φιλοσόφοις ἐστί.* Quod reliquum est huius fragmenti, nec vacat nec libet excutere. nam plane Augiae stabulum est. Tovpivs. Infinitiuum *εἶναι* Graeco-barbare positum pro *ἐστὶ*, pronuntiat Boiuinius. Sed quoniam in ceteris nihil simile occurrit, rectius statuere videmur, quaedam excidisse post *εἶναι*, vt *δοκεῖ ὑγιής.* Ceterum haec omnia, inde ab *Ὅρος καὶ τ. φ.* vsque ad finem §phi, ex alio scriptore in margine adscripta temere librarius pro Longinianis habuit eiusque verbis inseruit.

ἔξωθεν τῶν ὀρ.] Morus legebat *ἔξω τ. ὀρ.* Sed etiam vt praepositiones ponuntur aduerbia *ἔξωθεν, ἔνδοθεν, ἑκατέρωθεν* et similia. Herodot. VIII, 7. *ἔξωθεν Σκιάθου.* Marci Evang. 7, 15. *ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου.*

τὸ κεφαλαιῶδες] i. e. *summum caput, quod complectitur omnia,* (scil. *quae in definitione insunt*) siue, vt Morus breuiter notauit, *definitum.*

μετὰ τῆς ἄλλης συλλαβῆς] Legendum puto, *μεταξὺ ἑαυτοῦ καὶ τῆς ἄλλης συλλ.* Boivinivs. Idem placebat Moro ex §. 1. Sed satis esse videtur pro *μετὰ* ponere *μεταξύ.* Sic breuiter dictum §. 4. init. Itaque hoc mutavi. Vid. maxime quae dixi *Π. Υ.* 32, 5.

§. 3. *διὰ τὴν κοινὴν λεγομένην*] h. e. *quia inde syllaba fit anceps.* Pari breuitate §. 4. dicitur *διὰ τὴν μακράν.* Pearcius vertit: *propter eam vocalem, quae communis dicitur;* in quo ego non assequor, quod nomen Graecum intellexerit feminini generis (nam *φωνήεντα,* neutro genere, *γράμματα* s. *σημεῖα vocales* dicuntur), neque quam vocalem, quoue sensu significatam putaverit.

Ἐάν περ εἰς μ. ἀπαρτ. λόγου] Haec et sequentia verba vsque ad finem sectionis Boiuinius scholii nomine damnata vncis inclusit. Eum secuti Pearcius et Morus. Prima sunt sane corrupta, sed obscuriora fiunt propter distinctionem minorem, quam ponunt post *λεγομένην.* Ego igitur posui punctum. Pro *περ* autem legendum puto *γὰρ*, sequens vero *εἰς* aut abiiciendum aut quocunque modo mutandum. Itaque ad verbum ita licet vertamus: *Nam si partem orationis absoluat, sub rationem communis syllabae cadit;* i. e. pro ancipiti syllaba putatur.

Nempe vt Latini verba omnis generis, quibus tota lingua constat, *partes orationis* appellant, ita Graeci, a quibus illi acceperunt, *μόρια* et *μέρη λόγου*. Vid. Fischeri Animadvv. ad Welleri Gramm. Spec. I. p. 311. Sic fragm. 8. §. 4 et seqq.

ὡς ἡ παρὰ τῷ Π.] Lego *ἡ Τὰ*, i. e. *syllaba τὰ*, vt mox *ἡ πρὸς συλλαβὴ*, *syllaba πρός*. Locus est Hom. Il. *Φ*, 352. Morvs.

Πρὸς οἶκον Π.] Hom. Iliad. *I*, 147.

§. 4. *Εἰ δὲ φησὶ μὴ ἔχει*] Morus legebat: *Ἔτι δὲ φησί· εἰ ἔχει*. De *Ἔτι* pro *Εἰ* fort. recte, vti fragm. 3, 7. etsi hoc explicari potest vtcunque, ita vt plenam sententiam esse dicas: *Εἰ* (pro *ὅτι*) *δέ φ.* ... *ἓν*, *φησὶ* (pro *τοῦτο ποιεῖ*) *διὰ τὴν μακράν*. Nam facile ad *ἓν* cogitatione additur *μόνον*, cuius ellipsis est frequentissima, et occurrit fragm. 5, 4. in verbis *ἀλλὰ ποιήματα καὶ λόγους ἐπιδεικτικούς*. Sed cur M. deinde legat *εἰ ἔχει*, non intelligo. Definitio certe §. 1. proposita eo non ducit. Si non plura exciderunt, quae ex illa definitione facile est restituere, ego *μὴ* potius deleam, et pro *ἔχει* probem *ἔχειν*. Breuiter quidem, non tamen insolenti ratione sic res expressa videbitur: nam de ellipsi *τοῦ μόνου* et paullo ante etiam de breuitate *τοῦ μεταξὺ* monui.

ἡ μὲν συλλαβὴ] Legendum *ἡ μὲν E συλλαβή*. Boivinivs.

Διὰ τοῦτο προςέθηκε etc.] Haec vltima vsque ad finem verba interpolatori sunt reddenda, si modo ante dictorum breuitas Longino ipsi debetur. Certe *Ἄξω ἐλὼν* magnam suspicionem alienae manus praebet. Nam cum de syllaba *ε* (vt in pronomine *ἕ*) per se semper breui dicatur, hic repente *α* (in *ἄξω*) exempli causa proponitur; inepte profecto, quia per se *α* est anceps. Nam quod in *ἄγειν* est breuis, id hanc inconstantiam non excusat.

FRAGM. V.

Hoc fragmentum Tollius, Hudsonus et Peareius Longino adiecerunt. Est autem prooemium libri Longiniani de finibus aduersus Plotinum et Gentilianum Amelium. Ipsa haec Plotini vita praemissa est operibus eius, Basileae 1580. fol. cum Ficini versione editis, vnde Fabricius in bibl. gr. retulit, vol. 4. l. 4. c. 36. p. 127 sqq. Morvs.

His addere non dubito, primum hoc esse fragmentum, quod dignum videatur auctore libri *περὶ ὕψους*.

§. 1. *Πολλῶν καθ' ἡμᾶς, ὦ Μ.*] Hoc eximium fragmentum, quod Prooemium est libri *περὶ Τέλους*, quem conscripsit Longinus contra Plotinum et Gentilianum Amelium, nobis conseruauit Porphyrius in Vit. Plotini cap. 20. cuius verba sunt: *Ἔτι δὲ τοῦ Λογγίνου, ἃ ἐν τῷ συγγράμματι γέγραφε περὶ Πλωτίνου τε καὶ Ἀμελίου καὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν γεγονότων φιλοσόφων, ἀναγκαῖον παραθεῖναι, ἵνα καὶ πλήρης γένηται ἡ περὶ αὐτῶν κρίσις οἷα γέγονε τοῦ ἐλλογιμωτάτου ἀνδρὸς καὶ ἐλεγκτικωτάτου. ἐπιγράφεται δὲ τὸ βιβλίον ΛΟΓΓΙΝΟΥ ΠΡΟΣ ΠΛΩΤΙΝΟΝ ΚΑΙ ΓΕΝΤΙΛΙΑΝΟΝ ΑΜΕΛΙΟΝ ΠΕΡΙ ΤΕΛΟΥΣ. Ἔχει δὲ τοιόνδε προοίμιον· Πολλῶν καθ' ἡμᾶς, ὦ Μάρκελλε* —. Intelligit autem Marcellum Orontium, virum cum dignitate, tum doctrina insignem, cuius meminit Porphyr. Vit. Plot. cap. 7. *Ἠκροῶντο δὲ αὐτοῦ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς συγκλήτου οὐκ ὀλίγοι· ὧν ἔργον ἐν φιλοσοφίᾳ μάλιστα ἐποίουν ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ ΟΡΟΝΤΙΟΣ καὶ Σαβινῖλλος.* Huius Marcelli filiam, vt suspicor, philosophiae studio deditam, peramasse dicitur et in matrimonium duxisse Porphyrius. de quo Cyrill. cont. Iulian. p. 209. et Eunapius in Porphyrio. Sed de hoc viderint eruditi. Tovpivs.

(*ὁ μὲν γὰρ νῦν καιρὸς* etc.)] Parenthesin Pearcius notauit ab *ὁ μὲν γ. ν. κ.* vsque ad *ἔσχηκε τοῦ πράγματος.* Sed recte Tollius eam verbis *συχνοῖς ἔθνεσι καὶ πόλεσιν ἐπιμίξαντας* terminauerat, quem et secutus est Morus. Sed Toupius, incertus fortasse, vtram partem sequi commodum esset, plane sustulit signa parentheseos.

§. 2. *νῦν ἐν τῇ Ρ. δημοσιεύοντες*] Perperam interpretes: *qui nunc Romae degunt.* Vertendum potius: *qui nunc Romae in negotiis publicis versantur*, siue *q. n. R. remp. administrant.* Vid. Valesii Annott. in Hist. Eccl. Eusebii L. VI. c. 41. Ita *δημοσιεύοντες ἰατροὶ*, de quibus dixi ad Xenoph. Mem. IV, 2, 5. sunt *publice medicinam facientes*, et ob id sine mercede operam suam aegrotantibus praestantes.

Πλωτῖνος καὶ Γ. Ἀ. ὁ τούτου γνώριμος] Reddunt, *Plotinus, huiusque familiaris Gentilianus Amelius.* Imo, *huius discipulus.* Hesych. *Γνώριμοι, μαθηταί.* Suidas: *Ἀμέλιος, Ἀπαμεὺς, φιλόσοφος, μαθητὴς Πλωτί-*

νου. Sed in his saepius peccatur. Dicitur autem ὁ τούτου γνώριμος et ὁ τούτῳ γνώριμος. Dionys. Halicarn. de Struct. Orat. cap. 19. ἥγε Ἰσοκράτους καὶ τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων αἵρεσις. *Isocratis atque eius discipulorum.* Corrigendus hac occasione Arrian. Epictet. I. p. 163. Ed. Vpt. Μή τι οὖν ἐκείνῳ λέγει, ὅτι διὰ τοῦτο τὰς γυναῖκας ἀπελύσαμεν; ἀλλὰ τοῖς γνωρίμοις. Vbi omnino refingendum, τὰς γυναῖκας ΑΠΕΛΥΣΑ; ΜΗ· ἀλλὰ τοῖς γνωρίμοις. *Num ergo illi ait se ob hanc causam mulieres dimisisse? Non, sed discipulis.* Sic mox, ΜΗ ἄνθρωπε· ΑΛΛΑ ἐκεῖνα μᾶλλον. Ceterum de Gentiliano isto Amelio audiendus Porphyrius in vita Plotini cap. VII. Ἔσχε δὲ Πλωτῖνος ἀκροατὰς μὲν πλείους, ζηλωτὰς δὲ καὶ διὰ φιλοσοφίαν συνόντας, ΑΜΕΛΙΟΝ τε ἀπὸ τῆς Τουσκίας, οὗ τὸ ὄνομα ἦν ΓΕΝΤΙΛΙΑΝΟΣ τὸ κύριον, αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ ρ' ΑΜΕΡΙΟΝ αὐτὸν καλεῖν ἠξίου, ἀπὸ τῆς Ἀμερίας ἢ τῆς ἀμελείας πρέπειν αὐτῷ καλεῖσθαι λέγων. Quem vero *Tuscum* siue *Amerinum* vocat Porphyrius, *Apamensem* appellat Suidas. Sed sic solet noster lexicographus. Atque hinc error manifestus Cyrilli cont. Iulian. p. 283. Ed. Spanh. qui de Gentiliano et Amelio tanquam diuersis loquitur. Ἀμέλιος γοῦν ὁ Πλατωνικὸς Πλωτίνῳ τε καὶ Γεντιλιανῷ συνακμάσας κατὰ τὴν Ῥώμην, φησὶ γὰρ οὕτω Πορφύριος περὶ αὐτῶν. Vbi legitur insigne Amelii nostri fragmentum. Tovpivs. Eodem sensu γνώριμος saepe occurrit apud Diogenem Laertium, vt (ed. Lond. 1664.) p. 48. F, 51. A, 122. C, 131. B. Adde, si placet, quae breuiter monui ad Xenoph. Mem. I, 2, 3.

§. 3. Ἀμμώνιος] De hoc satis copiose dictum est in *Diss. Philol. de Longino* huic editioni praemissa §. 5. Ibi et de aliis philosophis agitur, quorum hic fit mentio.

καὶ τῶν Ἀριστοτ. ... ἀντειρημένων] Verte, *atque de iis, quae Aristoteles Politiae Platonis obiecit.* Tovpivs.

οὐχὶ ἐχέγγυα] Ita Tollius, Οὐκ in cod. Oxon. reperit Hudsonus, et sic ed. Bas. Sensus est, οὐκ ἐχέγγυα ἂν γένοιτο, *non fuerint tantae auctoritatis et dignitatis.* In ed. Basil. etiam πρὸς πατρὸς τὸ legitur, sed abest πατρὸς a cod. Oxon. nec Ficinus expressit in versione. Morvs. Tollius e suo sensu posuit οὐχὶ, nec iusta de causa. Revocaui ergo οὐκ, quod et Toupius fecit.

ἐξειργ. τὸν λόγον] Saepius λόγος est κατ' ἐξοχὴν disputatio de philosophia, vt §. 5. extr. Addam locum insignem Max. Tyrii, diss. 23, c. 2. *Τί κωλύει τοὺς τῆς καλῆς ταύτης πόλεως πολίτας, οὓς Πλάτων θρεψάμενος τῷ λόγῳ ὑπὸ νόμοις ξένοις καὶ οὐ καθωμιλημένοις τῷ τῶν πολλῶν ἔθει κατῴκισεν, αὖθις αὖ λόγῳ ἔχειν... ἐπιχώρια ἄττα αυτῶν νόμιμά τε καὶ ἐπιτηδεύματα; Quid impedit, quo minus ciuitatis illius egregiae ciues, quos Plato philosophica disputatione educatos sub legibus plane nouis et abhorrentibus a more vulgarium ciuitatum certa in sede constituit, rursus ex tali disputatione quaedam sua sibi habeant legum praescripta et instituta?* Similia Platonis loca Dauisius ibi notauit.

χρησαμένων] Tollio vel *χρησαμένων αὐτῶν* legendum videbatur, vel *χρησαμένους*, et postea *λαβόντας*. Mihi placet posterius, quia genitiui ambiguam faciunt sententiam, ob antec. genitiuum *ἐξειργασμένων*. In terminationibus saepissime peccarunt librarii.

§. 4. *μὴ γὰρ ἂν αὐτοὺς δόξασθαι διὰ τοιούτων βιβλίων ὕστερον γενέσθαι γνωρίμους*] Editio Basil. *δέξασθαι*. Recte omnino. Plato in Alcibiade primo: *Οὐδὲ ζῆν ἂν ἐγὼ ΔΕΞΑΙΜΗΝ δειλὸς ὤν.* Quae sequuntur elegantissima sunt. *ἀφέντας σπουδαιοτέροις συγγράμμασι τὴν ἑαυτῶν ἀποθησαυρίσαι διάνοιαν. Ingenii sui foetum literis dignioribus conseruare insuper habentes.* Ita locutus est Damascius apud Suid. v. *Λήθη. ὁ δὲ τοὺς θείους ἐξηγητὰς ἀπεγράφετο μάλα ἀκριβῶς, εἰς τὸ τῆς λήθης γῆρας, ὡς ἔφη ὁ Πλάτων, ὑπομνήματα καταλείπων ἑαυτῷ καὶ ΑΠΟΘΗΣΑΥΡΙΖΟΜΕΝΟΣ.* de quo loco vide quae scripsimus Emendat. in Suid. II. p. 130. Eleganter Themistius p. 294. Ed. Hard. *Καὶ ταῦτα ἐγὼ τὰ συγγράμματα ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ πώποτε ᾤμην οὔτε χρείαν ἕξειν, οὔτε ἔσεσθαι σπουδαῖα· οὐδὲ γὰρ οὕτω πολυτελῶς καὶ ἀνδρείως ξυντεθέντα αὐτὰ ἠπιστάμην· ἐμαυτῷ δὲ μόνῳ ΜΝΗΜΟΣΥΝΑ ΚΑΙ ΑΠΟΘΗΚΗΝ ὧν ἠκηκόειν· ἵν' εἴποτε ἀποφύγοιτο τὴν μνήμην, ἐξῇ μοι ὥσπερ ἐκ ταμιείου λαμβάνειν ἀσφαλοῦς τε καὶ ἀναλώτου ἀπὸ τῆς λήθης.* Tovpivs. Pro *δόξασθαι* iam Morus ex ed. Basil. *δέξασθαι* legendum monuerat. Toupio igitur praeeunte hoc pro illo scripsi. Ante *ὕστερον* excidisse opinor *τοῖς*.

ἀφέντας σπουδ... διάνοιαν] Tollius haec verbosius, vt solet, nec satis clare vertit: *neglectis maioris momen-*

ti, ae dignioris (fort. scribi voluit *dignioribus*) *curae, ingenii sui, atque sententiae monumentis.* Clarius, sed ceterum infeliciter a sensu aberrans, Pearcius: *omittentes litteris cura dignioribus suas mentes locupletare.* Morus item in indice, loco minus diligenter inspecto, haec posuit: „*ἀποθησαυρίζειν τὴν διάνοιαν αὑτοῦ, mentem locupletare.*" Ad verbum igitur illa sic reddenda sunt: *cum non curarent in scriptis maioris momenti suam condere et reponere doctrinam.* Hunc sensum verba flagitant. Illum autem Pearcii satis redarguit magna Ptolemaei et Ammonii doctrina. Ridicule sane Longinus, qui eos vt doctissimos homines laudasset, illos viros reprehenderet, quod scripsissent poemata et orationes, ac non potius ex aliorum libris, melioribus illis, aliquid addiscere studuissent.

§. 5. *καὶ μεταγραφὴν ... ἐποιήσαντο*] Est *μεταγράφειν rem ex alterius libro in suum transferre,* non semper quidem verbum de verbo, sed habitu et modo tractandi mutato. Aristeas de Demetrio Phalereo, qui coëmendis atque *describendis* libris Ptolemaei bibliothecam auxerat, *ποιούμενος ἀγορασμοὺς καὶ μεταγραφὰς ἐπὶ τέλος ἤγαγε τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν.* Locus exstat p. 233. ed. Dalen. Sed de Platone Diogenes Laërtius (Tom. I. p. 291. ed. Longol.): *πολλὰ παρ' Ἐπιχάρμου προςωφέληται, τὰ πλεῖστα μεταγράψας.* Nempe Platonem vult res ex Epicharmi disciplina in suos libros ita deriuasse, vt, habitu et oratione mutata, eas sibi proprias faceret. Atque sic Longini locus intelligendus est. Morvs. Quod idem Morus pro *ἐποίησαν* cum aliqua dubitatione probauerat, *ἐποιήσαντο* scriptum in ed. Bas. ego post Toupium reposui: est enim ex vsu loquendi necessarium.

τῆς ἐν τῇ διανοίᾳ συνθέσεως] Hunc locum perperam sollicitarunt viri doctissimi. Ita locutus est Erotian. in Prooemio ad Lex. Hippocrat. *Ἐξαπλωθεῖσαι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ τηλαυγέστερον ἀχθεῖσαι πολὺ παρέξονται φῶς πρὸς τὸ εὐκατάληπτον ΤΗΣ ΕΝ ΤΗι ΔΙΑΝΟΙΑι ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ.* Quae verba sedulo notanda. Tovpivs. Tollius e sua, puto, coniectura pro *συνθέσεως* posuerat *συντάξεως.* Sed locus a Toupio allatus me deterruit, ne verborum ordinem ex eleganti coniectura Pearcii mutarem. Is *συνθέσεως* priori loco ponendum statuebat, *κατασκευῆς* posteriori. De v. *διάνοια* v. ad fragm. 8, 2.

διάρθρωσιν] Haec est, vt Morus monuit, quam auctor §. seq. *σαφεστέραν ἐξήγησιν* appellat.

§. 6. *οὐδὲ γὰρ οὐδὲν ἐγγύς τι*] Scribendum, *οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐγγύς τι.* Quod elegantiae Graecae est. Aristot. Rhet. II. cap. XI. *Τὸ ἀρχαῖον ΕΓΓΥΣ ΤΙ φαίνεται τῇ φύσει.* Damascius apud Suid. v. *Ὀδαίναθος. Μάλιστα δὲ χαλεπὸν καὶ ΕΓΓΥΣ ΤΙ ἀδύνατον εἶναι περὶ θεῶν τι λέγειν ἢ φρονεῖν ἀνθρώπους ὄντας.* Tovpivs. E codice ductum videtur *οὐδέν.* Sed rectius haberet: *Οὐδὲ γὰρ οὐδέν τι ἐγγὺς,* quod tamen in ipsis verbis Longini ponere non sum ausus. Nec multo deterius est, quod editi libri (sine *οὐδὲν*) habent: *οὐδὲ γὰρ ἐγγύς τι: non enim proxime accedunt,* quod ex Attica ratione est *longissime absunt.* Sed nequaquam probo Tollii et Toupii commentum, *οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐγγύς.* Nam *οὐδὲ* talibus in locis statim repeti vix potest sola particula *γὰρ* interiecta, nisi ad aliud etiam *οὐδὲ* deinceps positum refertur, vt fiat *neque . . . neque.*

τὰ πολλὰ μὲν τῶν αὐτῶν δογμάτων ἐχόμενος] Minus recte accipiunt viri doctissimi. *τὰ πολλὰ* est *plerumque.* Quare locus ita vertendus est: *Et plerumque eadem amplexus dogmata, in eorum tractatione multo prolixior et operosior est.* Tovpivs. Omiserunt nempe humano errore in versione *fere* aut *plerumque* (*τὰ πολλὰ*), cetera tamen non deterius interpretati.

τῇ τῆς ἑρμ. περιβολῇ] Morus in Indice: „*de ornatu elocutionis, qui adsumitur, quo res velut induitur.*“ Vsus verbi non aduersatur huic explicationi. Vid. quae collegit Ernesti in Lex. technol. h. v. Sed frequentior occurrit significatio, quae ducitur ab *anfractu* siue *ambitu,* vt sit *rerum dilatatio.* Iam, vt pressius agamus, Plotini, quae restant, minime sunt verbosa, sed obscuritate potius arguta et breui laborant. Longinus tamen vniuerse Fr. 6, 3. laudat eius *τύπον τῆς γραφῆς* et, quod huc maxime pertinet, *τῶν ἐννοιῶν τἀνδρὸς τὴν πυκνότητα.* Cum igitur Amelius h. l. dicatur *τῇ τῆς ἑρμ. περιβολῇ* in contrariae rationis studium abductus esse, non *ornatus* quidam hic potest intelligi, qui nec *τύπῳ τῆς γραφῆς* Plotini defuit, *sed iusto latior de rebus disputatio et fusa per particulas explicatio.* Haec enim contraria est *τῇ πυκνότητι τῶν ἐννοιῶν* Plotini. Adscribam etiam Porphyrii verba, ne meo solius iudicio stare videar. Sic autem ille

de Plotino, in eius vita Fol. 5. col. 1: Ἐν δὲ τῷ γράφειν σύντομος γέγονε καὶ πολύνους, βραχύς τε, καὶ νοήμασι πλεονάζων, ἢ λέξεσι.

§. 7. τί τις ἂν κινεῖν οἴοιτο δεῖν] *Quid enim putet aliquis ceteros refutandos, sententia mouendos?* Sic paulo post κινεῖν δόξας, *labefactare.* MORVS. In Animaduerss. idem M. alias significationes verbi κινεῖν persequitur, eamque tuetur, quam hic protulit, sed ex ipso tantum loco argumentatus.

ταῦτα λαβόντες] Lego: τὰ αὐτῶν λαβόντες.

οὐχ ὅτι τῶν κ.... ἐπιχειρημάτων] Genitiui τῶν κεφαλαίων et ἐπιχειρ. pendent ab antec. οὐδέν; sed postremi συναγωγῆς et κρίσεως ab ἐπιμεληθέντες.

§. 8. Βασιλέα τὸν Τύριον] *Porphyrium* etiam dictum, quo nomine se ipse vbique in vita Plotini appellat. Vid. Dissert. Philol. huic edit. praemissa §. 8.

μετρίως ἀντιγραφῇ διελέγξαι δοκοῦμεν] Μετρίως διελέγξαι est *satis confutasse.* Aeschines cont. Timarch. p. 12. Καὶ περὶ μὲν τούτων ΜΕΤΡΙΩΣ ἐλπίζω μοι προειρῆσθαι. *Ac de his satis me praefatum esse arbitror.* TOVPIVS. Hoc ipsum Toupius supra ad *II. T.* 28, 2. monere debebat. Recte autem Tollius legi volebat aut μετρίᾳ ἀντιγραφῇ, aut μετρίως τῇ ἀντιγραφῇ.

οὐκ εὖ παλινῳδήσαντα] Cum Porphyrius Plotini mentem, quippe nimia breuitate obscurioris, non esset assecutus, contra eum scripsit. Cui ille Amelium respondere iussit. Respondit et Porphyrius: nec defuit iterum illi confutando Amelius. Tandem Porphyrius, sententia Plotini percepta, *Palinodiam* scripsit, inque omnium conuentu recitauit. Hoc eum non recte fecisse, Longinus noster in commentario, de quo hic agit, asseruit; quippe qui Plotini de Ideis sententiam impugnabat, antea sibi in eo consentientem habens Porphyrium, sed nunc in Plotini castra transfugam. TOLLIVS. Narrat haec Porphyrius in v. Plotini Fol. 6. col. 1.

πρὸς ἄττα] Sic omnes editt. habent, cum e praeceptis omnium grammaticorum ἅττα scribi debuerit, quia est i. q. τινά, non ἄτινα. Hoc ergo mutaui.

ἔγραψεν] Legendum videtur ἐπέγραψεν.

Ἡμεῖς δὲ αὐτὸ μόνον προσήρκέσθημεν τῇ κοινῇ τοῦ συγγράμματος ἐπιγραφῇ] Sic recte legitur. Huius Graecismi elegantiam minus perspectam habuerunt nostri In-

terpretes. Hesych. v. *Πεσσά· Ἐν δὲ τῇ πεττείᾳ ΑΥΤΟ ΜΟΝΟΝ τὰς ψήφους μετακινοῦσι.* Lucian. Dialog. Meretr. p. 295. *οἱ καλοὶ δὲ ΑΥΤΟ ΜΟΝΟΝ καλοὶ θέλουσιν εἶναι.* Idem in Somnio: *Οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος, οὔτε ἐχθροῖς φοβερὸς, οὔτε τοῖς πολίταις ζηλωτὸς, ἀλλ' ΑΥΤΟ ΜΟΝΟΝ ἐργάτης.* Synesius Epist. 103. *Τὰ καλὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων δυνάμεις τινές εἰσι καὶ παρασκευαὶ ψυχῆς, καὶ οἷον ΑΥΤΟ ΜΟΝΟΝ τὸ χρώμενον.* Sic *αὐτὸ ἐκεῖνο.* Damascius in Excerptis apud Photium p. 1067. *Εὐφραίνετο δὲ ὁρῶν τὸν Πρόκλον ὁ Ἰσίδωρος αἰδοῖόν τε ἅμα καὶ δεινὸν ἰδεῖν, ΑΥΤΟ δοκῶν ΕΚΕΙΝΟ ὁρᾷν τὸ φιλοσοφίας τῷ ὄντι πρόσωπον.* Ita scribendus iste locus ex Suid. v. *Αἰδοῖος.* Vulgo male legitur, *δοκῶν ἐκεῖ ὁρᾷν.* Max. Tyrius Dissert. XXVI. 5. *Ἐὰν δὲ ἐπιτρέψῃς τῇ ψυχῇ φέρεσθαι, ΑΥΤΟ ΕΚΕΙΝΟ, κατὰ τὴν Ὁμηρικὴν εἰκόνα, ἵππον ἀνῆκας ἀδηφάγον διὰ πεδίου κροαίνειν καὶ ὑβρίζειν.* Sic *αὐτὸ τοῦτο.* Aristides Vol. I. p. 23. *Οἷον μητρόπολίς τε ἀτεχνῶς, καὶ μήτηρ ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ.* vbi inepte Interpres, *Quasi metropolis et paene mater.* immo, *non nisi ipsa mater.* Max. Tyr. XXXVIII. 4. *ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ ἄνδρες ἀγαθοὶ, οὐ ποιηταὶ, λέγω.* Hermias Irris. Philosoph. p. 219. *Καὶ πάλιν ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ μεθαρμόζομαι, φιλῶ.* Ita scribendus iste locus. Antiphanes Comicus apud Porphyr. de Abstin. II. 17.

Τὸ δὲ μικρὸν ΑΥΤΟ ΤΟΥΤ' ἀρεστὸν τοῖς θεοῖς.

Quem versiculum vulgo male distinguunt. Confer Porphyr. de Abstin. I. 13. et IV. 9. Atque hinc recte et eleganter D. Petrus in Epistola secunda I. 5. *Καὶ ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν. Quin hoc agite, et omne studium adhibentes, subministrate fidei vestrae virtutem.* Graeca elegantiora sunt. Quare nihil mirum, si captum Interpretum effugerint. Addam locum Aeliani Var. Hist. III. 17. *Ἐπολιτεύσαντο οὖν καὶ φιλόσοφοι, ἢ ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ ΜΟΝΟΝ τὴν διάνοιαν ἀγαθοὶ γενόμενοι, ἐφ' ἡσυχίας κατεβίωσαν.* Quod Graecae abundantiae est. Confer Epictet. cap. 73. vbi similis Pleonasmus. Tovpivs. Cf. *Π. Υ.* 35, 4.

FRAGM. VI.

Occurrit hoc fragmentum in Toll. Huds. et Pearc. editione, item in opp. Plot. et Fabr. bibl. gr. vol. 4. p. 123

sqq. Vide ad fragm. V. init. Morus. Fragmento haec Porphyrii verba praemissa sunt: *Ἣν δὲ ἔσχε καὶ Λογγῖνος περὶ τοῦ Πλωτίνου δόξαν, ἐξ ὧν μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἐγὼ γράφων ἐσήμαινον* (Bas. male *ἐπήμαινον*), *δηλώσει μέρος ἐπιστολῆς γραφείσης πρός με, ἐπέχον τοῦτον τὸν τρόπον. Ἀξιῶν γάρ με ἀπὸ τῆς Σικελίας κατιέναι πρὸς αὐτὸν εἰς τὴν Φοινίκην, καὶ κομίζειν τὰ βιβλία τοῦ Πλωτίνου, φησί·* (Tum fragm. ipsum sequitur:)

Καὶ σὺ μὲν ταῦτα τε π. etc.

§. 1. *Τί γὰρ ἂν καὶ σοφὸν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν ἀφίκοιο;*] Scribendum *προσδοκῶν*. *Quid enim sapientiae a nobis expectes aduentu tuo?* Themistius Orat. XXIV. p. 301. Ed. Hard. *Εἰ μὲν δή τι καὶ ΠΑΡ' ΗΜΩΝ τοιόνδε ΠΡΟΣΔΟΚΩΝΤΕΣ ΣΥΝΕΛΗΛΥΘΑΤΕ, ὥρα ὑμῖν ἀπιέναι, μηδὲ ἐνοχλεῖσθαι μάτην.* Deinde lego, *εἰ μηδὲν δι' ἄλλο — τήν ΓΕ παλαιὰν συνήθειαν.* *ob veterem saltem nostram consuetudinem.* Quod melius atque elegantius. Schol. ad Aristot. Rhet. II. p. 345. *Ἔδει, ἄνδρες Συρακούσιοι, ΕΙ ΚΑΙ ΔΙ' ΟΥΔΕΝ ΑΛΛΟ, ἀλλά ΓΕ διὰ τὸ ἄρτι ὑμῶν δέεσθαι, αἰσχύνεσθαι ἡμᾶς ὡς θαυμάζοντας.* Ita scribendus iste locus, quem nobis subministrauit cl. Ruhnkenius. Xenoph. Hist. Graec. lib. 4. *Ἐδέοντό τε, ΕΙ ΜΗΔΕΝ ΑΛΛΟ, ἀλλὰ τοσοῦτόν ΓΕ χρόνον καταμεῖναι αὐτὸν, ἕως ἂν τὸν σπορητὸν διακωλύσῃ τοῖς Ἀκαρνᾶσιν.* Porphyr. de Abstin. II, 31. *Καὶ γὰρ ΕΙ ΜΗΔΕΝ ΑΛΛΟ, πρός ΓΕ τὴν κατ' ἀλλήλων ἐκχειρίαν μεγάλα πάντες ὠνήθείημεν ἄν.* Corrigendus obiter Plutarchus in Quaest. Roman. p. 263. *ἢ οὐκ ἀπολειπτέον καὶ κοινωνητέον ἁπάσης τύχης, κἂν καλοῦ μηδενὸς ἢ πυρὸς καὶ ὕδατος μέλλωσι κοινωνεῖν ἀλλήλοις;* Scribendum sine dubio, *κἂν ΑΛΛΟΥ ΜΗΔΕΝΟΣ.* Toupius. Alia forma exstat *Il. Υ.* 33, 4: *κἂν, εἰ μὴ δι' ἑνὸς ἑτέρου, τῆς μεγ. αὐτῆς ἕνεκα:* vbi non aliam vim *αὐτῆς* habet, quam *γε* hoc loco. Libri habent *προσδοκᾶν* et *τε.* Ea virorum doctorum auctoritate, vt et Toupius fecit, mutaui. Sed iam in ed. Bas. est *προσδοκῶν*; idemque ante oculos habuisse videtur Ficinus, qui vertit: *quid enim nouae apud nos sapientiae sperans venias, nescio.*

πρὸς ἣν λέγεις σώματος ἀσθένειαν] Vere imbecillum aut aegrum corpore fuisse, subnegat Longinus. Atra eum bile laborasse Tollius h. l. ex eius vita narrat, qua percitus adeo se interimere saepe cogitauerit.

κἂν ἄλλό τι τύχης οἰηθεὶς] Minus haec adsequuti sunt Interpretes. Verte, *Quod si quid aliud cogites.* Confer nos supra ad sect. 40. Tovpivs. Imo non minus a vero aberrat Toupius quam ceteri interpretes. Post ἀσθένειαν illi ponunt στιγμὴν τελείαν, et nouam periodum sequi statuunt verbis Κἂν ἄλλο etc. Tollius vertit: *Quod si quid aliud fortuiti a me exspectes boni, frustra eris. Nihil enim hic noui offendes.* In Graecis enim habet: κ. ἄ. τι τῆς τύχης οἰηθεὶς etc. Hudsonus (qui τύχης habet, non τῆς τ.) ita: *Quod si quid aliud putes, a me nihil noui hic exspectes.* Pearcius: *Et si quid aliud, quod cogitas, nanciscaris, at a me ne quid recentius exspectes:* quod a Graecis longius abit. E nostra interpretatione οἰηθεὶς ferri certe potest, etsi πεισθεὶς, aliudue aeque graue, melius esset. Interpunctionem quod attinet, si verba proposita nouam periodum ordiuntur, κἂν est minime aptum: aduersatiua quaedam particula requiritur. Deinde οἰηθεὶς ineptum est, quomodocunque accipias. Denique δὲ in apodosi, παρ' ἐμοῦ δὲ, prorsus locum habere non potest: vnde et Morus γε vult legi. Toupii versio, *Quod si q. a. cogites,* maxime repugnat verbo οἰηθείς. Nunquam enim οἴεσθαι est *cogitare*, siue animo aliquid propositum habere, exsequi velle: ad quod significandum auctor dixisset προῃρημένος aut ἐν νῷ ἔχων, aut aliud quiduis potius quam οἰηθείς.

προςδοκᾶν] Fortasse hic quoque προςδοκῶν: nam similis est superiori syntaxis. Morvs. Similitudinem syntaxeos ego non video: nullum enim verbum finitum hic reperitur, vt supra ἀφίκοιο. Toupius tamen tacite προςδοκῶν Longino dedit. Sed nihil est cur vulgatum mutemus. Infinitiuus pro imperatiuo positus est, vt ab initio πέμπειν et κομίζειν, et Π. Υ. 27, 2.

§. 2. γραψάντων] Num hoc absolute poni potuit pro γραφέων s. ἀντιγραφέων?

τὸν ὑπογραφέα] quem artificem alii vocant ταχυγράφον vel σημειογράφον, qui dictantis verba celeriter excipit, notis quibusdam pro verbis fere vsus. Ego *notarii* nomen in versione posui, quoniam Suidas eo ὑπογραφέως significationem declarat. Recte autem Morus post ὑπογραφέα tolli volebat comma, idemque poni post ἐπεκράτησα, quod verbum genitiuum habet. Id ergo feci versionemque ad eius mentem inmutaui. Nam vulgo geni-

tiuum *αὐτῶν* regi putant ab *ὑπογραφέα*, hunc autem accusatiuum ab *ἐπεκράτησα*.

Καὶ κέκτημαι] Melius legas *Καίτοι κ.* Aduersatiua quaedam particula hic apta videtur ob antecedentia, *μόλις αὐτῶν ἐπεκρατησα:* et melior etiam e *καίτοι* ante *κέκτ.* sonus exsistit.

οὐ γὰρ μετρίως ἦν διημαρτημένα] Nihil mirum: sic enim Porphyrius de ipso Plotino: *Ἔγραφε δὲ οὔτε εἰς κάλλος ἀποτυπούμενος τὰ γράμματα, οὔτε εὐσήμως τὰς συλλαβὰς διαιρῶν, οὔτε τῆς ὀρθογραφίας φροντίζων, ἀλλὰ μόνον τοῦ νοῦ ἐχόμενος· καὶ, ὃ πάντες ἐκθαυμάζομεν, ἐκεῖνο ποιῶν ἄχρι τελευτῆς δεετέλεσε.* Et paullo post: ... *ἐν δέ τισι λέξεσιν αμαρτάνων· οὐ γὰρ ἂν εἶπεν ἀναμιμνήσκεται, ἀλλ' ἀναμνημίσκεται· καὶ ἄλλα τινὰ παράσημα ὀνόματα, ἃ καὶ ἐν τῷ γράφειν ἐτήρει.* Haud dubie librarii notas huius incuriae vel propter ignorantiam vel propter superstitionem seruauerant.

Καίτοι τὸν ἑταῖρον Ἀμέλιον ᾤμην ἀναλήψεσθαι τὰ τῶν γραφέων πταίσματα] Scriptor nescio quis apud Suid. v. *Ἀναλήψεσθαι· ο δὲ ἔλεγεν ΑΝΑΛΗΨΕΣΘΑΙ ΤΟ ΠΑΡΟΝ ΠΤΑΙΣΜΑ ταῖς εἰς τὸ μέλλον ἀρεταῖς.* Deinde lego, *τοῦ παραναγνῶναι μόνον.* Quomodo recte legitur apud Porphyrium in ed. Basil. *Παραναγνῶναι* est *legere et conferre cum altero exemplari.* Epist. Socratic. p. 66. Ed. Allat. *Ἵνα οὖν Θεόπομπος παύσηται τραχὺς ὤν, κέλευσον Ἀντίπατρον ΠΑΡΑΝΑΓΝΩΝΑΙ τῶν Ἑλληνικῶν πράξεων αὐτῷ. Verum vt Theopompus ab ingenio illo suo aspero aliquid dimittat, iube sis Antipatro, vt Graecorum res gestas illi percurrat, et cum iis quae ille scripsisset conferat.* Synesius Epist. 67. *Ἵνα, εἰ μὴ τυγχάνεις δεξάμενος τὴν ἐπιστολὴν, ἔχοις ΠΑΡΑΝΑΓΝΟΥΣ αἰτῆσαί τε* (leg. *διαιτῆσαί τε*) *καὶ πρὸς ἐμὲ διαπέμψασθαι τὰ ἀμοιβαῖα. Vt, si non acceperis epistolam, possis, cum legeris, et cum aliorum literis contuleris, de hac re cognoscere, et mihi responsum dare. Διαιτᾷν* est *arbitrari, cognoscere.* Polyaen. Strat. VII. 50. *Τὰ ἐγκλήματα ΔΙΗιΤΗΣΑΝ καὶ διέκριναν. De re cognoscebant et diiudicabant.* Interpres nihil vidit. Confer Plutarch. de Virtut. Mulierum p. 246. Tovpivs. Ficinus verba *τοῦ παραναγν. μ.* ita vertit: „*vt tantum perlegam, inde meos*“ (libros) „*emendans.*“

§. 3. *ἃ μὲν γὰρ ἤγαγεν, ἅπαντα διὰ σπουδῆς ἐκτη-*

σάμην] *Nam cuncta, quae ille attulit, diligenter asseruo.* Ita vertendus iste locus. TOVPIVS. Notatu dignum videri potest, quod T. hac simplici versione significauit. Nam verborum ambiguitas sensum illum, (*diligenter asseruo*) admittit. *Χρῆσις* certe a *κτήσει* differt, et *μ. σπ.* tam est *celeriter*, quam *diligenter*. Sed res tamen ipsa, si quo alio loco tangeretur, interpretationem istam firmare deberet. Quoniam vero ex hoc ipso fragmento pendemus, ego ita vertendum puto: *Nam c.... studiose mihi comparaui*, siue *studiose curaui, vt mihi describerentur.* Certe §. antec. *κέκτημαι parandi* significatione positum est, non (*τοῦ φυλάττειν* s. *τηρεῖν*) *asseruandi.*

FRAGM. VII.

§. 1. *Πῶς γὰρ ... τὸ κατ' αὐτὴν, θεῖναι*] Haec quomodo alii construenda putarint, et quomodo sensum, quem exprimunt, e verbis eruerint, nescio. Constructio mihi videtur haec esse: *Πῶς γὰρ ὅλως ἐγχωρεῖ, θεῖναι, τὸ κατ' αὐτὴν εἶναι παραπλήσιόν τινι τῶν στοιχείων.* Itaque ante *θεῖναι* comma posui, quia pertinet ad *ἐγχωρεῖ.* In verbis singulis nihil est difficultatis, modo teneamus, *τὸ κατ' αὐτὴν* quandam esse periphrasin, positam pro simplici pronomine *αὐτήν.* Ita statim *τῶν περὶ ψυχὴν* pro *τῆς ψυχῆς.*

εἰ καὶ μὴ συνεχῶς, ἀλλ' οὖν πόῤῥωθεν] Non male Interpres, *Etsi non e proximo, certe non ita remote.* Ita locutus est Marc. Antoninus IX. 23. *ἐὰν οὖν πρᾶξίς σου μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν, εἴτε ΠΡΟΣΕΧΩΣ, εἴτε ΠΟΡΡΩΘΕΝ, ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον, καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι.* Quae forma loquendi notanda: nam paulo rarior est. TOVPIVS.

πρὸς τὰ δεύτερα καὶ τρίτα] Cernere licet, inquit, causam, quam dant prima initia siue elementa ad *secunda*, v. g. ad arbores; et *tertia*, v. g. ad flores ex arboribus natos.

Ἐπίκουρος καὶ Χρύσιππος] Non de nihilo est, quod istos homines coniunxerit Longinus. Laertius in Epicuro: *Ἐζήλου δὲ αὐτὸν Χρύσιππος ἐν πολυγραφίᾳ· καθά φησι Καρνεάδης παράσιτον αὐτὸν τῶν βιβλίων ἀποκαλῶν. εἰ γάρ τι γράψαι ὁ Ἐπίκουρος, φιλονεικεῖ τοσοῦτο γράψαι ὁ Χρύσιππος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πολλάκις ταὐτὰ γέγραφε.* TOVPIVS. Hoc nihili est. Non propter aemu-

lationem Chrysippi cum Epicuro Longinus coniungit hos philosophos, sed propterea, quia hic, vt constat, animos hominum, sicut alia omnia, *ex atomis* ortos statuebat, Chrysippus autem, id quod minus notum est, *ex raro et tenui aere.* Diogenes Laert. in Zenone p. 201. omnes Stoicos, ergo et Chrysippum tradit statuere, *τὴν ψυχὴν ... εἶναι τὸ συμφυὲς ἡμῖν πνεῦμα· διὸ καὶ σῶμα εἶναι, καὶ μετὰ θάνατον ἐπιμένειν, φθαρτὴν δὲ ὑπάρχειν· τὴν δὲ τῶν ὅλων, ἄφθαρτον, ἧς μέρη εἶναι τὰς ἐν τοῖς ζῴοις.* Ad quem locum Menagius praeter alia: „Nemesius in libro de natura hominis c. 2. *Δημόκριτος καὶ Ἐπίκουρος, καὶ πᾶν τὸ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων σύστημα, σῶμα τὴν ψυχὴν ἀποφαίνονται.* Addit Chrysippus apud Plutarchum de contrarietatibus Stoicorum, *ἀραιότερον καὶ λεπτομερέστερον*, id est, *rariore et tenuiore filo*: quod habuit ab Anaxagoreis, qui, vt est apud eundem Plutarchum, de placitis Philosophorum IV, 3. animam corpus esse censuerunt, sed aëriae naturae.“ Debebat Toupius sequentia diligentius cognoscere. Nam §. 2. *ἡ τοῦ πνεύματος λεπτότης* refertur ad Chrysippum, et, quae deinceps dicuntur, ad Epicurum.

τῶν περὶ ψυχῆς πράξεων] An *τῶν τῆς ψ.* vel *τῶν περὶ τὴν ψυχήν*? Morvs.

§. 2. *Τί δὲ*] Lego et distinguo: *Τί δέ; τῶν ἀτόμων σχῆμα τοσαύτην παρὰ τὰ ἄλλα ἔχει δύναμιν καὶ ῥοπὴν, ὥστε φρόνησιν γεννᾷν, ὅταν εἰς ἑτέρου πλάσιν ἐγκαταμιχθῇ σώματος;* Aristot. ad Nicom. lib. X. *Διατείνει γὰρ ταῦτα διὰ παντὸς τοῦ βίου ΡΟΠΗΝ ΕΧΟΝΤΑ ΚΑΙ ΔΥΝΑΜΙΝ πρὸς ἀρετήν.* Polybius lib. XII. p. 918. Ed. Gronov. *Ἆρ᾽ οὖν ἀνάγκη μέγα τι γεγονέναι χρῆμα καὶ θαυμάσιον τὸν Ἀγαθοκλέα, καὶ πολλὰς ΕΣΧΗΚΕΝΑΙ ΡΟΠΑΣ καὶ ΔΥΝΑΜΕΙΣ πρὸς τὸν πραγματικὸν τρόπον;* Voces *ῥοπὴ* et *τροπὴ* non raro permutantur. Hinc corruptus Iosephus Antiq. Iud. lib. XII. p. 597. *Ὡς οὐδὲν ἀπέλειπον χειμαζομένης νεὼς, καὶ πονουμένης ἑκατέρωθεν ὑπὸ τοῦ κλύδωνος, μεταξὺ τῆς εὐπραγίας τῆς Ἀντιόχου καὶ τῆς ἐπὶ θάτερον αὐτοῦ τροπῆς τῶν πραγμάτων κείμενοι.* Scribendum sine dubio, *τῆς ἐπὶ θατερον ΡΟΠΗΣ.* Quod elegantius longe. Dionysius Halicarn. Antiq. Rom. lib. V. p. 270. *Μικρὰν ἐποιήσαντο ΤΗΝ ΕΠΙ ΘΑΤΕΡΑ ΡΟΠΗΝ.* Idem lib. VII p. 448. *Τὴν τελευταίαν ψῆφον ἐπενεχθεῖσαν ἐκείναις αἰτίαν γενέσθαι ΤΗΣ ΕΠΙ ΘΑ-*

ΤΕΡΑ ΡΟΠΗΣ. Ceterum huc facit Cicero Nat. Deor. II. 37. *Hinc ego non mirer esse quemquam, qui sibi persuadeat, corpora quaedam solida atque indiuidua VI ET GRAVITATE ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita?* Tovpivs. Et distinctionem verborum et mutationem τοῦ τροπὴν in ῥοπὴν proposuerat Morus. Ego nihil muto. *Τί* est *Διὰ τί.* Referuntur inter se *Τί γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος* etc. et *Τί δὲ τῶν ἀτόμων* etc. In posteriori membro *δὲ* ita positum est, vt si *μὲν* in priori antecederet: nam *Τί μὲν γὰρ* (diserte addita particula *μὲν*) durius videtur. Sed distinctio *Τί δέ; τῶν ἀτ.* facit orationem iusto vehementiorem et declamatori intempestiua indignatione exardescenti conuenientiorem, quam philosopho sedate disputanti. Propter seq. *τροπὴν* equidem malim *τοιαύτην:* nam *τοσαύτην* tantum ad *δύναμιν* aptum est. Seruaui autem *τροπὴν*, quia Epicurus atomos in perpetuo per vniuersum motu statuebat *συγκρούειν* inter se et *περιπλέκεσθαι*, atque etiam *κλίνεσθαι τὴν περιπλοκήν.* His verbis ipse in epistola apud Diogenem vtitur. Hinc etiam Lucretius atomis *τὸ clinare* et *clinamen* tribuit. Ergo *τοιαύτην τροπὴν* est *talem in motu suo conuersionem.* Quod ad *σχῆμα* pertinet, Epicurus in eadem ad Herodotum epistola saepius hoc monet, atomis per se nihil aliud tribui posse, quam *σχῆμα*, *βάρος* et *μέγεθος.*

Οἶμαι μὲν ὡς, οὐδ'] Intellige ex antec. *τοιαύτην* (aut *τοσαύτην*) *δύναμιν ἔχοι.* Fabula de miris his Vulcani operibus exstat Iliad. σ', 373. ss. et 417. ss.

μή τί γε δὴ] *nedum,* refertur ad *οὐδ' εἰ, ne si quidem.* Mor.

τῶν ἐκ ταυτομάτου ψηγμάτων] Nonnulla hic deesse videntur, sed sensus Longini satis manifestus est, quem non male explicat Tollius. Tovpivs. Sc. *τυχὼν*, vt antea, *εἰ τύχοι τῶν τριπόδων.* Sed quae *ψήγματα* sint, de quo verbo ad Longin. 10, 7. monuimus, difficilius ad intelligendum videtur. Illud adparet, atomos describi, quae propter exiguitatem, aut quoniam partes sunt, e quibus omnia componuntur, adpellari forte *ψήγματα* possunt. Morvs. Secundum hanc Mori explicationem nihil videbitur deesse. Quod Toupius dixit, non male sensum explicatum esse a Tollio, haud dubie hanc ipsam Mori explicationem significare voluit. Nam Tollius ad haec verba plane nihil.

καὶ αὐτοῖς] His ego e coniectura praeposui ἃ, sine quo membra inter se non cohaerent. Post αὐτοῖς addendum etiam τοῖς. Morus pro his malebat legi Καίτοι τοῖς etc. Sed hac lectione nescio quid magni, quod ad argumentationem pertineat, exspectare iubemur, cum tamen leuis sequatur sententia, quae pro meo sensu melius ita fere, vt ego per ἃ institui, prioribus annectitur.

τοῖς ἐπὶ τῶν αἰγιαλῶν προσέοικε λίθοις] Est formula locutionis, Luciano praesertim, vsitatissima. Confer Iacob. Gronov. ad Epict. Paraph. cap. 10. Theophylact. Hist. lib. I. p. 10. Τὸν δὲ στέφανον μηδέν τι διοίσειν ΤΩΝ ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΑΙΓΙΑΛΟΙΣ τῆς θαλάττης ΨΗΦΙΔΩΝ. Clemens Alexand. Cohort. p. 46. Ἀλλ' οὔτι γε τὸ πῦρ καὶ οἱ σεισμοὶ κερδαλέοι, οὐδὲ μὴν φοβοῦνται ἢ δυσωποῦνται, οὐ τοὺς δαίμονας, οὐ τὰ ἀγάλματα, οὐ μᾶλλον ἢ ΤΑΣ ΨΗΦΙΔΑΣ ΤΑΣ ΠΑΡΑ ΤΟΙΣ ΑΙΓΙΑΛΟΙΣ σεσωρευμένας τοῖς κύμασιν. Toupius.

§. 3. Ζήνωνι μὲν γὰρ] Laudat hunc locum Theodoret. Graec. Affect. p. 74. vbi ita legitur: Καὶ ὁ Λογγῖνος δὲ αὐτῶν ἄντικρυς κατηγορεῖ, ὧδε γράψας· Ζήνωνι μὲν γὰρ καὶ Κλεάνθει νεμεσήσειεν ἄν τις δικαίως, οὕτω σφόδρα ὑβριστικῶς περὶ τῆς ψυχῆς διαλεχθεῖσιν. ΑΜΦΩ γὰρ τοῦ στερεοῦ σώματος εἶναι τὴν ψυχὴν ἀναθυμίασιν ΕΦΑΣΑΝ. Qui locus editores nostros effugit. Toupius.

ἄμφω] L. ἀμφοῖν, quae coniectura in marg. Euseb. iam notata est. Morus.

ποῦ δ' ἐγχωρεῖ... οἵους τ' εἶναι σώζειν] Vertunt haec ita: *qui fieri potest... vt tueri queant atque defendere?* Haec interpretatio minime conuenit Graecorum verborum vsui; si modo sensum, quem exprimere volunt, assecutus sum. Hoc nempe velle videntur, Zenonem et Cleanthem pugnantia defendere, cum animum statuant esse corporis exhalationem, et tamen contendere audeant, in eodem animo exsistere φαντασίας, μνήμας, ὁρμὰς etc. Verba potius hanc sententiam continent, *non consentaneum esse, vt Zeno et Cl., qui opinionem illam de animi natura tueantur, ipsi habeant et conseruent iustas* φαντασίας etc. Huic explicationi aliquid firmitatis accedit e postremis, ὁρμὰς καὶ βουλήσεις τῶν λυσιτελούντων εἰς σύνεσιν πραγμάτων. Non enim conuenit omnium hominum, sed vel maxime philosophorum, animis, *vt ad ea tractanda impetu quodam et studio ferantur, quae faciunt*

ad rerum intelligentiam. In primis autem animaduersione dignum est verbum *σώζειν*, cui prorsus insolentem interpretes significationem tribuunt, cum hic habeat propriam et vsitatam. Animus nempe cum ex illorum opinione sit *vapor*, quae res est instabilis et fluxa, leuissimoque impulsu disiecta euanescit, fieri non potest, vt illi *firmas seruent* φαντασίας et alia, quae in animo exsistunt, alteque impressa durare debent.

Εἶτ' ἄρα] Ita scripsi e coniectura certe non spernenda. Nam *εἶτα* cum indignatione poni solet, vbi affertur consequentia absurda, qualem h. l. habemus. Facile autem vulgatum *"Ητ'* inde ortum est.

κοινῆς ἐπινοίας] Fort. leg. *κ. ἐννοίας.* Sed fieri potuit, vt propter seq. *ἐπιπνοίας* quaesita paronomasia verbum minus proprium afferret.

καὶ οὐκ ἀναθυμιάσεις, οὐδ' ἀέρας, οὐδὲ πνεύματα, ΚΑΙ ΛΗΡΟΥΣ] Imitatus videtur noster Plutarchum de Oracul. Defect. p. 435. *Νυνὶ δέ μοι δοκοῦμεν αὐτοὺς πάλιν ἐκείνους ἐξωθεῖν καὶ ἀπελαύνειν ἐνθένδε τοῦ χρηστηρίου καὶ τοῦ τρίποδος, ΕΙΣ ΠΝΕΥΜΑΤΑ ΚΑΙ ΑΤΜΟΥΣ ΚΑΙ ΑΝΑΘΥΜΙΑΣΕΙΣ τὴν τῆς μαντικῆς ἀρχὴν ἀναλύοντες.* Deinde notanda forma loquendi, in clausula sententiae vsitata, *καὶ λήρους.* Demosth. Olynth. III. p. 13. *Καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις ἃς κονιῶμεν; καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς ἐπισκευάζομεν; καὶ κρήνας, καὶ ΛΗΡΟΥΣ;* Alexis apud Athenaeum lib. 8. p. 336.

Τί ταῦτα ληρεῖς φληναφῶν ἄνω κάτω
Λύκειον, ἀκαδημίαν, ᾠδεῖον, πύλας,
ΛΗΡΟΥΣ σοφιστῶν; ——

Archestratus apud Athen. lib. 7. p. 278.

Ἐν συκῆς φύλλοις καὶ ὀριγάνῳ οὐ μάλα πολλῇ,
Μὴ τυρὸν, μὴ ΛΗΡΟΝ ——

Ceterum huc spectat Schol. ad Aristoph. Nub. 263. quem eo libentius in medium proferam, vt emendem. *Τὸν δὲ ἀέρα προσεύχεται· ἐπεὶ αἱ νεφέλαι τούτου. Μερικοῖς φιλοσόφων λόγοις, ἀέρα βούλεται εἶναι τὸ πᾶν· οἳ καὶ τὴν ἐν ἡμῖν ψυχὴν ΑΕΡΑ ΚΑΙ ΠΝΕΥΜΑ ἐδογματίσαντο.* Per *μερικοὺς φιλοσόφους* intelligendos hic docet cl. Ernestus *certae sectae philosophos.* Nugae. Rescribendum omnino ex vi et iussu sententiae: *τὸν δὲ ἀέρα προσεύχεται, ἐπεὶ αἱ νεφέλαι τούτου ΜΕΡΗ· ἢ κατὰ τοὺς φιλο-*

σόφων λόγους, ἀέρα βούλεται εἶναι τὸ πᾶν· οἳ καὶ τὴν ἐν ἡμῖν ψυχὴν ἀέρα καὶ πνεῦμα ἐδογματίσαντο. Nihil verius aut facilius. Sed ad haec Scholia non raro caecutiebat Ernestus. Tovpivs.

FRAGM. VIII.

§. 1. *ὁποῖα ποτ' ἂν εἴη τὰ τῶν λέξεων*] Post haec verba excidisse aliquid suspicor huius sententiae: *καὶ καλὸς δόξει ὁ λόγος, ἐὰν καλῶς ἔχῃ τὰ τῶν λέξεων.* Haec autem *τὰ τ. λ.* insunt in delectu et collocatione verborum.

λόγος ἀπὸ σαφῶν] Ita scriptum edidit Aldus. Refingendum autem sic opinor: *λόγος, ὡς* (vel *ἅτε*) *ἀποσαφῶν*. Nam durum videretur, seruatis ceteris ponere *ἀποσαφοῦν*. De v. *φῶς* cf. *Π. Ύ.* 30, 2.

οὐδ' ὁτιοῦν τῆς] Lacunam spatio vacuo significatam expleo verbis *σοὶ ἔσται διά*. Ab initio autem pro *πλέων* scripsi *πλέον*.

εἰ μὴ συνδεῖν] Imo *εἰ μὴ συνθῇς*.

ἐν λέξει ... ῥημάτων] *Λέξιν* patet hic esse i. q. *ἐκλογήν*. Sed ineptum est *πλῆθος ῥημάτων*. Multitudo non maior debet esse verborum, quam nominum: ac ne iusta quidem vtrorumque copia h. l. commendari potuit. Corruptus locus paulo melius habebit, si ita legas: *ἐν λ. τε καὶ θ. καὶ κλίσει τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων.*

§. 2. *κηλοῦντα*] Hoc pro vulg. *καλοῦντα* posuit Ruhnkenius ad *Π. Ύ.* 11, 2. Id, siue ex ingenio, siue ex aliquo codice protulerit, vnice probandum est.

ἄνευ τῆς διανοίας ... πιθανότητος] Latiori sensu *διάνοια* est *omnis sententiarum explicandarum ratio.* Sic Aristoteles Poet. c. 6. fabulae tragicae partem *διάνοιαν* dicit, eamque ponit in iis, *ἐν ὅσοις λέγοντες ἀποδεικνύουσί τι, ἢ καὶ ἀποφαίνονται γνώμην.* Paulo post *διάνοιαν* item explicat verbis *τὸ λέγειν δύνασθαι τὰ ἐνόντα καὶ ἁρμόττοντα.* Sed iam supra fragm. 5, 5. eodem sensu positum occurrit. Deinde *πραγματικὴ κατασκευὴ* est *apparatus argumentorum a re et causa ipsa petitorum.*

τῆς ἑρμηνεύσεως] Haec verba ab h. l. prorsus aliena ponas licet paulo post inter *ῥυθμικὸν* et *ξύμμετρον*.

οὔτι γε πολιτικῶν τε etc.] Simplicissima correctione addas *ψυχαῖς*. Opponuntur *ἀγελαίοις ζώοις*, *instinctu*

coeco caternatim vagantibus, πολιτικὰ ζῶα, ratione et legibus in societatem coeuntia.

τὸ δέον· σοι] Quae ante *σοι* desiderantur, commode sarcias additis verbis *γένοιτ᾽ ἄν.*

§. 3. *Οἷά τε ἡ παρ᾽ Ὁμ. π.*] Ante haec excidisse videtur sententia, *in poetis maxime sentiri vim compositionis.* Sed totus locus vsque ad *εὐπετῆ* valde corruptus est, nec, nisi librorum subsidiis, reuocari potest ad integritatem.

Τοιοῦτον καὶ Ἀρχιλ. τῷ Παρίῳ] Si haec sunt Longini, *τῷ Παρίῳ* vix potest esse verum. Simpliciter enim vocatur *Archilochus Π. Τ.* 10, 7. et 13, 3. Sed nec alius facile rhetor eum a patria magis, quam ab inuento genere carminum, appellauerit: quis enim notissimum hunc poetam cum alio confunderet Archilocho? Itaque pro *Παρίῳ* aliud f. scriptum fuit, vt *πατρὶ* aut *ποιητῇ τῶν ἰάμβων.* Ceterum vt plena fiat sententia, post *Παρίῳ* intelligendum *προσήκει τιμῆς*, quod pendeat a *Τοιοῦτον.*

ἤσκηται] Int. *τὴν τέχνην τῆς λέξεως.* Aliquid huiusmodi diserte adiectum fuit.

§. 4. *καὶ τὰ σημαίνοντα ... σύμβολα*] Inutilis per se et minime apta est huic loco periphrasis *partium orationis*, quomodo dicta sunt proprio nomine *τὰ μόρια* sc. *τοῦ λόγου.* Sed negligentia librarii etiam haec manca paulumque ab initio corrupta reliquit. Sententia enim haec esse debuit: *λεληθότως δὲ κοσμεῖν καὶ ταῦτα τὰ σημ. τὰ πρ.* etc. Nam antecedentibus, *δοκεῖν μὲν ... τὰ μόρια*, sequi debet aliquid oppositum. Hoc autem non inest in *συγκεκρᾶσθαι δὲ* etc. sed, vt dixi, desideratur.

Εἰ δὲ ὑπερβ. ... λέξεως] Tota sententia spectat ad hyperbaton, quod oritur e verbo communi vsque ad finem periodi longioris reseruato. Pro hoc *vno verbo* auctor plura poni vult synonyma pluribus in membris. Nam sic mutata oratione cuncta fient clariora. De rebus ipsis hic non iudicamus. Sed contrarium saepius multo praecipiendum est.

κατ᾽ ἀμφίβολον] Ita scripsi pro Ald. *καὶ ἀμφίβολον.*

μ. τοῦ μ. λαμβάνῃ] Extremum verbum in Ald. est *λαμβάνειν.* Mutaui ergo sensu poscente in *λαμβάνῃ.*

§. 5. *Πεφύλαξο*] Hoc rescripsi pro Aldino *Πεφύλεξον.*

Οὐκ ἀχρεῖον δὲ οὐδὲ τῶν Ἰσοκρ. etc.] Pro *ἀχρεῖον*, quod reponendum putaui, apud Aldum exstat *ἀχρίον.*

Sed reliqua verba, sane non clarissima, ego sic accepi, vt τῶν Ἰσοκρ. dictum putarem pro ἐκ τῶν Ἰσοκράτους, et vt, probato verbo ἐκτρέπεσθαι, quod edidi pro Ald. ἐντρέπεσθαι, sensus esset: *Nec vero inutile est illud e praeceptis Isocratis non negligere, ne asperam faciamus orationem* etc. Isocrates quam diligens fuerit in cauendo vocalium concursu, e Cicerone notum est. Et Demetrius Phal. §. 68. Περὶ δὲ συγκρούσεως φωνηέντων ὑπέλαβον ἄλλοι ἄλλως. Ἰσοκράτης μὲν γὰρ ἐφυλάττετο συμπλήσσειν αὐτὰ, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ. Cf. §. 322. Et Hermogenes de oratione venusta et jucunda hoc praecipit p. 399. μηδ' εἴη σύγκρουσίς τις ἐν αὐτοῖς (sc. τοῖς κώλοις) φωνηέντων, ἀλλὰ συνέχοιτο πάντοθεν τοῖς συμφώνοις, οἷά ἐστι καὶ τὰ Ἰσοκράτους.

τῇ παραθέσει] Παράθεσις est concursus vocalium in binis verbis, quorum prius in vocalem desinit, posterius incipit a vocali. Clare hoc explicat Dionysius Halicarnassensis T. II. p. 186. Hae vocales quoniam inter se quasi confligunt et pugnant, tribuitur illis συμπλοκή.

ἃ τὴν ἀκρόασιν οὐκ ἀνέχεται] *quae non perferunt recitationem:* h. e. *iudicio audientium improbantur.* Argute dictum, si verba prorsus sana habemus.

[ἰχνουμένως]] Hoc verbo explere visum est spatium, quod in Ald. relictum est vacuum.

ἐπιλαμβάνεται τοῦ πνεύμονος, καὶ ἐπίσχει τὸ πνεῦμα τῆς φωνῆς] Haec e Dionysio l. l. lucem accipiunt. Is verba, quorum vocales per παράθεσιν concurrunt, dicit χρόνων ἀξιολόγων ἐμπεριλήψει διορίζεσθαι θάτερα ἀπὸ τῶν ἑτέρων. Deinde addit: ἀναγκαῖον γάρ ἐστι χρόνον τινὰ μέσον ἀμφοῖν ἀξιόλογον ἀπολαμβάνεσθαι. Nimirum vt clare exaudiatur vtraque vocalis, mora quaedam interponenda est. Id ipsum significat h. l. auctor. *Vocales*, inquit, *pulmonem prehensum tenent, et inhibent spiritum vocis.* Sed πνεύμονος ego posui pro Aldino πνεύματος, quod error librarii protulit.

εὐρύθμων καὶ] Haec verba e glossa irrepsisse puto.

πρ. τὴν σύνθεσιν] Lege, πρ. τὴν σύνεσιν.

[ὡς] καὶ πρ. etc.] Particulam ὡς ego inserere non dubitaui. Non enim iidem sunt, qui simplicem et incomtam inuenerunt orationem, et qui exempla ornatae et comtae, quae h. l. illi opponitur, primi protulerunt.

Ceterum tota haec periodus tautologiae quadam specie laborat.

§. 6. ἀργῶς λεγομένῳ] Vt ἀργὰ *Π. Υ.* 34, 4. dicuntur, *quae vim nullam ad mouendum habent*, ita h. l. ἀργῶς λεγόμενον, *quod ornatum nullum habet ad delectandum*. Quae deinceps vncis inclusi, [καὶ κατὰ τ. π. . . . . . λεγομένῳ], ab alio videntur interpretandi causa olim fuisse adscripta.

σαυτὸν γὰρ οὐ θήσεις . . . νόμον] Legendum puto σαυτοῦ. Verbum νόμου a musicis petitum eandem fere vim habere videtur, quam ἰδέα et χαρακτὴρ, vt vertere possis *formam orationis* aut *legem* et *morem loquendi*. Sed intelligenda *dialectus*, vt antecedentia volunt.

§. 7. Ἢ κατὰ ἀφαίρεσιν ἐν ἀρχῇ τὸ καὶ ἐπιμελείᾳ ἐπιβάλλεται] Sero particula Ἢ redditur antecedenti, vbi dicitur: Ἢ γὰρ προσέθεσάν τι μόριον. Talia reperiuntur etiam apud optimos scriptores. Sed quid h. l. sit κατὰ ἀφαίρεσιν, non potui exputare. Hoc vnum venit in mentem, significare posse *ex abrupto*; quoniam ab initio membri antecedentibus in periodum non iuncti copula καὶ minime necessaria est, et suspicionem iniicit antecedentis cuiuspiam dicti, quod sit *abiectum*. Sed ita certe dicendum fuisset ὡς κατ᾽ ἀφαίρεσιν. Comparavi etiam hanc in sententiam illud ἐξ ἀφαιρέσεως apud Ciceronem Att. VI, 1. init. quoniam sententia non necessaria detracta videtur orationi ante istam copulam. Sed omnino exemplum verbi ἀφαιρέσεως ita positi desidero. Pro Ald. ἐν ἀρχῇ τε καὶ nihil dubitans scripsi ἐν ἀ. τὸ καὶ.

περιττῶς ἔχον] Idem est, quod περιττὸν, de quo vid. Morus ad *Π. Υ.* 3, 4.

πεπλυμένον] Per venustam metaphoram dicitur *id, quod continuo vsu vim amisit*. Ducta vero est a pluuia vel ab aqua subinde allapsa aut affusa, cuius vi sensim eluuntur auferunturque corporis cuiuscunque partes meliores, maximeque coloris splendor, vt in veste aut lana.

[καὶ] τῆς αἰσθήσεως] Particulam καὶ hic necessariam ego addidi. Propter antec. syllabam ται ea facile oculos librarii aut typothetae effugit.

πνεύματος οὐκ ἐπιτρέπει τὴν ἀντίληψιν.] Πνεῦμα hic debet esse *vis et impetus animi*. Apud Aldum est ἐπιτρέψει. Sed recte, puto, scripsi praesens ἐπιτρέπει.

§. 8. *θήρατρα χαρίτων*] Etiam ante haec desidero *καί*. Sed hoc leve.

οὐ γὰρ ὅμοιον] Ante haec verba plusculum ego desidero. Nam primo durissimum esset ad inf. *εἰπεῖν* in fine positum tamquam *ἀπὸ κοινοῦ* repetere *χρὴ* ex primo illo *Ποιεῖσθαι δὲ τοῦτο χρὴ* etc. Deinde obscura et manca etiam sic maneret sententia. Quare ante *οὐ γ. ὅμ.* scriptum fuit tale quid: *Χρὴ οὖν ἀντὶ τοῦ*, ac potius, *Χρὴ οὖν, ἐὰν τὸ πρᾶγμα συγχωρῇ, ἀντὶ τοῦ:* nam solius ornatus causa eorum, quae sequuntur, alterum pro altero poni non potest; sed res oportet illud postulet aut certe patiatur.

οὐδὲ κατὰ μ. ἄν.] Lege *οὐ δὴ κ.* etc.

τὸ δ' ἀηδὲς] Particulam *δ'* inter *τὸ* et *ἀηδὲς* ipse interposui.

ἄγλυκες] Auctor fort. scripserat *ἄγλευκες*. V. Xenoph. Oec. 8, 3. Sequens *εἰπεῖν*, quod vncis notaui, alius, vt spero, prorsus eiiciet.

ὡς διαβαίνομεν πρὸς τὸ τῆς Ἀγρίας, „διαβαινόμενον"] Pro *ὡς διαβ.* aliud legendum videtur, vt *ὃ διαβαίνομεν*, scil. *μέρος Εἰλισσοῦ*. Nam certa quadam parte fluuius ille ab Atheniensibus vado transibatur, vt e Platonis Phaedro apparet Vol. X. p. 284. Ex illo Platonis loco Ruhnkenius ad Timaeum, ed. 2. p. 223. haec petita putabat. Sed Plato ita: *ᾗ πρὸς τὸ τῆς Ἀγραίας διαβαίνομεν*. Athenis hoc necessario saepe audiebatur, paullum etiam immutatum, vt et in scriptis saepe debebat occurrere. Quis enim dictum tam leue, et e communi petitum vita ad formulae certae legem vocet? Non igitur ad certum locum spectasse videtur auctor. Recte autem pro *διεβαίνομεν*, quod Ald. habet, Ruhnkenius nihil monens scripsit *διαβαίνομεν*, quod et ipse reposui. Pro *Ἀγρίας* idem *Ἄγρας* aut *Ἀγραίας* scribendum esse significat. Sed hoc permirum, quod vltimum *διαβαινόμενον*, vt temere repetitum, expungi iubet, cum tamen sit verbum praecipuum, sine quo locus integer nulli lectori attento videri possit. Nempe praecipit auctor, pro vsitato illo *ὃ διαβ. ... Ἀγραίας* breuiter aliquando dicendum esse *τὸ διαβαινόμενον:* vt, si vulgo dicant, *ὃ διαβ. ... Ἀγραίας, οὐκ ἔβρεξε τότε τοὺς ἀνθρώπους ἀνωτέρω τῶν γονάτων*, tu potius ita efferas: *Τὸ διαβαινόμενον οὐκ ἔβρεξε* etc. Sed verbis non opus est.

παρίεσθαι] Sic Timaeus *παρίεμαι* explicat verbo

παραιτοῦμαι. Ad quem locum Ruhnkenius haec: „Longinus Art. rhet. p. 714. inter verba, quae orationem illuminent, etiam *παρίεσθαι* recenset: *τό τε παραιτήσασθαι Παρίεσθαι*. Sic scribendum pro *παρεῖσθαι*." Hoc igitur Aldinum ex eius auctoritate mutaui.

ἔμβραχυ] Hoc idem Ruhnkenius ad Timaeum h. v. restituendum monuit pro Ald. *ἐν βραχεῖ*.

§. 9. *πτώσεών ἐστι τ.*] Hic in lacuna, quae mihi videtur, haereo. Aldi textus sine vlla interpunctionis nota statim post *μετρίως* adiunctum habet *πτώσεων* (ac potius *πίστεων*) et quae deinceps sequuntur. Sed omnino tenebras fere offundit interpunctio e codd. ducta. Ne multa, ego sic legi posse opinor: *Φευκτέον δ' ὀνόματα πτώσεών ἐστι τ.* etc. Pro *πίστεων* reuocaui, vt non dubium, *πτώσεων*: de ceteris nihil sum ausus.

οὐ μὴν ἐκείνων .... κεκαινοτομημένων] Post *ἐκείνων γε* fingo excidisse *ἀφεκτέον*, et post *κεκαινοτ.* (ne quid ad sententiae subtilitatem desit) *οὐκ ἀλόγως*.

ἢ τὰς ἐγκλίσεις τῶν ῥημάτων] In Ald. scriptum est *ἐγκλήσεις*. Sed abrupta haec esse apparet. Sententia videtur fuisse, *noua quaedam interdum vsurpanda esse* (*κατὰ τὰς ἐγκλίσεις τ. ῥ.*) *in coniugatione aut in modis verborum etc.*

ἢ τὰ πνεύματα] Quomodo spiritus huc pertineant, aut quomodo mutandis illis variare liceat orationem, ego non intelligo. F. otiosus et ineptus homo haec et *καὶ τ. τόνους* temere adscripsit.

θαυμάζω σε] Legendum *θ. σου*. Perspicuum vero est, accusatiuos in exemplis inde ab *ἀφείλετο* vsque ad *ἐπιτηδεύματος* pertinere ad praeceptum ante datum, casus nominum posse poni noua ratione, modo nomina *γνῶσιν ἐν αὐτοῖς* habeant; i. e. modo vis eorum e forma et compositione intelligatur.

ὅτι ἤτι ... εἴςεισι] Leuiter fortasse haec sunt corrupta: sed tamen obscurum, quorsum valeant. Nam vix iis significari potuit, praesens *εἴςειμι* poni aliquando posse pro fut. *εἰςελεύσεται*: est enim frequentissimum.

εἶεν μακ. ... οἱ θεοὶ] Haec fortasse sunt exempla *ἐγκλίσεως* permutatae, optatiui nempe vsurpati pro indicatiuo; *beati sunt illi; norunt dii.*

ψεῦδοντ', ἀλλ' οὐ... οἷον ἥκιστα] Spectare videtur haec formula ad genitiuum cum aliqua nouitatis virtute

adscitum. Sed legendum opinor *οἷον* pro *οἷον*, vt verti possit: *mentiuntur; sed non tanto spiritu* (siue *tam audacter*) *quanto minime* sc. *mentientes*: aut sic: *fallentem; sed* etc. Hac circumlocutione, quae fortasse ex aliquo scriptore petita est, significari videntur homines a fraude vel mendacio longe remoti.

§. 10. *Οἱ δὲ χρόνοι ... κώμυνθα*] Exempla hic allata volunt, *χρόνους* non esse *tempora verborum*, sed *quantitates syllabarum*. Monere videtur auctor, aliquid interesse ad vim compositionis, vtrum in *κωμυνθα* penultima syllaba, in *Θεμιστοκλέα* autem et *ψιμύθιον* antepenultimae vt longae pronuntientur, an vt breues.

καὶ λίαν οἰκείαν δευτέραν ἀπὸ τοῦ τέλους] Iam versione significaui, legendum videri *καλίαν*, *ὀξεία δευτέρα ἀπὸ τοῦ τέλους*: scilicet pro *καλιὰν* dici posse *καλίαν*, penultima acuta.

Καὶ παραλ. μ.] Lego *Καίτοι π. μ.*

δείγματος ὅσον δεόμενον] Breuitas non obscura prouerbii suspicionem praebet. Hoc si probamus, interrogationis nota post *λέγειν* ponenda erit.

Ὁ δ' ἴσως] Legendum opinor *Τόδε δ' ἴσως*.

οὔπω εἶχον ... καταστρώματα] E Thucydidis nescio quo loco sumtum est. Enallage numeri, de qua hic dicitur, est in *πάσης*, quod dictum est pro *πασῶν*, scil. *νεῶν*.

εἰπέ μοι ... λέγωσι] His quid faciam, non habeo. Eiiciamus, opinor.

ἵνα ἀντὶ τείχους ᾖ] In promtu est enallage *τοῦ ᾖ* pro *ὦσι*.

πολιτεύω δὲ καὶ ἐπολίτ. ... διενόουν] Rursus praeter opinionem de alia videmus agi permutatione; temporum nempe, cum quis a praesenti transit ad praeteritum. Sed in narratione non rarus aut insolens est talis transitus. Nam cum in re ante acta et gesta praesens tempus adhibetur, quasi cum maxime geratur, saepius scriptor, pictura relicta, rursus ad narrationis formam redit et praeterito tempore vtitur. Sed haec interprete non egent. Cetera huius sectionis vix Oedipus soluet. Vltima fortasse sic rescribenda sunt: *ὡς περὶ πασχόντων, οὐχὶ ποιούντων*.

§. 11. *ἡ μετάθεσις τῶν λεγομένων*] Post *λεγομένων* aliquid excidisse puto. Nam *λεγόμενα* essent *res*, *sen-*

tentiae. Non autem de his vllo in loco huius fragmenti agitur, sed de solis verbis. Addita ergo post *λεγομένων* haec fere fuerint: *προθέσεων καὶ ἄρθρων καὶ ἄλλων τῆς λέξεως μορίων.*

καὶ τῇ πεπατημένῃ] Particula *καὶ* hic locum vix tueri potest. Sed deinde ea deleta pro *περιάπτῃ* legendum *περιάπτει.*

τούτου περὶ] Sic Ald. textus habet; non *τ. πέρι.* Hoc igitur seruaui, quoniam ex Etymol. M. sub *ἀπὸ* discimus, quibusdam in praep. *περὶ* non placuisse *ἀναστροφὴν* siue *μετάθεσιν τόνου.* Mox legendum suspicor *καὶ ἄλλοθι* pro *καὶ ἄλλο τι.*

ἡ καὶ τ. ... δεκάτῃ] In Ald. haec verba sic habent: *ἢ καὶ ... ὕστερα τ. δ.* In hac scriptura leues errores multum obscuritatis afferunt. Sed vno accentu et vno spiritu mutato exemplum metatheseos fit valde probabile. Scripsi ergo *ἡ* pro *ἢ* et *ὑστέρα* pro *ὕστερα.* Tenendum autem, quod de diebus mensium Atticorum minus notum est, *decimum diem* dici *προτέραν δεκάτην*, *vicesimum primum* autem *ὑστέραν δεκατην.* Diogenes L. in vita Zenonis (ed. Lond. 1664.) p. 166. E. *Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ.* Et in vita Epicuri p. 271. C. *τῇ προτέρᾳ δεκάτῃ τοῦ Γαμηλιῶνος.* Verti ergo illa possunt: *Fortassis etiam primus et vicesimus dies mensis.*

καὶ τρόπος τίς etc.] Constructionis ordo est: *ὑπόμνημα ποιῆσαι τῆς τ. ... βραχυτάτοις, τίς καὶ τρ. οὗτος καὶ κανὼν, τοῖς συγγεν.* etc.

τοῖς συγγενέσι] vt nostri dicunt, *den Kunstverwandten.* Explicatur verbis sequentibus. Nam *συγγένεια* cum altero tribuitur iis, qui eandem, quam ille, artem tractant. Vid. Dorvill. ad Charit. II, 5.

πολλάκις καὶ συνεχῶς] Haec inter se pugnant. Ego in versione ita conciliaui, vt *συνεχῶς ἀκούειν* esse significarem *orbem totius disciplinae ordine explicantem audire.* Sed neque hoc mihi prorsus placet, quia hoc potius esset *συνεχῶς διαλεγομένου ἀκούειν.* Legendum igitur censeo *π. καὶ συνετῶς, saepe et cum docilitate,* siue *vt audita intelligerent.*

οὐδ᾽ ἂν ἀμ. τ. ἔχουσιν] Particula *ἂν* fort. ex antec. *ἀνασκήτως* temere repetita est. Pro *ἔχουσιν* legendum videtur *ἀξιοῦσιν.* Hoc certe puto aptissimum. Ex nota

ἔλουσιν pro ἐθέλουσιν facilius oriri potuit vulgatum, vt adeo quis hoc praeferat. Sed nec illud multum differt.

τοῦτο ἀκόλουθον] Haec apud Aldum leguntur. Ego mutaui in τούτων τὸ ἀκόλουθον. Syllabam των antiquus librarius signo non satis claro supra τού notauerat. Hinc alter articulum τὸ isti syllabae adiunxit fecitque τοῦτο.

§. 12. πολλάκις ἐθαύμασα] Fortasse haec duo verba sola posuerat auctor, et deinde addiderat: *Τὸ δὲ*, "τίσι π. λ. Ἀθ. ἔπεισαν οἱ γρ. Σωκράτην," ἤδη κῶλόν ἐστιν οὐ βραχύ: sed librarius e memoria totam periodum protulit, cum a voculis *Τὸ δὲ* aberraset. Fort. et de postremo membro, vt breuiori, aliquid dictum fuit: sed tamen ego id, vt maxime dubium, vncis inclusi.

διττῶν ἄρθρων μετέχον] Legendum censeo δ. ἄ. μέγεθος ἔχον. *ΜΕΓ* cum nota supra scripta facile librarius habuit pro *ΜΕΤ*.

περικοπή] Haec appellatio partis periodi apud alios rhetores, quod sciam, non occurrit.

περιτετμημένον] *vndique praecisum*, a quo remota sunt, quae adiuncta esse possent; ergo *simplex, non compositum*. Venit hic in mentem locus Quintiliani IV, 2, 42: *Graecorum aliqui aliud circumcisam expositionem, id est*, σύντομον, *aliud breuem putauerunt*: vbi Graecum verbum aut superest aut deest.

κῶλα καὶ π. μ.] Ordo verborum ap. Aldum est: κῶλα μικραὶ καὶ περικοπαί.

§. 13. καὶ ἀλλήλαις] Lege, κατ' ἄλληλα.

ἤτοι τῶν ἀγώνων ... ἀφεστ. ἀλλήλων] Infelicissima hac metaphorae indagatione nihil proficitur. *Periodus* ludorum publicorum (siue spatium temporis ludis illis interiectum) ipsa est metaphora. Sed a metaphora metaphora non ducitur: verum communis vtriusque fons indagandus est. Similiter iudicandum de insequentibus, ἢ ἀπὸ τῶν χορευόντων etc.

καθισταμένων] Legendum existimo καθιστάμενον, *qui definitur (orbis)*.

χορείαν] Posui pro Ald. χορίαν.

περιόδους * καλεῖν] Pro asterisco, quem hic posui, spatium quatuor fere litterarum purum est relictum. Sed nihil hic desideres. E verbis potius statim subiectis fortasse plura exciderunt. Ego sensum his fieri integrum putaui, quae in versione etiam secutus sum: διὰ τὸ ταῖς

κ. τὸ ἐνθ. διανοίαις εἶναι ἐκτετελεσμένας; aut *ἅτε τῆς κ. τὸ ἐνθ. διανοίας οὔσης ὁπωσοῦν ἐκτετελεσμένης.* Sed veriora fortassis e codd. proferentur.

§. 14. *Ὅσα δὲ σχήματα* etc.] Hanc extremam particulam etiam priores editores inde ab Hudsono in fragmentorum numero posuerunt. Sumserunt autem ex anonymi comment. in Hermog. p. 380. Sed occurrit etiam in altero Rhetorum Aldinorum tomo verbis modo tractatis (*τῆς κατὰ τὸ ἐνθ....ἐκτετελεσμένοις*) statim subiectum.

παράληψις] Scribendum, *παράλειψις.* Idem error apud Plutarch. Tom. 2. p. 466. et Photium in Antiphonte. Figura vtitur Demosthenes Olynth. 2. p. 5. *Τὸ μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν Φιλίππου ῥώμην διεξιέναι, καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων προτρέπειν τὰ δέοντα ποιεῖν ὑμᾶς, οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι.* Vbi Schol. *Τοῦτο τὸ σχῆμά ἐστι τὸ κατὰ ΠΑΡΑΛΕΙΨΙΝ.* Tovpivs. Et hic et versus finem recte in Ald. Tom. II. *ει* pro *η* scriptum est.

εἰρωνεία] Non tropum hoc nomine dictum intelligi voluit auctor, sed modum quendam rerum tractandarum, qui plura verba poscit, non significationem verborum mutatam. Pertinet igitur huc locus Quintiliani IX, 2, 44. et sqq. „*Εἰρωνεία*, quae est *schema*, ab illa, quae est tropus, genere ipso nihil admodum distat." etc.

δοκεῖ] Sic ap. Apsinem, pro *δοκοῦσι.*

τοῦ πιθ. χάριν] Ex eodem loco *χάριν* petiui pro *χωρίον.* Sed hoc an illud verum sit, non definio. Illud *χάριν* propterea non plane probatur, quia non additum est aliquod participium aut adiectiuum, quo v. *λογισμοὶ* cum *χάρις* arctius iungatur, velut *παρειλημμένοι.* Sed *χωρίον* insolentius est pro *τόπῳ, adiuncto causae vel rei, e quo peti possit argumentum.* Longinus cum aliis videtur *τόπον* appellasse, quoniam in *Π. Υ.* vsum eius, saltem *κοινοῦ τόπου,* appellat *τοπηγορίαν.* Veruntamen ego existimaui, praeferendum illud esse, quod inter cetera melius scripta reperitur.

πίστεων] Sic idem Apsines pro *πίστεως.*

τῇ τῆς ὑποκρίσεως ἀρετῇ] Latiori sensu, de *pronuntiatione totius orationis* h. l. *ὑπόκρισις* dicta videtur; non de ea, quae vnam quandam sententiam voce et motu adiuuat, cuius definitionem Hudsonus e Iul. Rufiniano III, 6. adscripsit: „*Hypocrisis* est figura sententiae, cum adversarium gestu et pronuntiatione extollimus, vel abii-

cimus." Sequitur enim in Apsine caput de ὑποκρίσει latiori illo sensu, ad quod verba τῇ τῆς ... πρέποντα transitum non optimum parant. W.

(*) Scripsit plurima Longinus, de quibus viri doctissimi Langbaenius et Hudsonus, et in primis Germanorum maximus Ioannes Albertus Fabricius in Bibliotheca Graeca. Nos nonnulla, quae vel praetermissa, vel parum intellecta deprehendimus, hic corollarii loco adponemus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΦΕΙΔΙΟΥ. Hunc librum laudat Suidas. vbi alii *Μειδίου*, alii *Μηδίου*. Sed plena inscriptio fuerat: *ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΟΡΙΩΝ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ ΚΑΤΑ ΜΗΔΙΟΥ. De partibus animae contra Medium.* Proclus in lib. 4. Polit. Platonis p. 415. *Οἶδα δ' ἔγωγε τὸν Πορφύριον ἐν τοῖς Συμμίκτοις ἱστοροῦντα προβλήμασι ΜΗΔΙΟΥ πρὸς Λογγίνου συνουσίαν τινὰ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΟΡΙΩΝ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ.* Atque huc referendum videtur quod legitur apud Eusebium Praeparat. XV. 3. *Λογγίνου πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ δόξαν ἀντίῤῥησις.* Nam Medius e porticu fuerat. Eius meminit noster apud Porphyr. in vita Plotini: *Στωϊκῶν δὲ Θεμιστοκλῆς καὶ Φοιβίων, οἵ τε μέχρι πρώην ἀκμάσαντες Ἄννιος καὶ ΜΗΔΙΟΣ.* Confer nos supra ad Fragm. VII.

ΠΕΡΙ ΟΡΜΗΣ. De appetitione liber, quem Cleodamo et Porphyrio nuncupauit. Porphyrius in Plotino cap. 17. *ὅθεν ὁ Λογγῖνος μὲν προσφωνῶν τὰ ΠΕΡΙ ΟΡΜΗΣ Κλεοδάμῳ τε κἀμοὶ Πορφυρίῳ, Κλεόδαμέ τε καὶ Μάλχε προὔγραψεν.* Opus philosophicum. Confer Sext. Empir. p. 196. Simplic. in Epictet. p. 8. Laert. in Zen. VII. 84. et Laertii compilatorem Suid. nostrum in v. Ὁρμή. Cicero de Offic. I. 28. *Duplex est enim vis animorum atque natura: vna pars in appetitu posita est, quae est* Ὁρμὴ *Graece, quae hominem huc et illuc rapit: altera in ratione, quae docet et explanat, quid faciendum fugiendumque sit: ita fit, vt ratio praesit, appetitus obtemperet.* *Περὶ ὁρμῆς* etiam scripserat Zeno Citieus et Sphaerus Bosporanus. de quibus Laertius consulendus. Ceterum Cleodami istius meminisse videtur Trebellius Pollio in Gallieno: *Quibus compertis Gallienus* CLEODAMVM *et*

(*) Adiunxit Toupius hoc corollarium notae supra positae de v. παράληψις.

Athenaeum Byzantios instaurandis vrbibus muniendisque praefecit.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ εἰς τὸν Πλάτωνος Τίμαιον. Commentarius in Timaeum Platonis. Mich. Psellus apud cl. Wetsten. ad Ioan. I. 18. *Λογγῖνος μὲν οὖν ὁ κριτικὸς ΤΟΝ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΕΞΗΓΟΥΜΕΝΟΣ ΤΙΜΑΙΟΝ, καὶ βουλόμενος μὲν τῶν ῥητορικῶν χαρίτων ἄμοιρον αὐτὸν ἀποδεῖξαι, σοφιστικῶς τὴν τοῦ προοιμίου διερμηνεύει περίοδον, ἐν ᾗ τρία ταῦτα κόμματά εἰσιν.* Quae ex Mich. Pselli commentariis ineditis in Platonis Timaeum proculdubio deprompta sunt.

ΟΔΑΙΝΑΘΟΣ. Oratio, vt videtur, funebris in laudem Odenati, Palmyrenorum principis, qui insidiis consobrini sui interceptus est. de quo Trebellius Pollio in Odenato. Libanius in Epistola ad Eusebium: *Ὀδαίναθον τὸν λόγον, Λογγίνου δὲ ὁ λόγος, ἐγὼ μὲν ἀπαιτῶ, σὲ δὲ δεῖ δοῦναι, καὶ γενέσθαι δίκαιον περὶ τὴν ὑπόσχεσιν.* Meminit etiam Libanius, idque non sine laude, in Epistola ad Anatolium, vbi de Eusebio nonnulla leguntur. Confer Phot. in Demosthene, Procop. in Persicis lib. 2. Zosim. lib. 1. Suid. v. *Ὀδαίναθος.* et Trebell. Poll. Gallieno. Eum egregie laudat Agathias lib. 4. p. 129. ed. Vulcan. *Τοῦτον μὲν οὖν οἴκαδε αὖθις ἀφιγμένον, καὶ οὐ μετρίως χρησάμενον οἷς ἀσεβήσας ἐτύγχανε, πρὸς ἀλαζονείαν ἀρθέντα πολλὴν, ἀπέπαυσεν οὐκ ἐς μακρὰν τοῦ φρυάγματος ΟΔΕΝΑΘΟΣ ὁ Παλμυρηνὸς, ἀνὴρ ἀφανὴς μὲν τὰ πρῶτα καὶ ἄγνωτος, ταῖς δὲ Σαπόρου συμφοραῖς, καὶ οἷς ἔδρασεν ἐπ᾽ αὐτῷ, μεγίστην ἀράμενος δόξαν, καὶ πολλοῖς τοῖς πάλαι συγγραφέων ἀξιαφήγητος γεγενημένος.*

ΦΙΛΑΡΧΑΙΟΣ. Meminit Porphyrius in Plotino cap. XIV. *Ἀναγνωσθέντος δὲ αὐτῷ τοῦ τε ΠΕΡΙ ΑΡΧΩΝ Λογγίνου καὶ ΤΟΥ ΦΙΛΑΡΧΑΙΟΥ, φιλολόγος μὲν, ἔφη, ὁ Λογγῖνος, φιλόσοφος δὲ οὐδαμῶς.* Ad quem locum nugantur viri eruditi. Sed recte vidit doctissimus Valesius de Critic. I. 17. *Φιλαρχαῖος* nihil aliud esse quam libri titulum. Subintelligitur scil. *λόγος*. Sic *Φιλαλήθης λόγος.* Euseb. cont. Hierocl. p. 513. *Ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς Ἱεροκλεῖ τῷ τὸν καθ᾽ ἡμῶν ἐπιγεγραφότι ΦΙΛΑΛΗΘΗΝ ΛΟΓΟΝ.* Sic *Ἡρωδιανοῦ Φιλέταιρος. Ζηνοδότου Φιλέταιρος.* de quibus cl. Piersonus in Praefat. ad Moerin. Quae quidem eiusdem farinae sunt.

ΦΙΛΟΛΟΓΟΣ siue *ΦΙΛΟΛΟΓΟΙ.* Longinum *ἐν*

τοῖς Φιλολόγοις laudat Auctor Vitae Apollonii Rhodii. Τάῤῥα δὲ πόλις Κρήτης, ΩΣ ΦΗΣΙ ΛΟΓΓΙΝΟΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΦΙΛΟΛΟΓΟΙΣ. Ioannes Siceliota Commentario MS. in Hermogenem, quem mecum communicauit cl. Ruhnkenius: Λέγει δὲ περὶ τούτων Λογγῖνος ἀκριβέστερον ἐν τῷ κα ΤΩΝ ΦΙΛΟΛΟΓΩΝ.

ΠΕΡΙ ΕΘΝΙΚΩΝ. *de Gentilibus*. Anonymus a Montefalc. editus Bibl. Coislin. p. 597. Ὅσοι ἐθνικῶν Ὠρίων Θηβαῖος, Μητρόδωρος, Φιλόξενος, ΛΟΓΓΙΝΟΣ. Scribe cum Montefalconio, Ὅσοι περὶ ἐθνικῶν. Orationem περὶ ἐθνικῶν laudat Etymologus in v. Ἄστυ. Quare de hac lectione non est dubitandum. Confer Ioan. Albert. Fabricium Bibl. Graec. Vol. IX. p. 601.

Atque haec quidem de libris deperditis, et ad Fragmenta Longini: quibus addi poterit illud Suidae: Αἰωνοάριος, ὁ Ἰανουάριος μήν. οὕτω ΛΟΓΓΙΝΟΣ αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα. Quae non paulo auctiora leguntur infra v. Ἰανουάριος. Adscribam locum integrum, vt emendem; nam non nihil corruptus est. Ἰανουάριος. ἄγαλμα τετράμορφον, διὰ τὰς τέσσαρας τροπάς. οἱ δὲ πλάττουσιν αὐτὸν ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ κλεῖδα κατέχοντα, ὡς ἀρχὴν τοῦ χρόνου, καὶ ἄνοιξιν τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ θυρεόν. ἕτεροι δὲ τῇ δεξιᾷ τ', τῇ δὲ ἀριστερᾷ ξέ κατέχοντα, ὥσπερ τὸν ἐνιαυτόν. ὅθεν καὶ ὁ ΛΟΓΓΙΝΟΣ Αἰωνοάριον αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ὡσανεὶ αἰῶνος πατέρα. *Ianuarius. Simulacrum eius est quadrifrons, propter quatuor anni conuersiones. Alii vero eum fingunt tenentem manu dextra clauem, vt anni principium, et reseratorem, et ianitorem. Alii vero, tenentem dextra numerum CCC: sinistra vero LXV, vt annum. Quare Longinus eum Aeonoarium, quasi aeui patrem, violenter interpretari conatur.* Vbi recte obseruat Kusterus, quem hic Suidas *Ianuarium* vocat, eum ab aliis *Ianum* appellari. Frustra autem defendit vir doctissimus vocem θυρεόν. Melius Portus, θυρωρόν. Plutarch. in Mario: Τίνα δὴ καταγνοὺς ἀνανδρίαν ἡμῶν Μάριος εἴργει μάχης, ὥσπερ γυναῖκας, ὑπὸ ΚΛΕΙΣΙ ΚΑΙ ΘΥΡΩΡΟΙΣ; Confer Suid. v. Τριτοπάτορες. Sed vera lectio est θυραῖον. αι et ε in libris scriptis passim confunduntur. Glossae Philoxeni: *Ianus*, ΘΥΡΑΙΟΣ θεός. Porphyr. in Antro Nymph. Διὸ Ἰανούαν εἰπόντες τὴν θύραν, καὶ Ἰανουάριον μῆνα ΤΟΝ ΘΥΡΑΙΟΝ προσεῖπον. Macrobius

Saturnal. I. 9. *Sunt qui Ianum eundem esse atque Apollinem et Dianam dicant, et in hoc vno vtrumque exprimi numen affirment. Etenim, sicut Nigidius quoque refert, apud Graecos Apollo colitur, qui ΘΥΡΑΙΟΣ vocatur; eiusque aras ante fores suas celebrant, ipsum exitus et introitus demonstrantes potentem. Idem Apollo apud illos et Ἀγυιεὺς nuncupatur; quasi viis praepositus vrbanis. illi enim vias, quae intra pomoeria sunt, ἀγυιὰς appellant. Dianae vero vt Triuiae viarum omnium iidem tribuunt potestatem. Sed apud nos Ianum omnibus praeesse ianuis nomen ostendit, quod simile ΘΥΡΑΙΩι. nam et cum claui ac virga figuratur: quasi omnium et portarum custos, et rector viarum.* Ceterum haec deprompta videntur ex Longini Vocabulario, cuius titulus fuerat, *Λέξεις κατὰ στοιχεῖον.* quod opus in suum Lexicon transcripsit Suidas. vt et articulus ille apud Photium in Lex. inedito, cuius apographum penes me est: *Σέρφοι. οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες, οὓς ἡμεῖς νύμφας. οὕτως Δίδυμος. ΚΑΣΣΙΟΣ ΔΕ ΛΟΓΓΙΝΟΣ· Σέρφος. πτηνόν τι μακρὸν* (leg. *μικρὸν*) *κώνωπι ἐμφερὲς κατὰ τὸ μέγεθος. μετὰ δὲ τοῦ τ στέρφνους* (leg. *στέρφους*) *φησὶν εἶναι τοὺς πτερωτοὺς μύρμηκας.* Recte emendauimus, praeeunte cl. Alberto, *πτηνόν τι ΜΙΚΡΟΝ.* Schol. ad Aristoph. Vesp. 351. *θηρίδιόν τι μικρὸν* vocat. Quocum facit Hesychius v. *Σύρφος.* Theodoret. Eccles. Hist. II. 30. *Σκνίπας δὲ αὐτοῖς ἐξήτησεν ἐπιπεμφθῆναι καὶ ΚΩΝΩΠΑΣ, ὥστε καὶ διὰ τῶν ΜΙΚΡΩΝ ΖΩΥΦΙΩΝ τοῦ σφίσιν ἐπαρκοῦντος ἐπιγνῶναι τὴν δύναμιν.* Sed hoc leue scilicet. Leguntur etiam nonnulla, quae Longini nomen praeferunt, apud Proclum in Comment. ad Platonis Timaeum, apud Photium in Bibliotheca, apud Ioannem Stobaeum in Eclogis Physicis, Sopatrum Prolegom. in Aristidem, Eustath. in Homer. Schol. in Hermogenem, nec non apud Hephaest. atque eius Scholiastam, sed quae non sunt tanti, vt adscribi mereantur. Quid quod, quae habet Hephaestio, sunt *πονηροῦ κόμματος* atque *ὑποβολιμαῖα.*

VARIAE LECTIONES

LIBRI Π. Υ. E CODICIBVS NOTATAE; PARISINO ANTIQVISSIMO, VENETO, TRIBVS VATICANIS, ELIENSI, AMBROSIANO, LAVRENTIANO; ITEMQVE EX DVABVS PRIMIS EDITIONIBVS, ROBORTELLI ET MANVTII.

(Monendus videtur h. l. lector, in Vat. 2. *ἀποσπασμάτιον* bis scriptum exstare, nempe a Sect. 31. init. vsque ad Sect. 32. §. 6. *μυρί' ἄττα ἐστὶν ἑξῆς*. Hinc duplex ex illo cod. lectio profertur; e p. 60 aut 61, et e p. 64.)

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ] Par. et Vat. 1. *Διονυσίου ἢ Λογγίνου*. Laur. melius, *Ἀνονύμου*. Sic in Catal. Bandinii. Vid. Addenda. Vat. 2 et 3. *Διονυσίου λογγίνου*.

ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ] In Vat. 2. et Man. additum *λόγου*: in Vat. 3. *λόγων*, sed non librarii manu.

SECT. I.

§. 1. *Καικιλίου*] Codd. cum Rob. et Man. *Κεκιλίου*.

συνετάξατο] Vat. 1. *ἀνετάξατο*.

ὡς οἶσθα, κοινῇ] Vat. 1. *ὡς ἦσθα κοινῇ*.

Ποστούμιε Τερεντιανὲ] Par. *Ποστούμιε Φλώρεντιανὲ*: sed *Φλ*. puncto notatum, vt suspectum. Pro *Τερ*. etiam Ven. Ambr. et Rob. *Φλωρεντιανὲ* habent. Vat. 1. *Πιστούμιε Φλορεντιανὲ*. Vat. 2. et Laur. *Ποστ. Φλορεντϊανὲ* Vat. 3. *Πιστούμιε Φλωρεντιανὲ*.

ταπεινότερον] Vat. 3. *ταποινότερον*.

Εἶτ'] Par., teste Bastio, quod et Vat. tres habent, *εἴτ'*. Rob. *εἴ τ'*.

εἶτ' ἐπὶ π.] Rob. *εἴ τ' ἐπὶ π.*

δυοῖν] Par. *δυεῖν*, teste B. Vid. et Addenda. Idem praebent tres Vatt. et Laurentianus.

δεῖξαι, τί] Vat. 2 et 3. *δεῖξαι τὶ*.

ὧν τινων] Vat. 2. *ὧν τινῶν.*
ὁ Καικίλιος] Vat. 2. *οὐ Κεκίλιος.*
μέν τι] Vat. 1. *μέντοι.*
ὅσων ὡς ἀγν.] Vat. 1. *ὅσων ἀγν.*
δι᾽ ὅτου] Vat. 1 et 3. *διότου.*
ἑαυτῶν φ.] Vat. 2. et Laur. *αὐτῶν φ.*
προάγειν] Vat. 2. *προ ἄγειν.*
ὅπως ὡς οὐκ ἀν.] Vat. 1. *ὅπως οὐκ αν.*
§. 2. *ἐκλελειμμένων*] Vatt. tres *ἐκλελειμένων.*
ἡμᾶς τι] Vat. 1 et 3. *ἡμᾶς τί.* Rob. *ἡμᾶς, τί.*
πέφυκε] Sic Rob. et Manutius. Sed Par., teste B., *πεφυκας:* sic. *In Vat. 2. repetitur inferius pars inde a φέρε εἴ τι δὴ δοκοῦμεν vsque ad finem sectionis.* Vtroque autem loco habet *πέφυνας.* Vat. 3. *πέφυκε.* (ας superscr.) Laur., sine tali nota, *πέφυκας.*
συνεπικρινεῖς] Vat. 2. in repetito loco *συνεπικρινῇς.*
ἔχομεν] Ambr. *ἔχοιμεν.*
εὐεργεσίαν, εἶπε] Haec in vett. 2. editt. scripta. Sed Par. et Vat. 1. *εὐεργεσίαν εἶπας:* et in marg. Par., teste Bastio, adscriptum „*ἀντὶ τοῦ εἰπών.*" Sed Pearcius adscriptum tradit „*ἀντὶ τοῦ εἶπε.*" Vat. 2. 3. et Laur. *εὐεργεσίαν εἶπας;* in repetito autem loco Vat. 2. *ἐβεργησίαν εἶπας.*
§. 3. *φίλτατε, τὸν παιδ.*] El. Rob. et Man. *φίλτατον παιδείας.*
ἀπήλλαγμαι] Vat. 2. *ἀπήλαμαι.*
διὰ πλειόνων] Vat. 2. in repetita parte *διὰ πλεῖον.*
προϋποτίθεσθαι] Vat. 3. *πρὸ ὑποτίθεσθαι.*
ἀκρότης] Vat. 2. in repetitis verbis *ἀκρότις.*
ἐνθένδέ ποθεν] Vat. 1. *ἐνθεν δέ ποθεν.* Vat. 2. *ἐνθὲν δὲ ποθεν.* Vat. 3. *ἐνθέν δέποθεν.*
ταῖς ἑαυτῶν] Vat. 2. vtroque loco *ταῖς αὐτῶν.*
περιέβαλον] Vat. 1. *περιέβαλλον.* Vat. 2. *περι ἔβαλλον:* sed infra *περιέβαλον.*
§. 4. *εὑρέσεως*] Vat. 2. vtrobique *ἑρέσεως.*
ἐκ δυοῖν] Par., testibus Bastio et Leuesquio, *ἐκ δυεῖν.* Vatt. omnes et Laur. idem praebent. Vid. Addenda ad §. 1.
ἐκ δὲ τοῦ ὅλου .... ἐκφ. ὁρῶμεν] Vat. 2. *ῥη δὲ τοῦ ὅλου ὕφους τῖς ἐκφαινομένως ὁρῶμεν.* In his Robortellus pro *ὕφους* dedit *ὕψους.*
τά τε πράγματα] Vat. 3. *τά τε τα πράγματα.*

διεφόρησεν] Vat. 1. *διεφόρησε.*
ἐνεδείξατο] Vat. 1. *ενεδεῖξατο.*
ὑφηγήσαιο] Vat. 1. *ὑφητήσαιο.*

SECT. II.

§. 1. *Ἡμῖν δὲ ἐκεῖνο*] Par., teste B., *ἡμῖν δ' ἐκεῖνο.* Sic et tres Vaticani.

πρ. ἐνὶ δὲ τούτῳ τ.] Huds. in Ms. (i. e. Oxon.) reperit *τούτων*.

ὑπὸ σοῦ πεμφθ.] Ed. Bas. *ἀπὸ σοῦ π.*

προςεδρίας. Οὐκ οὖν] Vat., teste Bastio, *προςεδρείας. οὔκουν*.

καὶ μάλιστα διημάρτ.] Vat., teste Bastio, *καὶ διημάρτ.* sine *μάλιστα*.

παρά σου] Vat., teste Bastio, *παρὰ σοῦ*.

παραναγνῶναι] Ita ed. Bas. Sed Vat., teste Bastio, *παραγνῶναι*, de quo errore vid. Addenda.

§. 3. *καὶ τῶν λοιπῶν*] Ed. Bas. *καὶ λοιπ.* sine *τῶν*.

FRAGM. VII.

Varr. lectt. ex Euseb. praepar. euangel. ed. Par. et cod. Oxon.

§. 1. *πόῤῥω μοι δοκοῦσιν*] Oxon. *πόῤῥω δοκ.* sine *μοι*, teste Hudsono.

Πῶς γὰρ] Hudsonus in ms. (Oxon.) reperit *ποῦ γάρ.*

αὐτὴν, θεῖναι] Euseb. *αὐτὴν θεῖναι* sine interpunctione.

ἀνενεγκεῖν] Euseb. *ἐνενεγκεῖν.*

ἔνι τῶν στ.] Euseb. *τὴν τῶν στ.*

§. 2. *σχῆμα τοσ.*] Euseb. *σχήματα τοσ.*

οἵων ζῶντες ἔχ.] Euseb. *οἵ ζῶντες.* Tollius *οἷον ζ.* (e cod. ms., sine dubio); sed corrigi voluit *οἵων ζ.*, quod edidit Hudson.

ἃ καὶ αὐτοῖς] Euseb. *καὶ αὖ τοῖς*, diuisim et sine *ἅ.*

§. 3. *ἄμφω*] Euseb. marg. *ἀμφοῖν.*

Εἶτ' ἄρα] Euseb. *ἦτ' ἄρα.*

ἐπιγείων] Pearcius *περιγείων*, nescio vnde.

FRAGM. VIII.

Varr. lectt. ex Apsinis arte rhet., ed. Ald., atque, vltimam quod attinet paragraphum, ex anonymi quoque comment. in Hermog., ed. Ald. et cod. Par. Cf. Addenda.

§. 1. *πλέον γὰρ*] Ald. *πλέων γάρ.*

ὁτιοῦν τῆς] In Ald. spatium aliquot literarum vacuum est relictum inter haec duo verba.

§. 2. *κηλοῦντα*] Ald. *καλοῦντα.*

δέον· σοὶ] Iterum in Ald. inter haec spatium relictum est aliquot literarum.

§. 4. *κατ' ἀμφίβολον*] Ald. *καὶ ἀμφίβολον.*

λαμβάνῃ] Ald. *λαμβάνειν.*

§. 5. *πεφύλαξο*] Ald. *πεφύλεξον.*

ἀχρεῖον] Ald. *ἀχρίον.*

ἐκτρέπεσθαι] Ald. *ἐντρέπεσθαι.*

[*ἱκνουμένως*]] Abest ab Ald., proque eo spatium vacuum est relictum.

πνεύμονος] Ald. *πνεύματος.*

[*ὡς*] *καὶ πρ.*] Ald. *καὶ πρ.* sine *ὡς.*

§. 6. [*καὶ κατὰ .... λεγομένῳ*]] Vnci absunt ab Ald.

§. 7. *ἐν ἀρχῇ τὸ καὶ*] Ald. *ἐν ἀρχῇ τε καί.*

[*καὶ*] *τῆς αἰσθ.*] *καὶ* abest ab Ald.

ἐπιτρέπει] Ald. *ἐπιτρέψει.*

§. 8. τὸ δ' ἀηδὲς] Ald. τὸ ἀηδὲς sine δ'.

[εἰπεῖν]· καὶ τὸ λ.] Vnci absunt ab Ald.

διαβαίνομεν] Ald. διεβαίνομεν.

παρίεσθαι] Ald. παρεῖσθαι.

ἔμβραχυ] Ald. ἐν βραχεῖ.

§. 9. μετρίως. πτωσεων ἐστι] Ald. μετρίως πίστεών ἐστι, sine interpunctionis nota.

ἐγκλίσεις] Ald. ἐγκλήσεις.

§. 11. ἢ καὶ τ. ἴσ. κ. ὑστέρα] Ald. ἢ καὶ τ. ἴσ. κ. ὕστερα.

τούτων τὸ ἀκόλ.] Ald. τοῦτο ἀκόλ.

§. 12. ὡς ἄξ... πόλει] Vnci absunt ab Ald.

§. 13. κῶλα καὶ περιχ. μικραὶ] Ald. κῶλα μικραὶ κ. περιχ.

χορείαν] Ald. χορίαν.

περιόδους* καλεῖν] Ab Ald. asteriscus abest, sed spatium quatuor fere literarum vacuum relictum.

§. 14. παράλειψις] Ita Apsin. ed. Ald., bis hac in paragr. Sed Anon. ad Hermog. ed. Ald. vtrobique παράληψις.

δοκεῖ] Ita Aps. ed. Ald. Sed Anon. ad Hermog. ed. Ald. δοκοῦσι.

τοῦ πιθ. χάριν] Ita Aps. ed. Ald., et, teste Bastio, cod. Par. Hermogenis. Cf. Addenda. In Ald. Hermog. legitur τοῦ πιθ. χωρίου.

πίστεων] Ita Aps. Ald. Sed Hermog. Ald. πίστεως. Cod. quoque Par. fort. πίστεως et παράληψις, si quid licet e Bastii silentio suspicari.

ADDENDA*).

AD SECT. I.

§. 1. In msto bibliothecae Laur. inscribitur liber Ἀνωνύμου περὶ ὕψους, qua inscriptione plane confirmantur illa, quae Amatius de auctore protulit. Probe se fecisse Holstenius putabat, quod rubris literis titulum reddidit: Λογγίνου περὶ ὕψους λόγου, Longini de sublimi genere dicendi ad Postumium Terentianum. Vid. Bandinii Catalogum Codd. Graec. Bibl. Med. Laur. Tom. II.

I. §. 1. δυοῖν ἀπαιτ.] Sero mihi obtigerunt subsidia critica, quae scribi h. l. iubent δυεῖν. Hoc ergo tuendum. Sic et §. 4. οὐδ᾽ ἐκ δυεῖν, non δυοῖν. Vid. Varr. lectt. De posteriori loco praeter Bastii auctoritatem vti licebit teste Leuesquio. Is in *Notices et Extraits des Manuscrits de la bibl. nationale* p. 102. sic: *J'avois commencé la collation du traité du sublime, lorsque l'édition de Z. Pearce (Amst. 1733.) m'est tombée entre les mains. J'y ai trouvé cette collation faite par un Grec, qui pendant son séjour à Paris avoit bien voulu rendre ce service à l'éditeur. Il a négligé une variante remarquable. C'est au Chapitre I, où l'auteur dit οὐδ᾽ ἐξ ἑνὸς οὐδ᾽ ἐκ δυοῖν etc. Le manuscrit offre dans ce passage la forme Attique δυεῖν au lieu de δυοῖν. Peutêtre celui qui a fait la collation, tout Grec qu'il étoit, aura-t-il méprisé cette leçon comme une faute de copiste qui ne méritoit pas même d'être rapportée. Si la forme δυεῖν ne lui étoit pas inconnue, il aura peutêtre cru, qu'elle ne pouvoit s'employer au neutre et il n'est pas le seul qui soit tombé dans cette erreur.* — Sic et XV, 11. reponendum δυεῖν.

*) Haec e patris aduersariis, vtut ibi exstabant, in ordinem redacta transscripsi; Bastii obseruationes, Germanice ab ipso scriptas, in Latinum sermonem conuersas suis locis interposui; pauca de meo, quae forte inter scribendum occurrissent, verbis brevissimis, addito signo, adieci. B. G. W.

I. §. 2. Pearcius ediderat τουτονὶ τὸν ἄνδρα sine μὲν. Morus particulam recte addidit, quae et in ed. 1. aliisque et in tribus Vatt. legitur, nec dubito, quin et in Par., quoniam Bastius hic nihil notauit. — Pro τί ϑ. ὅμ. ἔχομεν Morus probat ἔχοιμεν, quod et cum Tollio Hudsonus, nescio cur aut vnde, habet. Codd. cum Man. et Rob. ἔχομεν suppeditant, quod et loquendi vsui magis conuenit.

I. §. 3. περιέβαλον εὐκλ. τ. αἰῶνα] Bastius conferri iussit Locellam ad Xen. Ephes. p. 132, qui haec habet: „Lucianus dial. deor. XXIII, Vol. I. p. 273. de Cupidine dixit δύναμιν οὐ μικρὰν περιβεβλημένος. Verbi huius in medio vim, qua denotat *circumponere, circumdare sibi, induere se* et similia, non expressit Cocchius. Sed et ad eiusdem verbi actiui significationem *circumdandi* s. *conciliandi* non videntur animum aduertisse viri doctissimi, qui in Longino Sect. I. §. 3. in verbis: ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα lectionem esse mendosam rati pro περιέβαλον reponi voluerunt ὑπερέβαλον vel περιέλαβον. Nihil est, opinor, immutandum. Vertere ad verbum non incommode liceret, *laudibus suis aeternitatem circumdederunt*. Famam, auctoritatem, gratiam alicui circumdare qui dixerint, lexica indicabunt. *Circumdare sibi milites* scripsit Tacitus Ann. l. XIII. c. 26. eoque loco se nostra tuetur latina versio."

II. §. 2. οὕτω δὴ καὶ] Ill. Bastius δὲ defendit, conferri iubens *Schaeferi meletem. crit.* p. 59. et suam *lettre critique à M. Boissonade* p. 187.

II. §. 3. Quae in Cod. Vat. 1. ex Galeno *de vsu partium* mediis nostri scriptoris verbis interposita sunt, ea sic habent post verba in Varr. lectt. transscripta: μαχλόταται δὲ γυναῖκες, ἀφαυρότατοι δέ τοι ἄνδρες. πότερον, ὅτι οἱ ὄρχεις καϑίενται μᾶλλον ἢ ἐν τῷ χειμῶνι; ἀνάγκη δὲ, εἰ μέλλει ἀφροδισιάζειν, ἀνασπᾶσαι. ἢ ὅτι αἱ ϑερμαὶ φύσεις ἐν τῷ ϑέρει συμπίπτουσιν, ὑπερβάλλοντος τοῦ ϑερμοῦ· αἱ δὲ ψυχραὶ ϑάλπουσιν. ἔστι δὲ ὁ μὲν ἀνὴρ, ξηρὸς καὶ ϑερμός· ἡ δὲ γυνὴ, ψυχρὰ καὶ ὑγρά. τοῦ μὲν ἀνδρὸς οὖν ἠμαύρωται ἡ δύναμις· τῶν δὲ ϑάλλει ἐπανισουμένη τῷ ἐναντίῳ: — Διὰ τί ἔνιοι ἀφροδισιαζόμενοι χαίρουσι· καὶ οἱ μὲν ἅμα δρῶντες· οἱ δ᾽ οὔ; ἢ ὅτι ἐστὶν ἑκάστη περιττώσει τόπος, εἰς ὃν πέφυκεν ἀποκρίνεσϑαι κατὰ φύσιν· καὶ πόνου ἐγγινομένου τὸ πνεῦμα ἐξιὸν ἀνοιδεῖν ποιεῖ καὶ συνεκκρίνειν αὐτήν. οἷον τὰ μὲν οὖρον εἰς κύστιν· ἡ

δ' ἐξικασμένη τροφὴ εἰς κοιλίαν· τὸ δὲ δάκρυον εἰς ὄμματα· μύξα δ' εἰς μυκτῆρας· αἷμα δὲ εἰς φλέβας. ὁμοίως δὴ τούτοις καὶ ἡ γονὴ εἰς ὄρχεις καὶ αἰδοῖα. οἷς δὴ οἱ πόροι μὴ κατὰ φύσιν ἔχουσιν, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ ἐπιτυφλωθῆναι, τοὺς εἰς τὸ αἰδοῖον· οἷον συμβαίνει τοῖς εὐνούχοις καὶ εὐνουχίαις· ἢ καὶ ἄλλως εἰς τὴν ἕδραν συῤῥεῖ ἡ τοιαύτη ἰκμάς. καὶ γὰρ διεξέρχεται ταύτῃ. σημεῖον δ' ἐν τῇ συνουσίᾳ ἡ συναγωγὴ τοῦ τοιούτου τόπου, καὶ ἡ σύντηξις τῶν περὶ τὴν ἕδραν. ἐὰν οὖν ὑπερβάλλῃ τὶς τῇ λαγνείᾳ· τούτοις ἐνταῦ συνέρχεται· ὥς τε ὅταν ἡ ἐπιθυμία γένηται εὐθυνεῖ τῆς τρίψεως εἴσω συλλέγεται. ἡ δ' ἐπιθυμία καὶ ἀπὸ σιτίων καὶ ἀπὸ διανοίας γίνεται. ὅταν γὰρ κινηθῇ ὑφ' ὁτουοῦν, ἐνταῦθα τὸ πνεῦμα συντρέχει· καὶ τοιοῦτον περίττωμα συῤῥεῖ. οὗ πέφυκε καὶ λεπτὴ ᾖ ἢ πνευματώδης· τούτου ἐξελθόντος ὥςπερ αἱ συντάσεις τοῖς παισὶ καὶ τοῖς ἡλικία. ἐνίοτε οὐθενὸς ὑγροῦ, ἐκκριθέντος παύονται. ὅταν δὲ κατεσβέσθῃ τὸ ὑγρόν· εἰ δὲ μηδέτερον τούτων πάθῃ· ἐπιθυμεῖ, ἕως τὶ τούτων συμβῇ· οἱ δε φύσει θηλυδρίαι συνεστᾶσιν ὥς τε ἐκεῖ μὲν μὴ ἐκκρίνειν ἢ ὀλίγην. οὗπερ τοῖς ἔχουσι κατὰ φύσιν ἐκκρίνεται. Εἰς δὲ τὸν τόπον τοῦτον· αἴτιον δὲ, ὅτι παρὰ φύσιν συνεστᾶσιν, ἄρσενες γὰρ ὄντες οὕτω διάκεινται· ὥστε ἀνάγκη τὸν τόπον τοῦτον πεπηρῶσθαι αὐτῶν· πήρωσις δὲ ἡ μεν ὅλως ποιεῖ φθόρον, ἡ δὲ διαστροφήν· ἐκείνη μὲν οὖν οὐκ ἔστι· γυνὴ γὰρ ἂν ἐγίνετο. ἀνάγκη ἄρα παρεστράφθαι· καὶ ἄλης που ὁρμᾷν τῆς γονικῆς ἐκκρίσεως. καὶ ἄπληστοι ὥςπερ αἱ γυναῖκες. ὀλίγη γὰρ ἡ ἰκμάς· καὶ οὐ βιάζεται ἐξιέναι καὶ καταψύχεται ταχύ· καὶ ὅσοις μὲν ἐπὶ τὴν ἕδραν, οὗτοι πάσχειν ἐπιθυμοῦσιν· ἐν αὐτοῖς γίνεται καὶ ἐξ ἔθους τὸ πάθος τοῦτο· ὅσα γὰρ ἂν ποιῶσι, συμβαίνει αὐτοῖς χωρὶς καὶ προΐεσθαι τὴν γονὴν οὕτως. ἐπιθυμοῦσι δὲ ἐντυχεῖν. δεύτερον δὲ καὶ οὐκ ἔλαττον· τὸ εὖ διαθέσθαι etc.

III. §. 1. *καὶ καμίνου*] Ad haec verba Tollius: „In Vaticano tertio margini additum *καὶ μὴ καμίνου*: vt in quibusdam rectius quam in vulgatis.“ Sed prudenter dubitat de eo Pearcius, quia in Varr. lectt. ex illo Msto collectis et ad finem Tollianae editionis adiectis *μὴ* non apparet. Ego autem addo, Amatium, qui diligentissime omnia etiam ad marg. codd. notata transscripsit, nihil plane protulisse de verbis *καὶ καμίνου*. Atque etiam vir doctus in exemplo Lips. testatur, in Par. verba *καὶ κα-*

μίνου esse prima noui folii, „sed littera minuscula et sine *μή.*“ Neque in Laur. hoc *μὴ* exstat. Ex his sane liquet, in talibus parum fidei habendum esse Tollio.

III. §. 1. *οὐ τραγ. ἔτι τ.*] Pearcius ad h. l. „Forte pro *ἔτι* legendum est *ἐστὶ*, quae vox ad sensum magis accommodata est. Saepius in hoc opere voces *ἔτι* et *ἐστὶ* confundi videntur.“ Hic si scisset, tres codd. id praebere, sine dubio id adsciuisset. Sed elegantius est *ἔτι*, et verbum subst. auctor in breuibus sententiis fere omittit.

III. §. 1. *οἰδεῖν* proprie *valde graue et elatum esse.* Et deinde f. *τὸ οἰδοῦν* refertur ad *πεζογράφους*. — *παρὰ μέλος* i. e. vltra modum. Si de alio scripturae genere, v. c. de comoediis sermo esset, *παρὰ μέλος* esse posset *alieno loco.* Nam ioco et ridendi causa posset *τὸ οἰδεῖν* vt vitiosum adhiberi. Sed in tragoedia commode exagitari non potest oratio tumida.

III. §. 4. Cum Par. habeat *μήποτε ἴστ.*, Bastius monet recte legi *περιϊστάντες*, ad quod confirmandum haec affert: „Plato de Rep. (to.VI, p. 179. Bip.) *ὁ λόγος τοῦ δικαίου εἰς τοὐναντίον περιειστήκει.* Suidas v. *φροῦδα*, To. III. p. 634. *εἰς τοὐναντίον περιέστη τὰ τῶν ἐλπίδων.* Aristid. (Vol. I, p. 128. s. ed. Iebb.) *μᾶλλον δὲ τοῖς χειμάρροις ἐκ τοὐναντίου* (al. *εἰς τοὐναντίον*) *περιέστησαν.* (Liban. Vol. IV, p. 6. Reisk. *μετέθηκεν, ὦ Τρῶες, τὸν περὶ ταῦτα θεσμὸν εἰς πᾶν τοὐναντίον,* vbi Cod. Ven. (no. 445.) habet *μεθέστησεν,* non *μετέθηκεν.*) Aeschines Dial. III, 18. *εἰς τοὐναντίον με τῷ λόγῳ περιέστακας.*“

III. §. 4. *ἦ δῆλον*] Bastius: „Sic rectius scribitur quam *ἢ δῆλον*, quidquid contradicat Heindorf. in Plat. Phaedr. p. 188. Idem praebent meliores codd. Par. in Plat. de Republ. VIII. (Vol. VII. p. 228. Bip. vers. 5.) cf. Iulian. *πρὸς Κωνστάντιον* p. 6. ed. Schaef. Libanius Vol. III. p. 276. vbi Wyttenbach. ad Iulian. p. 141. scribit *ἦ δῆλον.* Sic et cod. Par. 3015. in Libanio Vol. IV. p. 528. *τί δή μοι βούλεται τὸ παράδειγμα; ἦ δῆλον ὅτι κ. τ. λ.* et Vol. IV. p. 428. v. 17. Cf. et Choricium (Villois. anecdota Gr. Vol. II. p. 60. v. 8): *τίνας οὖν οἴεσθε τὸν οὕτω δυστυχῶς διακείμενον ἀφιέναι φωνάς; ἦ δῆλον ὅτι* etc. atque ita scribendum ibid. p. 23. *ποῦ τοίνυν τὴν τοιαύτην ψυχὴν εἰκάζειν χρὴ καταλύειν; ἦ δῆλον ὡς κ. τ. λ.*“

III. §. 4. Audacter sequi debebam Toupium, qui *περιεργασίας* pro *περιεργίας* scribi curauit. Luciani Asinus

c. 15. ὦ τῆς ἀκαίρου ταύτης περιεργασίας, vbi f. perperam prius reponunt.

IV. §. 2. Mihi perquam notabilis videtur lectio Vat. 2. ab Amatio prolata, τῆς ἀσίας ὅλην, vt prope credam veram esse. Nam quum hic codex scriptus videatur a librario indocto aut valde religioso, qui menda exempli scribendi seruanda putaret, forma exquisitiore et insolentiore ita non offensus est, vt ille, qui Parisinum scripsit. Plura de recentiorum codd. vsu diximus alibi. Verti autem proprie debet: *qui, si Asiam spectes, siue quod Asiam attinet, totam sibi subiecit.* De formis loquendi similibus, vt ὁ ἥμισυς τοῦ χρόνου, τοῦ πολέμου τὸν παράλογον, dixi in Pleonasmis Graecis cap. *de articulo* §. 9. Ex eod. cod. cum alia, tum f. praeferendum τἀγάλματα (§. 3.). Nam talium crasin amat auctor. [Sic paulo ante scribendum τἀνδρὸς, non τ' ἀνδρὸς, et XV, 7. τἈχιλλέως, non τ' Ἀχιλλέως. W. fil.]

IV. §. 4. In varr. lectt., quas nobiscum benigne communicauit Bastius, ad hunc e Xenophonte locum in codice Par. 2974. aliquis ad marg. adscripsit: ἠπάτησαι, κριτικώτατε. οὐ γὰρ τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων φησὶν ὁ Ξενοφῶν.

V. §. 1. γίγνεσθαι φιλεῖ] Reponendum erat γεννᾶσθαι φ.

VII. §. 1. Corrige in Varr. lectt.: Vat. 2. φρονιμῳ δὸ ξει ἐναγαθὰ. W. fil.

VII. §. 1. Bastius: „Falsum est, quod Morus dicit, cod. Par. praebere ἔχοι τε ταύτῃ. A prima manu scriptum est hoc monstri simile 'cχοιτοαύτῡ, ῑυ πολὺ, i. e. ἔχοιτοαύτην, ἡ̄ πολύ. A secunda manu inter το et αυ insertum est ┬ (ἰῶτα), quo efficitur lectio a Moro probata ἔχοι τοιαύτην, ἡ̄ πολὺ etc. Lineola supra ἡ̄ significat ν, eaque nostro in cod., in fine max. versuum, saepe occurrit. *Porson addend. in Hecub.* p. 81.: „Linea superducta, si vocalis praecedit, ponitur pro ν, si consonans, pro ᾱ." Haec lex est palaeographica, quam Villoisonus ad Apollon. tab. VII. non satis perspexisse videtur. Idem Porsonus, qui magno literarum damno nuper diem obiit, in *varr. lectt. e Cod. Harlei. ad Odyss. N, 352. in postscripto* p. 85.: „Generalis est regula", inquit, „vt linea supra literam, si ea litera sit consonans, significet ᾱ, si vocalis, ν̄. ἐστῑ

e. g. pro ἐστιν et π̄ραιροῦνται pro παραιροῦνται. Sed, cum duae vocales concurrunt, huius regulae nonnunquam obliuiscuntur librarii, vt facillime alter potuerit θύρηθε̄ pro θύρηθεα dare, alter pro θύρηθεν accipere." Equidem pro ea, quam cum codd. mss. contraxi, consuetudine haec obseruaui:

1) lineam, quae pro ν̄ ponitur, et supra vocales pingitur, tantummodo in verborum fine occurrere; contra eam, quae consonantibus additur, quaeque ᾱ significat, promiscue et in mediis verbis et in extremis poni. Ita e. g. pro ἁπαλαῖς scribebatur ἁπ̄λαις, quae lineola, pallido maxime atramento picta, cum facile fugeret legentis oculum, haud raro accidit, vt librarii pro ἁπαλαῖς darent ἁπλαῖς. Sic in Rhet. Ald. To. II, p. 391. τὰς γὰρ σεμνὰς ἐννοίας περικαλύψας λέξεσιν ἁ π λ α ῖ ς, ἅπαν τὸ θέατρον ἐμέστωσεν (ὁ Εὐριπίδης) ἡδονῆς, vbi cod. Par. no. 1983. manifesto praebet ἁ π α λ α ῖ ς. Eadem de causa interdum confunduntur *Παρμένων* (serui nomen) et *παραμένων, Alciphr. III, 21.* πρ̄αθέντι et παραθέντι, *Apollodor. l. II.* p. 206. ed. Heyn., πρ̄αχθῆναι et παραχθῆναι, *Liban. IV.* p. 590. ed. Reisk. etc. etc. In Cod. Palat. no. 398. cuius in examine mea *lettre critique* versatur, aliquoties inueni ἐχόντων sic scriptum: ἐχ̄ο̄των, sed ita, vt alter versus in χον desineret, alter a των inciperet.

2) Lineam pro ᾱ positam animaduerti etiam supra vocalem ῑ (iota) scriptam et in mediis verbis et in verborum fine occurrere. Ita cod. 1983. modo laudatus scribit πλτεῖζσαι (πλατειάζουσαι), ἀδνῖζσαι (ἀδωνιάζουσαι. De nota (υ), quae pro ου ponitur, et de literae ῶ abbreviatura, quae circumflexui similis est, v. Villoison. ad Apollon. tab. V.), ἑστῑ (ἑστία) κ. τ. λ. Qua in scribendi ratione quum lineola facile negligeretur, varietas lectionis orta est verborum desinentium in ίζειν, pro quo alii haud raro dant ιάζειν; qualia sunt ἀσκωλίζειν et ἀσκωλιάζειν, ἰαμβίζειν et ἰαμβιάζειν, compluraque alia, quae *Valckenaer Adoniaz.* p. 189. congessit. In Aristot. probl. 27, 11. editiones praebent βομβυλιάζουσιν, noster cod. 2036. βομβυλίζουσιν. cf. *Levêsque notice d'un manuscrit grec contenant les problêmes d'Aristote et le traité du sublime de Longin* (*Notices des mss. de la bibl. nat.* T. VII. p. 161.). *Schneider* tamen, Lexic. Gr. Germ. p. 239, legit

βαμβαλίζουσι. Ex eodem illo scribendi more explicari debet permutatio frequens patronymicorum aut in ίδης desinentium, aut in ιάδης, vt alii, interdum non minus recte, legunt, (Cf. *Koen. ad Gregor.* p. 231. *Valckenar. Diatr.* p. 287.) nonnullorumque nominum propriorum exeuntium in ις, pro quo alii habent ιας, e. g. Aristaen. I, 10. in inscriptione Ἐρατόκλεια Διονυσιάδι. Sic solus cod. Vindob. Sed quum Sambucus, editor primus, lineolam supra ι ductam praeteruidisset, per cunctas editiones propagatum est Διονυσίδι. Praestat Διονυσιάδι. Namque e Pausania l. III, p. 387. Fac. et ex Hesychio nouimus Διονυσιάδας Lacedaemonias, nec διονυσίζω dicitur, sed διονυσιάζω."

VII. §. 3. ἂν τὸ συνεχὲς] Fort., duce cod. Par., qui habet ἄνευ συν., scribendum ἂν εὖ συνεχὲς, i. e. animi attentione non remissa, sed rite continuata. Εὖ auget; συνεχὲς i. e. συνεχῶς. W. fil.

VIII. §. 1. Dele comma post ἰδέαις positum; pone post κοινοῦ. W. fil.

VIII. §. 1. ἀδρεπήβολον] Defendit hoc verbum Bastius contra Ruhnkenium, quem dicit non recte suadere ἁδρὰς ἐπήβολον, conferrique iubet Schaeferi mel. crit. p. 120.

VIII. §. 2. ἀμέλει. Ἀλλ' εἰ] An scribendum Ἀμέλει, ἀλλ' εἰ etc.? Ἀμέλει enim initio fere ponitur eius, quod grauiter affirmari debet, dicti; ἀλλὰ autem postponitur, vt in νὴ (Δι') ἀλλὰ et similibus. W. fil.

VIII. §. 4. μεγαλήγορόν ἐστι] Dele ἐστι, quod in sola ed. Rob. exstat. Solet noster verb. subst. omittere. Cf. Addenda ad III, 1. W. fil.

IX. §. 4. Illud τὸ, quod exstat in Vat. 3. post ἠρκέσθην, pertinet ad verba τὸ ἐπ' οὐραν., quae lacunam excipiunt. Inepte Toup.

IX. §. 7. Post πλὴν aut πλὴν ἄλλως incisum ponendum. Sic recte factum in ed. 1. Non enim similis est locus illi sect. XI, 2. Refertur nempe ad μὲν et pro δὲ est positum. Nam si totum hoc, πλὴν εἰ....λαμβάνοιτο, ad antecedentem sententiam, Ἀλλὰ ταῦτα φ. μὲν, trahitur, extrema, παντάπ....πρέπον, male pendent. De his extremis leve videri potest, quod addam. Tollius vertit: *quae deorum maiestati minime conueniant.* Breuius, sed similiter, Morus. Verum auctor hoc potius significat, Homerum

migrasse illud, quod vniuerse praecipitur de *decoro*, siue eum non cogitasse, ratione deorum, de eo, quod rei cuique aptum et congruum est. Vid. Cic. in Oratore c. 21., vbi verbum artis τὸ πρέπον vertit *decorum*, quo recte h. l. et Pearcius et antiquiores interpretes vtuntur.

IX. §. 14. κατὰ τὴν ἀκμὴν, pro Manutiano κ. τ. ἀπακμὴν, reponendum censeo ex omnium codd. mss. et ed. 1. auctoritate. Sens. magnifica saepe, vbi ad fastigium euecta in ipso discrimine versantur, prono feruntur etc. W. fil.

X. §. 1. Bastius: „Pro τὸ μὲν . . . τὸ δὲ in cod. scriptum ὅ μεν . . . ὅ δε: sic, binis lineolis supra ε. Saepius hunc vsum codd. vett. obseruaui. Videntur ea re significare voluisse, μὲν et δὲ inter se referri."

X. §. 2. Bastius: „Cod. ἐμᾶν καρδίᾶν ἐν στ. ἐπτόᾶσεν (sic). Lineae super α ductae declarant, syllabam produci. Passim cae in codd. vett. reperiuntur. Cf. meam *lettre critique* p. 47."

XI. §. 2. Post parenthesin pro γίνοιντο corrige γίνοιτο.

XII. §. 2. Bastius: „Cod. recte συμπλήρωσις, pro quo in ed. pr. exstat ἐμπλήρωσις, vt et XVII, 1. ἐμμαχεῖται pro συμμαχεῖται. Vitium ortum ex errore legendi. Nam in codd. saepe συμ scribitur (‿μ, cui simile est ἐμ. In Apollon. lex. Hom. v. *Ταύριον αἷμα* p. 796. *Villoisonus* reperisse sibi visus est: περὶ γὰρ Θεμιστοκλέους οὐ πᾶσι ἐμφώνισται, pro qua lectione proposuit aliam non magis graecam, ἐμφάνισται. At cod. S. G., vnde ille Apollonium descripsit, (‿μφώνισται, i. e. συμφώνισται, pro quo reponendum est συμπεφώνηται, aut, vt *Tollius* p. 664. etiam rectius suadet, συμφωνεῖται. Alio loco, p. 42. *Villoisonus* illud (‿μ habuit pro αμ, atque inde verbum monstri simile profert, ἐπιαμπεπτωκότα. At in notis quidem corrigit ἐπεμπεπτωκότα, in quo et Tollius videtur acquievisse. Sed cod. habet ἐπισυμπεπτωκότα, quod est reponendum." Vid. Fischer. ad Well. III, 2. p. 146.

XII. §. 4. ἐν αὐτῷ non est: *in eodem loco;* id enim esset ἐν ταὐτῷ. Sed hoc dicit Longinus, Ciceronis orationem incendii instar subinde augeri atque *in semet* s. *interna vi* huc illuc diuidi ac diffundi. Nec tamen propterea legendum ἐν αὑτῷ. W. fil.

XIII. §. 2. καί τούτου γε] Lege καί γε τούτου, ob

consensum mss. *Τὲ*, vbi ad omnem sententiam pertinet, etiam post *καὶ* potest collocari. W. fil.

XIII. §. 2. *τρίποδι πλ.*] Mihi iam vnice placet lectio Vat. 2. et Laur. *τρίποσιν πλ.* Vix enim debetur errori et egregie conuenit verbis, quae sequuntur, poëticis.

XIII. §. 3. Praetulerim iam lectionem Vat. 2. et Laur., quae omissa praep. *ἀπὸ* sic habet: *πάντων δὲ τ. μ. ὁ Πλ. τοῦ Ὁμηρικοῦ* etc.

XIII. §. 4. *ἐπακμάσαι μοι δοκεῖ τηλικαῦτα*] Mihi in mentem venit *ἐπαιχμάσαι*, vt Plato, vi poetica cum Homero certans, quasi tela vibrasse dicatur, quae imago continuatur eo quod sequitur, *διαδορατιζόμενος... διηριστεύετο.* W. fil.

XIII. §. 4. Scribendum *ἀξιονικότατος*, non *ἀξιονικώτατος*, sicut XXXV, 2. *φιλοτιμοτάτους*, non *φιλοτιμωτ.*, vbi vid. Addenda. W. fil.

XIV. §. 2. *ὑπέχειν... εὐθύνας πεπαῖχθαι*] Lectio cod. Ambr. *π.. σαῖχθαι* duceret ad *προςῆχθαι* (i. e. cogi ad rationes reddendas, et quasi in iudicium adduci), si negligenda esset ceterorum codd. auctoritas. W. fil.

XV. §. 1. Scribe cum codd. et edd. vett. omnibus: *πᾶν τὸ ὁπωςοῦν ἐνν. γενν. λόγου παριστάμενον.* W. fil.

XV. §. 3. *τὴν αὐτὸς αὐτοῦ*] Bastius: „Cod. *τὴν αὐτὸς αὐτοῦ*, male. Cf. meam *lettre critique* p. 176."

XV. §. 7. *ἐπὶ τἈχιλλέως*] Bastius: „Cod. *ἔπειτ' Ἀχιλλέως.* Similiter Aristid. Vol. II. p. 302. Iebb. *καὶ ζωγράφος μὲν ἂν ὢν ἔπειτ' αἰσχίω καὶ γελοιότερ' αὐτοὺς μιμούμενος, οὐ καλῶς ἂν ἐδόκει τὴν τέχνην δεικνύναι.* Lego *ἐπὶ ταἰσχίω. Μιμεῖσθαι ἐπὶ τὰ γελοιότερα* Platonica est dicendi ratio. Phileb. (Vol. IV. p. 268. Bip.) *ψευδεῖς... ἡδοναί, μεμιμημέναι μέντοι τὰς ἀληθεῖς ἐπὶ τὰ γελοιότερα.* Cf. Sympos. p. 186. et 187. ed. Fischer. Aelian. N. A. XV, c. 28. *καὶ τὸ μιμεῖσθαι δέ τινας ἐπὶ τὸ γελοιότερον καὶ διαπαίζειν.*"

XV. §. 10. *ἅμα γὰρ τῷ τῷ πρ. ἐπιχειρεῖν*] Malim istud alterum *τῷ*, a patre meo inuectum, sono certe molestum, deleri et *ἐπιχειρῶν* scribi. W. fil.

XVI. §. 1. *πολὺ ἔργον*] Bastius: „Cod. *πολυεργον* (sic). Forte scribendum *πολύεργον.* Hoc certe voluisse videtur librarius, qui spiritum supra *ε* deleuit."

XVI. §. 1. *ἐν τῷ παρόντι*] Num *hoc in libro,* vt in quo non conueniat res minutas easque multas diligenter tra-

ctare? Sic ἡ παροῦσα ὑπόθεσις, argumentum, quod iam tractatur, XXXVIII, 1.? An *hac aetate,* qua rhetores infinitas figuras commenti nominibus notauerunt? Probo posterius.

XVI. §. 1. ὀλίγα τῶν, ὅσα] Bastius: „Hoc τῶν recte habet, sed aliorum quoque scriptorum editores offendit. *Conon* c. 1. Μίδας δὲ πολλοὺς ἔχων ἀπαγγέλλοντας αὐτῷ τὰ, ὅσα ἐλέγετό τε καὶ ἐπράττετο τοῖς ὑπηκόοις. c. 45. μηδέ τι ἄλλο τῶν, ὅσα κῆρες ἄνθρωποι νεκρῶν αἴσχη φέρουσιν. Kanne ad priorem locum p. 65. haec scribit: „τὰ ὅσα vel mutarem in τόσα, vel abiecto τὰ retinerem ὅσα, cum illa loquendi ratio sine exemplis sit apud alios scriptores, (at non caret exemplis,) nisi narr. 45. legissem: μηδέ τι ἄλλο τῶν, ὅσα κῆρες etc., vbi eam ex vno alteroue librarii culpa natam esse cogitari nequit, sed ab ipso vel Conone vel Photio venire oportet." Plato Phileb. (IV. p. 229. Bip.) ἀλλά τινος πλεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρείων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων, i. e. vt Casaubonus ad Athenaeum III, c. 51. vertit: aut eorum marinorum, quae in testaceis corporibus sunt animata. Adde amicissimum Schaefer. ad L. Bos p. 372."

XVI. §. 2. τὸν κατὰ τῶν ἀριστέων] Bastius: „Cod. τὸν τῶν ἀρ. Toup. interponi iubet κατά. Cf. meam *lettre critique* p. 67. sqq."

XVI. §. 2. Pro οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθ. πρ. legendum haud dubie μὰ τοὺς etc. Et sic XVII, 2.

XVI. §. 2. παιώνιον] Sic Toupius et Morus. Sed nescio quid terminationem non tetigi. Reuocauerim equidem παιώνειον, quod codd. mss. et prioribus editt. plerisque omnibus commendatur, quodque per se rectius puto. Manutii ed. iam non habebam ad manus. Sed qui eum sequuntur, Petra, Langbaenius, Faber, Tollius et Hudson παιώνειόν τινα ediderunt.

XVI. §. 3. μὰ τὴν Μαρ.] Bastius: „De omissa praepositione ἐν v. Schaefer. ad Lamb. Bos p. 698., Wernsd. ad Him. p. 58. Reiske ad Libanium IV. p. 399. scribit: „Recte habet Μαραθῶνι sine ἐν; inutilis et praua adeo est Morelli coniectura.""

XVI. §. 3. οὐδὲν ἔστ' εἰ μὴ ὅρκ.] Restitue e Par., Ambr. et Rob. οὐδ. ἔτ' εἰ μὴ ὅρκ. i. e. nihil amplius s. nihil iam est nisi iusi. Cf. Addenda ad III, 1. οὐ τραγικὸν ἔτι, vbi pater meus monet, Pearcium non recte suasisse ἐστί. W. fil.

XVI. §. 4. *οὐ τοὺς κατορθ.*] Restituendum erat *οὐχὶ τ. κ.* e Par. et Laur.

XVII. §. 2. *παραλειφθεῖσα*] Equidem codd. fere omnium auctoritate vulgatam tueor *παραληφθ.*; nam illud particip. *παραλειφθ.* haud scio an semper sit a *παραλείπω*, nunquam a *παραλείφω*. Deinde quum omnes mss. tueantur terminationem ... *σαν*, scribendum censeo *παραληφθεῖσ' ἄν*, i. e. si fuerit adhibita. W. fil.

XVIII. §. 2. Monere debebam et nunc moneo, *ὡς οἱ ὑφ' ἑτέρων* e Fabri coni. inde a Tollio scribi coeptum esse pro eo, quod exempla vetera praebent, *ὅσον ὑφ' ἑτέρων*, et dubitari posse de veritate correctionis.

XVIII. §. 2. *οὕτω τὸ σχ.*] Lege *οὕτως* e cod. Par. Etiam quod in Vat. 2. legitur, *οὕτω ει*, natum est sine dubio ex *οὕτως*. Vid. dicta ad XXI, 2. vbi in fine expungendum *τὸ* XVIII, 2. quod scripsi, antequam e codd. notata omnia haberem.

XX. §. 3. *οὐδεὶς ταῦτα ἀπαγγέλλων δύναιτο*] Part. *ἄν*, quam cod. El., Demosthenem secutus, post *οὐδεὶς* addit, deesse nequit. F. legendum *ἀπαγγέλλων ἄν*. W. fil.

XXII. §. 1. *ὅτ. λανθάνουσαν περιέχῃ τὴν τέχνην*] Vel contra Par. et Laur. tueor *λανθάνουσα* e cett. codd. Nam *λανθάνουσαν* profectum videtur a correctore, qui non intelligeret, *λανθάνουσα* aduerbialiter esse dictum. W. fil.

XXIII. §. 2. Aliquid dubitationis mihi verbum *δοξοκομποῦντα* iniecerat, quod et altius insidere coepit, quum Robortelli editionem inspexissem, quae habet *δοξοκοποῦντα*. Sed quoniam nemo vulgatam tetigerat et in cod. Par. id exstare existimabam, dubitationem non necessariam mouere nolui: nam analogia id non videtur damnare. Sed admiranda est h. l. leuitas eorum, qui varr. lectt. e codd. collegerunt. Ne multa, *δοξοκοποῦντα* reponendum est e Par., Vat. 2. et 3., Laur., Rob. Id, vt iam video, doctissimus *Schneider* in *Handwörterbuch* ita commendat, vt vulgatum per omnes editt. verbum plane corruptum et fictum (*falsch*) statuat.

XXIII. §. 3. *ταὐτὸν σπέρμα*] Ob easdem librorum auctoritates, quae §. antec. *δοξοκοπ.* reuocari volunt, vide an non in versibus Sophoclis apud hunc saltem nostrum reponi debeat *ταὐτὸ σπ.*

XXIII. §. 4. *ὑπερβολὴν*] Plerique *hyperbolen* vertunt. Sed bene Pizimentius (ed. Bonon. p. 215.): „quae ampli-

ficationem, multitudinem, vel *exaggerationem*, vel animi concitationem requirunt." Sic et Boilauius (ed. Toll. p. 313.): *dans les endroits, où il faut amplifier, ou multiplier, ou exagérer, et dans la passion.* Inepte enim dicatur, figuram recte adhiberi, vbi alia figura locum habeat.

XXVI. §. 1. Scribendum κ' ἀκμῆτας, non κἀκμῆτας. W. fil.

XXVII. §. 1. An aliquid vitii latet in ἄτε πρέπουσαν? Non insolens est duos datiuos vni verbo iungi. [Scripturus erat: duo verba vni datiuo iungi. W. fil.] Sed tamen lectio Par. et Vat. 2. et 3. τρέπουσαν inuitat ad coniectandum, vt legendum putes ἄτρεπτον οὖσαν.

XXX. §. 1. φῶς τοῦ νοῦ non est: *res grata menti*, vt Morus explicat, sed: *lumen sententiae.* Sic ἐν ἀτελεῖ τῷ νῷ XXVII, 3. i. e. nondum absoluta sententia. W. fil.

XXX. §. 1. πτικώτατον] Opinabar, hoc verbum truncatum pertinere ad καὶ γ. τόδ' etc. Hinc coniectura, ex qua dixi ὑπεροπτικώτ. mihi videri fuisse totum verbum. Sed verisimilius est reliquias verbi pertinuisse ad aliud, quod antecedebat vel dictum vel verbum. — Bastius, postquam dixit, in marg. interiori cod. Par. ϑρε a prima manu adscriptum esse, haec addit: „Non necessarium igitur, quod Toup. suadet, ποιητικώτατον; nec satis est dicere, errorem esse ortum e compendio scripturae, nisi hoc quoque ostendas, quomodo sit ortus error."

XXXII. §. 2. ἀνατετροφότες] Ita Par., Vat. 2. vtroque loco, Vat. 3. et Laur. cum editt. vett. Bastius h. l.: „Cf. Brunck ad Aristoph. Nub. v. 858. Idem perfectum habet cod. ap. Liban. Vol. IV. p. 726. Reisk. καὶ πᾶν δυςχερὲς δι' ἐκείνων λύειν ὑπισχνούμενος, πολλοὺς οἴκους ἀνατέτροφε. vbi in editt. legitur ἀνατέτραφε. Sluiter lectt. Andoc. p. 157. in errore versatur, vt et Morus ad Longinum."

XXXIII. §. 4. αἰτίας] Bastius: „Cod. αἰτίας pro ἀρετάς. Eadem verba confunduntur in *Menandro de encom.* p. 89. ed. Heeren." Ceterum αἰτίας etiam in Laur. vt in codd. olim collatis et vett. editt. scriptum inuenitur.

XXXIII. §. 5. κἀκεῖνα τῇ] Bast.: „Cod. habet κακεινηςῆς, i. e. κἀκείνης τῆς. Eodem modo προςὴν in eo cod. scribitur pro πρὸς τὴν, ἀσθενέςεροςοῦ pro ἀσθ. τοῦ. Interdum supra hoc ς comma vel punctum ponitur, quod declarat, duo esse verba."

XXXIII. §. 5. De Sophocle num assentiendum sit auctori, dubito. Sed Pindarum similiter reprehendit *Galenus de pulsuum differentia:* οὐδ᾽ ἀπὸ τῶν κυρίων, ὡς ἔτυχε, μεταφέρειν ἔξεστιν, οὐδὲ τοῖς ποιηταῖς. ἀλλὰ κἂν Πίνδαρός τις εἴη, ὠκεανοῦ τὰ πέταλα τὰς κρήνας λέγων, οὐκ ἐπαινεῖται, καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐπειδὰν ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χαλκεύειν γλῶσσαν.

XXXIV. §. 2. λέγει] Omnes codd. et ed. pr. λέγεται, quod iam probo.

XXXIV. §. 2. μυθολογῆσαι] Poenitet me de hoc verbo non secutum esse auctoritatem Mori, qui ad h. l. haec annotauit: „Propter illud κεχυμένος, quod additum est, non tantum fictas narrationes intellexerim, quarum exemplum libellus de Latona esse potest, sed illam quoque probabiliter et cum multa copia ac suauitate coniunctam scribendi rationem, qua oratores vtuntur, ne semper argumentis rem muniant, aut philosophi, vbi neglecta aliquantisper subtilitate rem ad communem sensum reuocatam populari intelligentiae accommodant. Socrates quidem apud Platonem (apolog. 31.), cum magis sermocinatur, quam ius tuetur, se dicit διαμυθολογεῖσθαι. Idem, vbi verosimiles sperandi causas explicat, non scientiam affectat, fatetur se μυθολογεῖν (Phaedon. 5. et 14.).“

XXXIV. §. 3. ἐπίχαρις] Bast.: „Cod. ἐπιχαρης sine accentu. Toup. recte legit ἐπίχαρις. Eadem verba et aliis locis confunduntur. In Lexico octateuchi (Fabr. bibl. Gr. X. p. 62. ed. vet.) legitur ἀστεῖον· καλὸν, ἐπιχαρῆ, κεχαριτωμένον. At cod. S. G. 345. pro ἐπιχαρῆ rectius praebet ἐπίχαρι.“

XXXIV. §. 3. τό γέ τοι π. Φρ.] Non Fabrum, sed Langbaenium hic auctorem de verbis illis Italicis in marg. cod. scriptis nominare debebam. Vid. supra, quae de cod. Dudithiano dixi.

XXXV. §. 2. φιλοτιμοτάτους (per ο) scribendum esse monet Bastius. V. Schaefer. Melett. p. 9.

XXXV. §. 3. Egregia Tollii emendatio, ὅσον πλέον ἔχει τὸ περιττὸν ἐν π. καὶ μέγα τοῦ καλοῦ, cum lectione codd. ὅσ. . . . ἐν π. καὶ μέγα (vel μέγαν) καὶ κακὸν (sic cod. Par., al. καλὸν) fort. sic optime conciliabitur, sensu fauente: ὅσον . . . καὶ μέγα, εἰ καὶ κακὸν, τοῦ καλοῦ. Nam totius loci sensus hic est: magna, licet imperfecta et mala, v. c. siderum splendor, licet saepe obscuratus,

et Vulcani ignes, licet perniciosi, tamen praeferuntur rebus paruis, licet pulchris vtilibusque, v. c. foci domestici flammae. Deinde conclusio a minori fit ad maius: si in rerum natura tantum valet magnitudo vtilitate carens, quanto plus ea poterit in dicendo, vbi accedit vtilitas. W. fil.

XXXVIII. §. 2. Nihil monens praeterii h. l. nescio quomodo verbum ἀναλλάττειν, quod in edd. antiquioribus omnibus expressum est, cum tamen Robortellus assentientibus codd. mss. ἐναλλάττειν habeat. Hoc ipsum et Pearcius reuocauerat. Sed Morus, licet huius recensionem in ceteris secutus, tacite τὸ ἀναλλάττειν reposuit. Vtrum omnino haec verbi forma bonis scriptoribus vsitata fuerit, iam non vacabat quaerere, sed dubitare tamen subiit, quoniam in minoribus lexicis, quae ad manum erant, id non allatum reperiebam. [ἀναλλάττειν nec in Stephani Thesauro, nec in Schneider. Lex. ed. rec. reperias. Vnus Scapula habet ἀνάλλαγμα, *permutatio*, 2 Reg. vlt. (i. e. II. Samuel. cap. 24. v. 24.) W. fil.] Hoc autem nihil dubitans pronunciare possum, propter ipsam librorum auctoritatem esse restituendum ἐναλλάττειν, praesertim cum auctor idem XXII, 1. vsurpet in re quidem leniori, sed tamen de mutatione, quae omnia priora tollit. [Nisi e codd. praeferendum esset ἐναλλ., fort. non male diuisim scriberetur ἂν ἀλλ. W. fil.]

XXXVIII. §. 3. ἡ τοῦ πάθους ὑπεροχὴ καὶ περίστασις] Malim καὶ αἱ περιστάσεις. W. fil.

XXXVIII. §. 4. κατέχωσαν ... βάλλοντες] Dele βάλλοντες, quod abest a codd., et potest abesse, quum Longinus non accurate soleat laudare scriptorum vett. verba. Quare ipse h. l., tanquam illud correcturus, mox plene dicit καταχεχῶσθαι βέλεσιν. Atque hinc, quod in vett. codd. κατέχωσαν scriptum sine βάλλ. parum intelligebatur, natum est corruptum illud κατίσχυσαν. W. fil.

XXXIX. §. 2. ὡς ἐπίστασιν metuo ne non possit ita, vt vulgo fit, explicari. An fort. legendum ὡς ἐπ' ἔκστασιν, i. e. ad admirationem summam ac paene ad furorem, cui aptum est verbum θελγητρον. W. fil.

XL. §. 1. οὐδενὶ] Conieci in Par. hoc legi, quoniam ille cum ed. Robortelli fere conuenit; sed falso. Diserte enim Bastius testatur in eo legi οὐδὲν τμηθὲν. In Vat. 2. esse οὐδενὶ, Zaccagnii fide dixi, quoniam ille diserte monet, in Vat. 3. esse οὐδὲν pro οὐδενὶ. De Vat. 2. autem

nihil, vt significarit, in eo legi vulgatum. Sed iam verbis Amatii potius credendum puto, quam illius silentio. Hic enim ex eo protulit *οὐδὲ τμηθὲν*. Itaque propter auctoritatem cod. Parisini magis probem *οὐδὲν*, quam illud cod. Ambrosiani et vett. editt. *οὐδενὶ*.

XL. §. 2. *διὰ μόνου τοῦ ... ἁρμόσαι ταῦτα ὅμως ὄγκ. περιεβάλ.*] Scribe cum codd. *ταῦτα δ' ὅμως*, i. e. sola vero illorum coniunctione tamen conciliant sibi sublimitatis existimationem. *Δὲ* post complura quoque ponitur verba, vbi ea ipso sensu arctissime iuncta quasi in vnum coalescunt. Malim tamen *ἁρμ. δὲ ταῦτα*. W. fil.

XLIII. §. 2. *τὰ μὲν ἁλουργεῖς, τὰ δὲ ποικιλταὶ, τὰ δὲ λευκαὶ*] Scribe e codd. *τὰ μ. ἁλουργῆ ... ποικιλτὰ ... λευκά*. Subaudiendum *ἔργα*, vel potius nihil. Sensu haec, non constructione, pertinent ad duo praecedentia *στρωμναὶ καὶ χλανίδες*. W. fil.

XLIII. §. 2. *λόφους ἀνωθουμένους*] Lectionem *λ. ἀντωθ.*, confirmatam auctoritate meliorum codicum, veram puto, i. e. colles ita coaceruatos aliosque super alios iniectos, vt inuicem reniti sibi videantur, sicut in hominum turba alii renituntur aliis. W. fil.

XLIII. §. 4. *μᾶλλον ἢ εἴπερ πάντα*] Si deles *μᾶλλον*, quod a codd. abest, scribendum *μή*. Ante *εἴπερ*, si modo id recte habet, excidisse *πάντα* videtur, vt iam Morus censuit. Subaudiri quidem, vt pater meus videtur voluisse, non potest. W. fil.

XLIV. §. 1. *ἐντρεχεῖς*] Certo auctore Pearcium tradere dixi, *ἐντραχεῖς* in cod. Par. legi. Sed potuit vel ipse Pearcius labi, non satis perspecta illius scriptura. Ne multa, Bastius, certior sine dubio auctor quam Graecus ille, clare et diserte dicit, „*ἐντρεχεῖς*, non *ἐντραχεῖς*, in cod. Parisino legi."

XLIV. §. 2. Primus, vt iam video, Morus Ἢ pro Ἤ posuit: recte, quia philosophus ille nondum §. 1. caussam aliquam protulit, cur sublimia et excellentia ingenia iam defecerint.

XLIV. §. 7. *ἀλαζονείαν τε γεννῶσι*] Bastius: „A prima manu in cod. Par. scriptum est *ἀνάλεξον ἔναντι γεννῶσα*. A secunda manu syllaba *αν* mutata est in *ἕν*, ita vt iam *ἓν ἔντι* legatur. In marg. a secunda manu adscriptum

γρ. ἔναντι. Mihi coniectura ἀλαζονείαν τε γεννῶσι videtur vnice probanda."

XLIV. §. 9. Moneri breuiter commodum erat, verum verbum καθέκαστον a Tollio restitutum esse. Eiusdem ingenio debetur verbum φιλοχρηματίας. Sed huius veritas, vt patet, minus explorata est. Fr. Portus videtur κακίας inseri voluisse. Hoc si recte statuit, aptius est Munatii ἑαυτοῦ. Nempe verba Porti sunt: „ἠνδραποδισμένοι] *redacti in seruitutem a suis quique vitiis.*" Vno alteroue loco etiam supra oblitus sum nominare auctorem reuocandi veri aut probabilis verbi. Pluribus aut grauioribus rebus intento lectores aequi tale peccatum facile ignoscent.

XLIV. §. 12. ἐπεχόντων ὡς ἡμῖν] ὡς ortum puto e syllaba praecedente; ἡμῖν pleonastice possit videri dictum: *nobis*, i. e. secundum naturam nostram. Sed sic ἡμῖν non bene foret in fine collocatum. Quare id quoque malim deleri, quippe fort. ex ἀμήν natum. v. Varr. lectt. W. fil.

FRAGM. III. teste Bastio, exstat in Cod. Par. no. 2881.

III. §. 5. λάβωμεν παραδείγματα etc.] Bastius: „*Boissonade* (in Eunap. p. 126.) reprehendit versionem lat. in Toupii edit. exhibitam, dicens: Ni fallor, alius est sensus, nempe, *sumamus in hac seria nostra philosophia exempla ex ipsa ludicra comoedia.*"

Ibid. Verba vncis inclusa φησὶ .... Ἀριστοφάνης sincera puto, sed, deleto priori Ἀριστοφάνης, sublataque post Νεφ. interpunctione, vno tenore legendum: ὁ γοῦν ἐν τ. Ν. Σώκρ., εἰ καὶ τωθ. Ἀρ. Sensus: Socrates apud Aristophanem, licet irrisionis causa ita loquens introducatur, tamen vere quodammodo dixit, differre metrum a rhythmo. W. fil.

Ibid. εἰς ἑκάτερον γ. τὸ παράδ. σημειωτέον] Malim σημειωτικὸν, i. e. hoc exemplum ad duas res declarandas est idoneum. W. fil.

III. §. 7. αὐτὸ τὸ μετρούμενον] Bastius: „Pearce et Toup recte μετρούμενον, non μέτρον. Contra in Λεξ. περὶ πνευμάτων, voce Ὀδυσσεὺς (p. 232. ed. Valck.) legendum: εὕρηται δὲ παρ' Ὁμήρῳ ψιλούμενον καὶ δι' ἑνὸς σ γραφόμενον διὰ τὸ μέτρον, non διὰ τὸ μετρούμε-

νον. Confunduntur haec ob scribendi compendium. Quippe eaedem literae, prout accentus ponitur, vel *μέτρον* (*μέ* τρ) vel *μετρούμενον* (*με* τρ´) significant."

III. §. 8. Bastius: „Cod. 2881. ad *δέρτρον* glossam habet *τὸ ξύστρον*, ad *φέρτρον* gl. *τὸ φορεῖον*."

III. §. 13. *ἂν μὴ εἴποι τις*] Deleto *μὴ*, quod a Boivinio est excogitatum, haec verba cum seqq. videntur iungenda, et legendum aut *ἂν εἴπῃ τις*, aut potius *εἴποι τις ἄν*, i. e. obiecerit aliquis. W. fil.

FRAGM. IV. Bastio teste in eod. Cod. Par. no. 2881. legitur.

IV. §. 2. *μεταξὺ τῆς ἄλλης συλλαβῆς*] Ne sic quidem noster, si modo sic scripsit, accurate scripsisse videbitur. Dicendum enim erat *μεταξὺ αὐτοῦ καὶ τοῦ* (aut simpliciter *μεταξὺ τοῦ*) *τῆς ἄλλης συλλ. φωνήεντος*. Malim ig. reponi, quod codd. praebent, *μετὰ τῆς ἄλλ. συλλ.* Nam licet id ipsum quoque negligentius et breuius dicatur, tamen ex antecedd. intelligitur, eam significari breuem esse vocalem, quae *cum* altera syllaba, scil. non vniuersa, sed ad vocalem vsque, non amplius vnam post se habeat consonantem. W. fil.

FRAGM. V. Bastius in cod. Vat. reperit no. 1353. manu *Const. Lascaris* scriptum, hoc titulo: *Λογγίνου προοίμιον πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον.*

V. §. 8. *αὐτὸ μόνον*] Bastius: „Cod. Vat. recte *αὐτὸ μόνον*, non *αὐτῷ*, vt legi iubet Morus. Vid. praeter Toup. meam *lettre crit.* p. 97."

FRAGM. VI. in Cod. Vat. ita inscriptum est, teste Bastio: *Λογγῖνος πρὸς Πορφύριον. μέρος ἐστὶν ἐπιστολῆς.*

VI. §. 2. *παραναγνῶναι*] Bastius: „Cod. Vat. *παραγνῶναι*, minus recte. Haec lectionis varietas toties fere, quoties verbum *παραναγνῶναι*, occurrit. Cf. v. c. Apollon. Dysc. *περὶ συντάξεως* p. 326. ed. Sylb." Eadem confunduntur v. c. Demosth. *π. στεφ.* p. 315. l. 21; idem *κατὰ Τιμοκρ.* p. 712. l. 9; Aeschin. *παραπρ.* p. 303, 13. (ed. Reisk.) etc. W. fil.

FRAGM. VII. §. 1. *πῶς γὰρ*] Lege *ποῦ γὰρ* e cod. Oxon., sensu non mutato. W. fil.

VII. §. 2. *ἃ καὶ αὐτοῖς .... προςέοικε λίθοις*] Quum codd. tantum praebeant *καὶ αὖ τοῖς*, vna litera deleta malim scribi *καὶ ἃ τοῖς* etc. i. e. et ea s. talia, quae etc. W. fil.

FRAGM. VIII. §. 14. Bastius: „Hunc locum inspexi in egregio cod. 1983. Quae in ed. Ald. hoc fragmentum praecedunt, in illo cod. sic habent: *καὶ οἱ περιφανεῖς τῶν τεχνικῶν τούτῳ τῷ λόγῳ συναινοῦσιν, αὐτίκα Λογγῖνος ὁ φιλολόγος ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ τῆς λέξεως μόνης εἶναι λέγει τὰ σχήματα, καὶ δὴ παραθησόμεθα καὶ τὴν λέξιν αὐτὴν, ὅπως μηδεὶς ἀπιστήσῃ τοῖς εἰρημένοις. „Ὅσα, φησὶ, σχήματα τῶν ἐννοιῶν ἐκπρέποντα.“* Tum haec sequuntur: *καὶ ταῦτα μὲν Λογγῖνος ὁ φιλολόγος, ᾧ δεῖ μάλιστα πείθεσθαι, κἂν οἱ λοιποὶ πάντες ἐναντιῶνται τῷ λόγῳ.* — In ipso fragmento cod. 1983. praebet *τοῦ πιθανοῦ χάριν* pro *τ. π. χωρίου.* Facile haec confundi potuerunt, si compendium scribendi adhiberetur, i.e. si *χρῖ* pro *χάριν*, *χρῖ* pro *χωρίου* scriberetur. Cf. Addenda ad Sect. VII. §. 1. Saepius autem illa duo verba per compendium sic scripta occurrunt in cod. 1983.“ —

„Idem codex compluribus locis Longini verba laudat, sed per temporis breuitatem non licuit omnia, quae huc pertinerent, conquirere. V. c. apud Hermog. *π. σεμνότητος* (p. 91. ed. Ald.) ad verba *ἐπ. τὸ ἰωνικόν τε καὶ τὸ συγγενὲς τῷ ἰωνικῷ τροχαϊκῷ*, scholiasta codicis 1983. haec dicit: *ὁ τροχαῖος τροχαλὸν ποιεῖ τὸν λόγον, διὸ καὶ τροχαῖος καλεῖται, ὁ τῶν τρεχόντων ῥυθμὸς, ὥς φησι Λογγῖνος ὁ φιλολόγος. ὅθεν καὶ ἴαμβος κ. τ. λ.* Idem ad verbum *ἰωνικῷ* scribit: *ἰωνικοὶ δὲ καλοῦνται, ἐπειδὴ Ἰώνων εἰσὶν εὕρεμα μαλακὸν καὶ τρυφερώτερον, ᾧ καὶ Σωτάδης ἐχρήσατο, ὥς φησι Λογγῖνος.*“

„De Toupii animaduersionibus multa sunt quae monere possim, quum meum exemplum notatis plenum sit; sed temporis impedior breuitate. V. c. p. 387. verbum *γυναικοϊέραξ* dicit in *rarissimis* esse. Ego id in *Palladio* reperi hist. Lausiaca p. 153. ed. Meurs. *ὡς οὖν ἔγνωσαν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα γυναικοϊέρακες, παρήδρευον κ. τ. λ.*“

INDEX SCRIPTORVM,

QVORVM LIBRI IN DISSERTATIONE PHILOLOGICA RVHNKENII ATQVE IN EIVSDEM TOVPIIQVE ET ALIORVM NOTIS

VEL INEDITI LAVDANTVR,

VEL EDITI EMENDANTVR, EXPLICANTVR,

A CORRECTIONE VINDICANTVR.

INDEX

RERVM ET VERBORVM.

A.

B.

Z.

I.

M.

Φ.

Sumptibus J. A. G. Weigelii prodierunt:

Graecae Linguae Dialecti recognitae, opera Mich. Maittaire. Post J. F. Reitzium, qui praef. et excerpta ex Apoll. Dysc. Gramm. addid. totum opus rec. emend. aux. F. G. Sturzius. Lips. 1807. 8 maj. 3 Thlr. 8 gr.
Charta melior. 4 — 8 —
Charta scriptoria. 5 —
Charta optima fort. 6 —
C. A. Boettigeri Explicatio antiquaria Anaglyphi in Museo Napoleoneo. Lips. 1809. 8 maj. 6 gr.
Charta maj. membr. (velin) 10 —
Apparatus literarius s. Index libror. lectiss. quos suo sibi aere coemt. emturientib. off. J. A. G. Weigel. Tom. I. II. Cum pretiis et indd. 8maj. 1 Thlr.
Charta melior. 2 —

Libri, qui apud eundem prostant:

Biblia polyglotta ed. G. M. le Jay. 10 tomi. Paris. 645 fol. max. 180 Thlr.
— — ed. B. Walton. C. Castelli Lexico heptagl. 8 Voll. Lond. 657. 86. fol. 120 Thlr.
Nouum Testam. Gr. ed. L. Kusterus. Amst. 710 fol. 5 Thlr.
— — Gr. ed. J. J. Wetstenius. 2 tomi. Amst. 751. fol. 22 Thlr.
— — Gr. ed. L. Kusterus. Lips. 723. fol. 6 Thlr. 16 gr.
S. Joannis Damasceni Opera omnia. Gr. lat. ed. M. Lequien. 2 tomi. Paris. 712. fol. 25 Thlr.
S. Joannis Chrysostomi Opera. Graece. 8 tomi. Etonae, 613. fol. Editio princeps. 50 Thlr.
Βασιλικῶν libri LX. Gr. lat. ed. C. A. Fabrottus. 7 tomi. C. Suppl. ed. Ruhnkenius. Paris. 647. fol. 65 Thlr.
Fl. Josephi Opera omnia. Gr. lat. ed. S. Havercampus. 2 tomi. Amst. 726. fol. 26 Thlr.
Hesychii Lexicon ed. Alberti. 2 tomi. Lugd. B. 746. fol. 25 —
Sexti Empirici Opera. Gr. lat. ed. J. A. Fabricius. Lips. 718. fol. 11 Thlr.
Philostratorum quae supersunt omnia. Gr. lat. ed. G. Olearius. Lips. 709. fol. 8 Thlr.
Em. Swedenborgii Opera philos. et min. 3 tomi. C. fig. Dresd. 734. fol. 12 Thlr.
Biblia hebraica ed. Michaelis. Halae, 720. Marg. larg. 4to. 6 —
Joannis Chrysostomi Opera omnia. Gr. lat. ed. B. de Montfaucon. 13 tomi. Paris. 718. fol. 85 Thlr.
Vetus Testamentum hebr. ed. B. Kennicott. 2 tomi. Oxon. 776. fol. 75 Thlr.
Euripidis quae extant omnia. Gr. c. interpr. lat. ed. S. Musgrave. 4 tomi. Oxon. 778. 4to. 44 Thlr.

Luciani Opera, gr. lat. ed. Reitzius. 4 tomi. Amst.743. 4to. 28 Thlr.
Chr. Saxii Onomasticon liter. Ed. alt. 8 tomi. Trai. ad Rh. 775 sqq. 8vo. 24 Thlr.
Plinii Sec. historiae nat. libri 37. ed. J. Harduinus. 2 tomi c. ind. Paris. 723. fol. 35 Thlr.
Euripidis Tragoediae quae supersunt. Ex rec. Musgravii. 10 tomi. Glasg. 797. 8vo. 24 Thlr.
Plutarchi Chaer. Moralia. Gr. lat. ed. Dan. Wyttenbach. 5 tomi. Oxon. 795. seq. 4to. 100 Thlr.
J. P. d'Orville Sicula ed. Burmannus. 2 tomi. Amst.764. fol. 19 Thlr.

Mox apud eundem prodibunt:

Euripidis Tragoediae cum deperditorum dramatum fragmentis. Ex optimorum librorum codicumque nondum collatorum fide recensuit, Scholia graeca addidit notasque cum indicibus adiecit *Augustus Matthiae.* 8 maj.

Ad hanc editionem Euripidis curandam non modo diligentissime collatum est, quidquid priores editiones boni continent, sed etiam plures codices, maxime Italicarum bibliothecarum, nauiter excussi sunt. Itaque facile apparet, fore eam maioris moduli, relatumque iri inter editiones poëtae classicas. Tales cum vsibus scholarum non inseruiant, maiorem mox sequetur minor, quam idem vir doctissimus curabit, dicandam illam studiosae iuuentuti.
